BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
22/1D
54
VI 6/12
13-6.A.35
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS MATIENZI VIRI CL.
Et in Senatu Pintiano cauſarum Expoſitoris,

DE

REFERENDARIORVM, ADVOCATORVM ET IVDICVM OFFICIO, REQVISITIS, Dignitate & eminentia,

TRACTATVS QVADRIPARTITVS,

QVEM IN DIALOGISMI FORMA SVB PERSONA RELATORIS ET ADVOCATI SENATVS PINTIANI PROPOSVIT.

Nunc primùm in Germania excuſus, & à plurimis mendis repurgatus.

FRANCOFVRTI,
SVMPTIBVS
IOANNIS BERNERI BIBLIOPOLÆ.

ANNO MDCXVIII.

IOANNES MATIENZO
Lectori candido ſalutem.

CVM totis, quod aiunt, viribus rei ſemper intentus publicæ, eius vtilitati vacauerim: indieſque magis ei rei animus creſcat inſudandi, proficiendique: nil fore commodius exiſtimaui, vt animo ſatisfacerem meo, quam quæ ad iudicum ſpectant officium, eorumque ad electionem probe faciendam, explicare, memoriæque prodere. Quid enim magis Reipublicæ vſui eſſe poteſt, quàm bonorum iudicum conſtitutio? Aut quid pernicioſius, quoue citius labefactetur, quàm ſi iniqui, prauique, aut ignari tabellæ præficiantur? Nil certè, ſi Platoni credimus, de Legibus Dialogo 6. in principio; vtque meum non fruſtraretur propoſitum, neue mihi meritò obijceretur, quod in Græco adagio eſt: ne ſutor vltra crepidas; prius crepidas, vt ita dixerim, meas exponere, laudareque inſtitui, hoc eſt, Referendarij muneris, quo pluribus functus ſum annis, dignitatem & præeminentiam, alijsque etiam magiſtratibus, nedum Aduocati officio prælationem (rem quidem neque in Scholis decantatam, neque in Commentarijs protritam) oſtendere, quamplurimiſque cùm rationibus, tùm authoritatibus, comprobare, vt ſic ad præcipuum liceret peruenire inſtitutum. Opella igitur quatuor continebit partes: Prima referendi officium dignius & antiquiùs patrocinio eſſe inſinuabit; Secunda omnibus in rebus

)(2 præferri

præferri Relatorem Aduocato; Tertia Renunciatores aptiores eſſe cauſarum patronis, ad altiores vt promoueri valeant magiſtratus, facile aperiet, quo in loco fuſe omnia, quæ in iudicibus requiruntur, diſcutiemus, vt inde conſtare poſſit, ea & in Relatoribus inueniri, iudicemque optimum fœcundæ arbori, eiusque electorem horti cultori, Rempublicam viridario comparari fingimus, atque quemadmodum arborem inſeri, putari, reſecari, rigarique oporteat, quaue in area figi, quas radices agere, quem ſtipitem, quam medullam, & corticem, quos ramos, & ſurculos, quosque ex his ad inſerendum aptiores, quas frondes, quos flores, quos denique fructus arbor optima producat, quidue hæc omnia in iudice repræſentent, non admodum inſulſe docebimus: in modumque Dialogi inter Relatorem & Aduocatum, coram huius fori regij præfecto prætorio in arbitrum electo, omnia cōtrouertentur, qui tandem in Renuntiatoris gratiam ſententiam proferet. Quarta vero appellationis cauſam in Fortunæ auditorio agitatam continebit, duabusque reſpondebit poſitionibus enarrator: quibus pauperesne an diuites ſint magiſtratibus præficiendi: & vtrum prece vel pretio officia peti, ambiri, aut ſaltem appeti decenter poſsint, & ſine criminis labe, fuſius diſſeretur; ac tandem Fortunæ iudicium (quo cauſa indeciſa maneat, vt donec domino libuerit vterque ſuo inſeruiat muneri) ſubſequetur. Ecce habes, candide Lector, conſilij mei rationem, habes Opus argumento quidem, & inſcriptione nouum: cæterum ſtylo, rerum copiâ, & ordine pro tenui mea facultate elaboratum, in quo multa ab noſtræ profeſsionis eminentiſsimis viris, non pauca ex Theologis, Philoſophis, & cæteris humanitatis, vt vocant, authoribus (quos omnes non ex profeſſo,

ſed

ſed obiter quandoque aliud agentes interuiſimus) mutuata, explicata comperies, in quo tandem ſi quid erit, quod ad ſtomachum legentis non faciat, is velim ſciat, non omnes Catones, Scipiones, aut Lælios, vt ait Marcus Tullius, eſſe poſſe: eumque qui prius nauigare, colere, ædificare cœperit, non omnia eius artis ſciuiſſe, quæ ex vſu demum reperta ſunt: mihi ſatis eſt, meque æquus iudex excuſatum habebit, quippe qui quod poteram præſtiterim. Præclareque mecum actum eſſe exiſtimabit, qui id quoquo modo tentauerim, etiamſi non ſim conſequutus. At ſiquis refractarius vrgere pergat, obijciens, id quod in Græco eſt prouerbio iam citato, quid, inquiens, legũ, canonumue profeſſori cum Philoſophia, aut Theologia? quid Relatori cum iudice? aut alijs quæ eum diſtrahant ab eius muneris exercitio? quid inſtabit, cum ita natura comparatum eſt, vt ſingulis cauſis ſinguli fines præſcribantur, ſingulis indiuiduis ſingula ornamenta ſufficiant, & quæ pluribus facere ſatis poſſunt, in vnum minime conferantur? quanto etenim vni ex re aliqua per naturam magis accedit, tanto ex alia eidem detrahi neceſſe eſt. Quo fit, vt ſummum eruditionis gradum in diuerſis facultatibus quiſquam aſſequi non poſsit, & in multiplici genere præcellere fruſtra contendat: vnius quippe rei ſtudium totum hominem poſcit, & vbi quiſque intenderit, eius ingenium valet. Sicut enim ſtomachus varijs edulijs ſuffertus, diuerſiſque potionibus natans concoquere nihil poteſt: ſic ingenium ad diuerſa diſtractum optimam ſui vigoris partem amittit. Huic ſane refractario facile reſpondere licebit. Non enim ita à ſapientibus variæ lectionis ſtudium damnatur, vt vna electa diſciplina, reliquas omnino reijciant. Cum pluſquam manifeſtum ſit, aliam aliæ ornamentum eſſe.

Campus quippe verſicolore gramine veſtitus, diuerſoque floſculorum genere variatus pulchrius arridet. Quamobrem ſic ſententiam exiſtimo eſſe temperandam, cæteras diſciplinas (præter eam in qua quis excedere contendit) toto ac principali ſtudio non eſſe tractandas, ſed quantum per otium licet: per otium vero licere putamus, vt principali ſtudio nihil omnino, vel ingenij, vel neceſſarij temporis ſubtrahatur. Cæterum non me latet, permultos ingenio pluſquam ſiniſtro futuros, qui has noſtras lucubratiunculas naſo ſupercilioque deuoluent, facile aſſerturi, non modo nullius laboris, ſed ne minimi quidem ingenij eſſe nænias: verum aliter iudicaturos, qui & candido fuerint animo, & opuſculi vires aſsiduo vſu, frequentique lectione probauerint. Neque ijs ad calcem noſtri operis peruenientibus continget forſitan, quod & alicuius oppidi pulchrós, & excelſos muros proſpicienti euenire ſolet, vbi demum perluſtrato eo, humiles domos & anguſtas calles intuetur, quandoquidem in eius veſtibulo materiæ ſterilitas cum cernitur, hæc non permittit; quinimo ſulcis velut interciſiuis, ita librum nonnunquam, ſicut hortum rigaui, vt pleniorem cogitatum, velut à ſiliquis ad panes, hoc eſt, à ludicris ad ſeria tranſtulerim. Quæ vero allatratores putauerint reprehendenda, his, ſi audebunt, ſuccenſeant, à quibus ea accepimus. Quæ vero malè doctorum hominum ſæuitas, & inuidentia irritatior (vt qui in lectitando, ſcribendo, commentando nunquam voluptates, nunquam labores ceperunt, nullas hoc genus vigilias vigilarunt, neque vllis inter eiuſdem muſæ æmulos certationibus, diſceptationibuſq; elimati ſunt) mutuabor ex Ariſtophanis Coronopeſta pauca. Et quam ille homo feſtiuiſsimus fabulæ ſuæ ſpectandæ legẽ dedit, eandem

ego

ego Dialogo huic legendo dabo, vt eum ne attingat, neue adeat profeſtum, & profanum vulgus à ludo muſico diuerſum. Hoc tandem vnum omnes oratum volo, vt non prius hæc noſtra vellicent, quam vellicatione digna repererint, ac ipſi meliora depromp ſerint. Tantum igitur ſupereſt, beneuole lector, vt has qualeſcunque vigiliolas æqui bonique conſulas, & veluti primitias agelli noſtri hilari, rectoque animo ſuſcipias: quæ ſi tibi probari ſenſero, abunde magnum laborum meorum fructum percepiſſe fatebor, neque vnquam me huius editionis pœnitebit. Vale Lector & fruere.

IOANNIS MATIENZI, V. CL.

DE REFERENDARIORVM, IVDICVM ET ADVOCATORVM OFFICIO, REQVISITIS, DIGNITATE ET EMINENTIA,

TRACTATVS QVADRIPARTITVS,

QVEM IN DIALOGISMI FORMA SVB PERSONA RELAtoris & Aduocati Senatûs Pintiani propoſuit.

PARS PRIMA.

CAPVT I.

OPERIS INTRODVCTIONEM, ET DE OTIO, LVdo, & Muſica plura continet.

SVMMARIA.

1. *Aduocati labores.*
2. *Virtus præmio caret.*
3. *Ludus nociuus.*
4. *Ludus à ſapientibus quandoque admiſſus.*
5. *Otium ſæpe nociuum.*
6. *Otium melius turpi ſolatio.*
7. *Ludi quidam permiſſi, alij prohibiti.*
8. *Muſica ſitne licita, maxime grauioribus.*
9. *Latrunculorum ludus an ſit permiſſus.*
10. *Studioſi amœnioribus ſtudijs ad otium ſumendum occupari debent.*
11. *Cum pertinacibus non eſt contendendum, niſi coram iudice.*
12. *Prouocatus arma, iudicem & locum eligit.*
13. *Iudiciales aſtus duello æquiparantur.*
14. *Tyrones & iuniores in acie & ſuffragijs præſtandis permittuntur.*

RELATOR.

IVSTITII tempus mihi valde amœnum, & tamdiu expetitum, quo vacare aliquantulum, & obtuſo capiti vocum frequenti elatione parcere liceat, colendum ac nimis venerandum cenſeo. Cum labore iſto tam moleſto rationis iudicij quotidie reddendi vacare fas ſit. Nam quid grauius duriúſve vnquam eſſe poteſt, quám caſus varios & implicitos cauſarum diuerſi generis ſingulis diebus inceſſanter referre? Maxime coram diuerſi ingenij Senatoribus: quorum aliquibus facilis ſit comprehendendi

 facilitas,

Digitized by Google

facilitas, alijs non ita: aliquibus clarus & argutus intellectus, alijs tardus & valde prolixus. Non quòd efferam velocis, aut damnem tardæ Mineruæ iudices, ſed quod vitam ipſe acerbam exiſtimem, cum quaſi cereus huc & illuc deuolui, & cuicunque eorum iudicio declinari opus ſit. Et, quod deterius eſt, laborum præmia, quæ ex aſſiduo & ſolerti miniſterio ſperare liceret, penitus diffidam, ni aliunde mihi vſu venerit. ADVOCATVS. Iam diu te, præter morem tuum, non quiritantem vehementer demirabar. Quos labores, Ieſu bone, quáſve ærumnas aſſidue enarratores ferunt, nemini
1 non eſt compertum. Væ nobis † miſeris Aduocatis! quibus & hoc tempus à te adeò expetitum nihil otij attulerit: vtpote à clientulis, nulla ſeruata eius opportunitate, aſſiduiſſime vexemur, quos non licet dimittere diſplicentes, ne mercedem laboris præteriti aut futuri nobis auferant: cuius vos ærumnæ incolumes in portu nauigatis. Quippe cum litigantibus fas non ſit, quem maluerint veſtrúm eligere, ſed illum ſequi teneantur, cui cauſæ eorum commiſſæ per Senatores, aut commendatæ fuerint. REL. Quî non conquerar? videns me iam quatuordecimum, & ferè decimum quintum expleuiſſe annum, aut eo circiter in huius referendi muneris miniſterio, & non remuneratum: ſoboleque & propagine numeroſa onuſtum, & nihil lucri excerpſiſſe, vnde liberos alere aut educare valeam: nec ſaltem reficere me potuiſſe iacturam hæreditatis paternæ in annorum duodecim Pontificio & Cæſareo iuri ſolerti ſtudio & vacatione conſum-
2 ptæ. In meque † illud Boëthij expletum cernam dicentis, virtutem non ſolùm præmijs carere, verùm etiam aduerſariorum pedibus ſubiectam calcari. Cúmque alios viderim in curijs clamatores, adulationibus & venuſtate verborum ea expalpaſſe, quæ importune poſtulare immeriti non erubuerunt. ADV. Iuſtus conqueri ipſe & vitam deplorare poſſem, digniori quippe fungor officio & aptiori, neque ad aliquem fui acceſſitus Magiſtratum. Imo nouem annis hoc functus munere dimidium ferè proprij patrimonij exhauſi, quod tibi haud ſic euenit quidem. REL. Digniori te fungi officio aſſeruiſti: leporem fortaſſe ſubſtuliſti, quem ipſe venabor. Omiſſis tamen perſonæ, ſi lubet, meritis, de dignitate & eminentia munerum parum contendamus. ADV. Quæ liquida ſunt, in quæſtionem referri non oportet. Sed ſi de ijs aliqua effundere libuerit, non fiat modò: aliud namque agendum puto hiſce, quibus vacat, diebus. Ego ſiquidem magnoperè oblector luſu foliorum ſiue chartarum. Et huius temporis qualitas eò inuitat, cùm cœlum ſit tam rigens & ſæuum, tamque obſcœnum ſolum, vt non liceat domo egredi. Abdamus ergo nos in cubiculum benè clauſum & obſeptum vndique à vento & à frigore, lucente camino, menſâ appoſitâ cum chartis luſorijs, vt ſic
3 à labore totius anni nos reficere valeamus. REL. En ea, † malum eſt cauſa proprij patrimonij, nec non quæſtus ex officio iacturæ & detrimenti. Harum ſiquidem chartarum vſus te non parum diſtrahit à patrocinij exercitatione. Nil ſanè mihi acerbius ludo, quamobrem decem ab hinc annis luſorias chartas etiam refectionis ſumendæ causâ manibus non ſumpſi. Dæmones vtiq; delectantur in ludis vanis, cum videant homines eis libenter intendere. Vnde teſte Auguſtino 4. *de ciuitate Dei*, cuidam Romano fuit à Dæmonibus dictum in ſomnijs, vt ludi in vrbe inſtaurarentur. Quid aliud quæſo eſt ludus, quam illuſio? Exponat nobis ipſe idem Auguſtin⁹ à Gratiano citatus *in can.*

recurrat.

*recurrat.*32.*q.*4. Sara, inquit, vidit Iſmael ludentem cum Iſaac. In quo ludo vidit illuſio-
nem, hoc eſt, deceptionem. Denique in ludis rara eſt grauitas, prompta ſcurrilitas, vani-
tas, ſtultiloquium, verba otioſa, mendacium, vanæ inſpectiones, libidinoſæ tract ‍atio-
nes, in promptu eſt leuitas, abeſt modeſtia: nil aliud his ludis accedit, niſi breuis lætitia,
paruum gaudium, magna temporis iactura, puerilis occupatio. Vnde & Themiſtocles
grauiſſimos viros & Reipublicæ curam gerentes, à ludis, leuioribúsque ſolatijs arcen-
dos eſſe decreuit, ne Reſpublica ludere videretur. Hoc mihi vitio vertis? Quiſnam eſt
qui non ludat? Ludouicus Viues his ſæpe carminibus vti ſolebat;

Ludunt & pueri: ludunt iuuenesque ſeneſque.
Ingenium, grauitas, cani prudentia ludus.
Denique mortalis, ſolâ virtute remotâ,
Quid niſi nugatrix & vana eſt fabula, vita?

Quid? Cum † Socrates, teſte Seneca, ludere cum pueris non erubeſcebat. Et Cato 4
laxabat quandoque animum curis publicis fatigatum. Idcirco legum conditores fe-
ſtos instituerunt dies, vt ad hilaritatem publicè homines cogerentur, tanquam neceſ-
ſarium laboribus interponentes temperamentum. Ludus namque moderatus, vt in-
quit Philoſophus, cibus eſt animi: atque vt ipſe ait *lib. Ethicorum ad Nicomachum* 4.*c.*8.*in
fin.* Requies & Iocus in vita neceſſaria ſunt: & rurſus *lib. Ethicorum* 10.*cap.*6.*ad fin.* Iocari,
inquit, vt ſtudeas, ſecundum ſententiam Anacharſidis rectè ſeſe habet. Iocus enim re-
quieti ſimilis eſt. Atque cùm continuè nequeant homines laborare, indigent requiete.
Non eſt autem ipſa requies finis, fit enim gratiâ operationis. Denique ludi ad recreatio-
nem humani corporis conferunt, vt vigoroſius laboribus & vtilibus artibus vacari poſ-
ſit, ſi modò credimus Roderico Epiſcopo Zamorenſi, *in ſuo vitæ humanæ ſpeculo. lib.*1.*cap.*
31. REL. Satius quidem eſſet domi ad luculentum focum ſtudere, meditari, cogitare
de rebus, quæ aliquid emolumenti afferant menti, & probis moribus. Verum quippe
otium eſt & animi quies, ætatem in ſtudijs agere. Bene † occupatus, verè homo: malè 5
occupatus, bellua: ocioſus homo ſaxum: & homines nihil agendo malè agere diſcunt:
otium quippe illis multorum vitiorum parens eſt & nutricula, teſte Greg. *in regiſt. cap.* 1.
& vt legitur *Eccleſiaſt.*33. Multam malitiam docuit otioſitas. Atque ideo qui otium ſecta-
tur, ſtultiſſimus eſt, *Prouerb.* 12. Quid? cùm Seneca veræ lucis ignarus, otium ſine literis
mortem eſſe dixerit, & viui hominis ſepulturam. Ex quo Hieron. ad Ruſticum reſcri-
bens monachum, Facito, inquit, aliquid operis, vt te Diabolus inueniat occupatum:
texantur ligna capiendis piſcibus; ſcribantur vel libri, vt manus operentur cibos, & ani-
mus lectione ſaturetur. Ægyptiorum monaſteria hunc morem tenent, vt nullum abſq;
opere & labore ſuſcipiant monachum, non tàm propter victus neceſſaria, quàm pro-
pter animę ſalutem, ne vagentur pernicioſis cogitationibus, vt habetur *in can. nonnunquã
de conſecr. diſtinct.*5. Namque vt Summus Pontifex ait *in c niſi cum pridem. §. verum de renunc.*
otioſitas atque voluptas arma ſunt hoſtis antiqui ad miſeras animas capeſſendas. Deni-
que naturæ aduerſatur, ſi Ariſtoteli credimus *li.*11. *animalium*, quem Guil Bened. refert
*in repet. cap. Raynutius, in verbo. dotem quam ei dederat, n.*53. vbi vſq; *ad n.*65. plura contra otio-

ſos & aliqua in otij fauorem congerit. Quid demum mali nobis non affert otium? Ta-
befacit enim corpus, animam quoque ſocordia: teſte Euſebio. Adv. Chriſto gratias; Ex
enarratore concionator repente prodijſti. Cæterum id mihi compertum velim, quor-
ſum ludentes otioſos appellas? Nonne ſat ſunt occupati? Quorſum eos malè agere
6 contendis, maximè ſi prohibitos non exerceant ludos? Rel. Themiſtocles † aſſeruiſſe
fertur, ſatius eſſe otiari, quám turpiter ſolatium ſumere. At ludus nil aliud eſt quám
turpe ſolatium, vt Polycratus aſſeuerat *libr. 1. cap. 5.* atque Hoſt. *in ſumma, de exceſſ. Pral.*
turpem agi vitam profitetur propter ludum. Adv. Fateor id eſſe veriſſimum in aleæ &
7 teſſeræ ludis, & alijs ſimilibus iure prohibitis. Plurimi † tamen ſunt ludi innoxij ad re-
creationem tantum, & temporis deductionem inuenti, ob idque à iure permiſſi, vtque
animus à ſerijs laſſus reficiatur. Quibus tunc vti licebit, cum animus aut corpus fue-
rit defatigatum, nec aliter ſumendi, quám ſomnus, cibus, potus, & alia, quæ vires reno-
uant ac reficiunt: alioqui in vitio ſunt, quemadmodum quæ ſuo non fiunt tempore,
vt Philoſ. docet 8. *Polit. cap. 5.* Nam qui illorum fuerit oblectamentis allectus, ijs dum
ſe totũ exhibet, digniora & excellentiora interim prætermittet. Rel. Qui ſunt iſti quos
8 facilé permittis? Adv. Plurimi, ſed inter alios Muſica, † quæ (teſte Philoſopho *Pol. 8. c.
3. & 5.*) artium eſt liberalium potentiſſima: cuius harmonia & concentus virtus eſt ad
mitigandos humanarum mentium dolores, ipſaſque lætificandum, & ad auferendas
eiuſdem animæ paſſiones. Qua non vnius tantum vtilitatis gratiâ vti oportet, ſed mul-
tarum, vt idem Philoſ. probat, *Polit. 8. cap. vlt.* nempe & doctrinæ gratiâ, & purificatio-
nis, degendi otij, quietiſque cauſa, & remiſſionis curarum. Rel. Nonne magnis & ſtu-
dioſis viris ac ſenibus præceptum eſt, vt audire, & iudicare poſſint, non vero Muſicam
exercere? Roder. Zamorenſ. *in ſpeculo vitæ humanæ libr. 1. cap. 39.* elegantiſſime inquit
à viris ſe accepiſſe ſapientibus, graues viros non modo manus, ſed & voces cohibere
oportere ad aliorum applauſum, quippe cum id proprium ſit hiſtrionum. Ariſtotel. 8.
Politic. cap. 5. Sicut pueris permittit Muſicam exercere, ad quorum diſciplinam ait eſſe
neceſſariam, ita & ſenibus inhibet, & grauiſſimis viris, eius exercitium, vt oblectatione
tantum & iudicatione contenti ſint. Verúm enimuero non me latet, Muſicam inter
liberalia ſtudia omnium conſenſu connumerari: hactenus tamen eſſe vtilem, ſi præpa-
ret ingenium, non detineat tamdiu: etenim Muſicæ alijſque liberalibus artibus immo-
randum eſt (teſte Seneca *ad Lucillum lib. 13. epiſt. 89.*) quamdiu nihil animus maius facere
poteſt, quippe quæ rudimenta noſtra ſint, non opera. Ingenuéque fateor, Muſicam
non modo non aſpernabilem, deſpicabilémve, verúm eſſe quoque laudabilem, vt Plu-
tarchus in eo libro inſinuauit, quem ei nuncupatim dicauit Quintil. *libr. 1. Oratoriarum
inſtit. cap. 17.* Modó ne ſit nimia in viris honeſtis Principibuſque, & honeſti ordinis, vt
ab eodem Plutarcho traditum eſt *in apophthegmatis ipſius, & in libro de diſcrimine adulato-
ris & amici, & in libro de fortuna Alexandri, haud multo poſt principium.* Interim tamen, cum
de Muſica agimus, Platonis optimum documentum prætereundum non eſt *libr. 31. de
Republica, vel de iuſto, col. 16.* memoriæ proditum. *Quicunque,* inquit, *permittit, vt Muſica ani-
mum ſuum aſſiduè circumſonans occupet, & demulceat, perque aures, veluti per infundibula harmo-
nias infundat ſuaues, blandas, molles, ac flebiles: atque ætatem ſuam in modulis animum delinienti-
bus conſumit: is primùm quidem ſi quid iracundum habebat, tanquã ferrum demollit, & vtile ex inu-
tili du-*

Digitized by Google

tiſi duroque efficit. Quando autem incumbit diutius, magis demulcet, poſt hoc iam liqueſacit animum
& reſoluit, donec deſtillando exhauriat animoſitatem omnem, excindatque tanquam neruos ex ani-
mo. Ex quo animum quaſi ſegnem militem facit. Ac ſi à principio hominem nacta ſit natura, ſine ani-
mi robore, citò hoc perficit; ſin autem animoſum, vires animi frangens ad iram reddit præcipitem, vt
minimis quibuſque offenſiunculis irritetur, ac facilè iterum efferueſcat. Hactenus Plato. Hacte-
núſque de Muſica dictum ſufficiat, vt alios nobis ludos exponas, quibuſcum oblectari
impune poſſimus. ADV. Latrunculorum † ſanè ad animi recreationem inuentus eſt, ſe- 9
decim quo ludimus ſcrupis, gemina acie vtrinque directis: in quibus duo ſunt reges in-
uicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, ſedecim pedites, quatuor ſatellites,
totidem centuriones. Qui, cum ingenio tantum & non fortunâ conſtet, virtutiſque
cauſa exerceatur ad aliquale animi ſolatium, à iure nõ eſt prohibitus, imo tum iure Cæ-
ſareo, tum etiam Pontificio, non modo laicis, verùm & clericis eſt permiſſus, vt Accur-
ſius adnotauit *in auth. interdicimus. C. de Epiſc. & cler. argumento tex. in l. Solent, in fine, cum l.*
ſeq. ff. de alea vſu, & aleat. vbi ludi ſanitatem corporis concernentes, vti ſunt iactus haſtæ
vel pilæ, currendiue ſeu ſaliendi, luctandi, & pugnandi, qui virtutis, & exercitij corpo-
ris cauſa fiunt; etiam interueniente pecunia permittuntur. Nam quò pretioſior eſt ani-
ma corpore, vt *in l. ſancimus. C. de ſacroſan. Eccleſ.* eò magis permiſſus cenſebitur latruncu-
lorum ludus, per locum à maiori. Et quod ſit permiſſus, vltra Accurſ. in loco præcitato,
id atteſtatus eſt Innocent. *in c. lator de homicidio*, Archid. *in c. Epiſcopus. 35. diſtinct.* & Ricar-
dus 4. *ſententiarum.* Ioan. Andr. Abb. & cæteri interpretes *in c. pen. de vita & honeſt. clerico-*
rum. Steph. Coſtæ, *in tract. de ludo. 2. art. principali. n. 28. & pluribus ſequentibus, vbi late.* REL.
Non diffiteor, hoc me latrunculorum ludo ſolere aliquando oblectari, & recreari; ſed
iam diu mihi ſtomachum fecit. Licet enim animum reficere ſoleat, corpus tamen è ma-
gno huius muneris labore defatigatum, caputque vocibus obtuſum cruciat potius,
quàm refocillat. Idcirco, ſatius eſſe cum cernerem, ludo mè dedere literario, huic liben-
ter deditus ſedulò operam nauare inſtitui, vt cũ Cicerone pro Archia Poeta dicere poſ-
ſim: *Quantum alij tribuunt tempeſtiuis conuiuiis, quantum denique aleæ, quantumque pilæ; tan-*
tum egomet mihi ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero. ADV. Vtinam ne Curios ſimules, & Bacha-
nalia viuas. At, ſi ita ſit, laudo propoſitum. Id enim agendum præcipue, neque aliquid
debet eſſe homini antiquius. Sed vbi ab intentione ſtudij animus delaſſatus fuerit, quo
diuertet hoc duntaxat tempore? REL. Libenter † reſpondeo cum Eraſmo *in Prologo,* 10
quem præpoſuit Ciceroni de officiis dicente: *Quemadmodum qui ſunt à ſcorpiis icti, ab iiſdem ſolent*
remedium petere, ita, qui literis ſunt addicti, animi laſſitudinem, aut corporis affectionem è ſtudiis
grauioribus contractam, ab iiſdem ſtudiis ſed amœnioribus recreare ſolent. Etenim qui verè ſtudio-
ſi ſunt, per omnem vitam nihil agunt, quamdiu licet illis ſuo arbitratu vitę curſum mo-
derari, nec tam intermittunt ſtudia, quam remittunt: & relaxant aliquoties ingenium,
ceſſant nonnunquam, otiantur interdum: ſed interim agentes aliquid, feriantur aliquã-
do; ſed ſic vt otij rationẽ pulchrè queant reddere, & ſi libet, ceſſant etiam nonnunquã,
ſed vt horum ceſſatio plus afferat bonæ frugis, quam quorundam negotioſiſſimæ oc-
cupationes. Exemplo ſtrenui militis, qui induciarum tempore ludit, luſus tamen eius
militiam ſapit, & in his, quæ militiæ ſunt, exercitatur. Ex quo nimirum Cicero *pro Placie-*

numer. 54. *Et quid,* inquit, *ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem vnquam otioſum? Nam quas tu commemoras Caßij legere te ſolere orationes, cum otioſus ſis, has ego deſcripſi ludis & ferijs, ne omnino vnquam eſſem otioſus.* Rurſus addit Marci Catonis illud, quod in principio ſcripſit originum ſuarum. *Semper,* ait, *magnificum, & præclarum putaui, clarorum virorum, atque magnorum, non minus otij, quã negotij rationem extare oportere.* Sed quid, quæſo, dulcius otio literario? inquit idem Cicero, 5. *Tuſculanarum quæſtionum, nu.* 149. Denique Seneca, morum pater, *in libro, quem de quatuor edidit virtutibus, c.* 1. *de prudentia, in fin.* ſic ait: *Non ſemper in actu ſis, ſed interdum animo tuo requiem dato: & requies ipſa plena ſit ſapientiæ ſtudijs, & cogitationibus bonis; nam prudens nunquam otio marcet; habet tamen aliquando remiſſum animum, nunquam ſolutum.* Adv. Fugio hinc, non feram tuam hypocriſin. Rel. Adesdũ, in craſtinum te prouoco diem, vt de ijs quæ modò meminimus, exercitij cauſa, pauca diſſeramus. Adv. Prouocationem tuam minime fugiam, nunc eo cubitũ, ſonuit quippe hora decima poſt meridiem. Vale. Rel. Maxima affectus iniuriâ dormire aut quieſcere non poſſum, nec quieſcam, donec Aduocatum illum palinodiam recãtare faciam.
11 Sed id quo pacto fiat ſcire cupio. Si quid † enim aduerſus eius dixero ſcit etiam, clamoribus caput obtundet meum: ſin autem tacuero, adeo ſe eleuabit atque efferet, vt eum ferre minime queam. Iudicẽ igitur eligere oportebit, vt ſic clamationes eius intercludã. Sed ecce, nî fallor, eius vocẽ audio. Adv. Precor tibi feliciſſimũ diem. Rel. Tãtundem; ſed quorſum iſthęc lucubratio matutina præter morẽ tuum? Adv. Tota nõ potui quieſcere nocte à te prouocat⁹. Rel. Bono animo eſto: verba hic impetũtur, nõ iugula. Adv. Non quòd ſophiſmata tua, falſaq; & aculeata argumẽta, quib. te more ſolito vſurũ ſcio, plurimi pendã: ſed quòd rem adeò nitidã, ac manifeſtam in dubiũ reuocari verear. Præſtò tñ adſunt: in me ferrum, quod aiunt, cõuertere licebit. Incipe igitur inceſſionis tuæ cauſam exprimere: vt defenſionis clypeo tela tua repulſare queam. Rel. Id apprimè appeto. Sed cùm tuũ nouerim pertinax ingenium, & alterum te reputẽ Martinum cõmentatorem antiquum, obloquentẽ, & in omnib. aduerſantẽ mihi: nil audeo corã te proponere, niſi arbitrũ communi cõſenſu elegerimus, qui cauſam dirimat: ac nos tacere & loqui viciſſim faciat; cephalalgiã namq; valde crucior, q̃ ex aſſidua mãſione in cella mea literaria recenti teſtudine dealbata, mihi euenit. Adv. Iſtis, nî fallor, apologijs iudiciũ & contentionẽ fugere paras, integrum tñ tibi nõ erit, nî priùs te dederis; elige iam quẽ malueris arbitrũ. Rel. Tibi has facilè primas concedo, tũ ob venerandã ætatem, cui hoc ſemp
12 debetur, *l. ſemper. ff. de iure immunitatis.* Tum ẽt † quia à me prouocatus es, & ſic reus, quare tibi tanq̃ prouocato loci, armorum, & iudicis electio cõperit. Teſtis eſt Alciatus *de duello,* c. 6 Parit. à Puteo *de re milit. li.* 1. *§. actor ſeu procurator. n.* 2. 3. Iacobus Caſtell. *lib.* 3. *de duello, c.* 3.
13 Ad inſtar † iudicij, quod de iure duello adæquatur, vt ibi per eos, *arg. l. rem non nouã. §. patroni. ibi: certamine procedente. C. de iudic. & in l. ſi quis emption. §. vlt. C. de præſcript.* 30. *vel.* 40. *annor.* vbi cognitionalia certamina vocãtur. Et quod iudiciales actus ad inſtar ſint bellorũ, probat optimè text. *in l.* 1. *§. exceptis. C. de annal. except. l.* 1. *C. de plus petit.* dicũtur ẽt certamina litis, *l.* 2. *in prin. C. de iure iur. propt. calum. dan.* ex quo Cicero, quẽ nil ꝓrſus p̃terijt, *in li. offi.* 1. ita inquit: *Cũ duo ſint genera decertãdi: vnũ per diſceptationẽ, alterũ per vim: Cumq; illud ſit propriũ hominũ, hoc belluarũ, confugiendũ eſt ad poſterius, ſi vti nõ licet ſuperiore.* Hinc leges ſuo lites Marte per-

currere

Digitized by Google

currere aiunt, *l. generaliter. §. fin autẽ his. C. de reb. cred.* quod peculiarius cõprobari videtur. Nã ſicuti duellũ trib. conſtare debet perſonis: prouocante videlicet, prouocato, & iudice: ita & iudicium tribus agitur perſonis, nempe actore, reo, & iudice, *l. inter litigantes. ff. de iud.* Cũ ergo prouocatus reo comparetur: & prouocator actori, forum rei ſequi tenetur, vt *in l. iuris ordinẽ, & in l. in criminali. C. de iuriſdict. omn. iud. l. hæres abſens. in principio & fine. ff. de iudicijs l. 2. C. vbi & apud quem. l. vltim. C. vbi in rem actio. l. 32. titul. 2. de actore, & rebus quæ ad actionem pertinent, part. 3.* ADV. Ne iſtis nænijs tempus in caſſum teramus, eligo in arbitrum Præfectum Senatui Pinciano. REL. Eum lubens accipio. Quippe qui talem recuſaret iudicem, inſanus merirò, aut iniuſtè contendere cenſeretur. ADVOC. Propone iam libellum, cauſamque prouocationis expone; vtpote cum in conſpectu ſimus illuſtris Præfecti prætorio, qui cauſam noſtram benignè auditurum prædixit. REL. † In 14
caſtrorum acie probe ordinata, digniſſime præſes, tyrones, & debiliores ad aggrediendum præmitti ſolent, vt fortiorum & veteranorum vires clarius eluceſcant, authore Guill. Duran. *in Speculo, tit. de exordijs aduoc. in princip. n. 38. ad finem.* eodemq; ordine iuniores Aduocati primo proponere ſolent, deinde maiores ſeu antiquiores, vt perſpicaciores eorum allegationes iudicis memoriæ rectiùs inſigantur, vt Aug. probat *in lib. reſponſionum ad Ianuarium. c. liquido. de conſecrat. diſt. 2.* prout & validiora argumenta in fine ſemper reſeruantur, vt Guill. atteſtatur *in Speculo, tit. de aduoc. §. iam nunc. n. 10.* Ita ipſe tanquam iunior præmittor ad allegandum, licet ſcientiæ merita id non exigant, atq; ne ordo iudicij præuertatur: ſum etenim actor. Cæterùm plurima mihi audaciam tribuunt perorandi. Primum clementia, qua ſingulis præbes auditum. Deinde iuſtitia, qua æquali ſtatera libras audita. Præterea, quia in chamo manſuetudinis & freno rigoris maxillas conſtringis ſatagentium à iure ac rationis tramite deuiare, ipſos habenâ regiminis ad viam rectitudinis reducens. Denique, quia iuſtitiam foueo, & poſtulare intendo: quam te ſemper colere ſcio, vt verbis vtar Guill. *in Speculo, in tit. de exordijs aduoc. in princ. n. 37.*

CAPVT II.

QVAESTORVM GENERA DIVERSORVM: CANDIDAToſquè Relatoribus comparari inſinuat.

SVMMARIA.

1 *Relatorum munus dignius & antiquius patrocinio.*
2 *Quæſtorum antiquitas.*
3 *Quæſtor ærarius qui?*
4 *Quæſtor parricidij qui?*
5 *Quæſitor idem quod quæſtor.*
6 *Quæſtor inquiſitionem faciens.*
7 *Quæſtor idem quod Cancellarius.*
8 *Quæſtores eleemoſynarum.*
9 *Quæſtores Conſtantinopolitani.*
10 *Reprehenſio à non intelligente fieri non debet.*
11 *Quæſtores candidati qui & quo tẽpore creati.*
12 *Quæſtoris munus Relatori aſſimilatur.*
13 *Quæſtores candidati illuſtres.*

RELATOR.

TRES (vt ad rem deueniam) propono concluſiones in modum libelli, quas probare ſufficienter conabor. Primam, videlicet, Relatoris munus dignius & antiquius

quius eſſe patrocinio. Secundam, in omnibus præferri. Tertiam, aptius eſſe, vt ad maiores magiſtratus, qui id exercuerit, promoueatur. Ex quo falſo dixiſſe aduerſarium, digniori dum aſſeruit ſe fungi officio, conſtabit. Quod iure veriſſimum pluribus, tum rationibus, tum authoritatibus inſinuabo. Idcirco veritatem mihi miniſtrari poſtulo. ADV. Cum libelli ex aduerſo producti iuſſu tuo conſtantiſſime Præſes copia mihi data fuerit, legerimque has erroneas riſuque dignas concluſiones, eas, ſalua pace, illuſiones potiús dixerim. Vidi, ſiquidem, & pro viribus examinaui, vnde Renunciatorum munus ab aduerſario valde exaltatum originem ſumpſerit: neque eius meminiſſe memini, præterquam Regiarum ordinationum leges, pragmaticæque ſanctiones, ex quo moderniſſimum eſſe ſatis liquidó apparet. At vero aduocationem antiquiſſimam, quippe cuius meminerint Iuriſconſulti in Pandectarum voluminibus, Imperatores in legibus Iuſtiniani Codicis, authoreſque probatiſſimi in eorũ codicibus, vt examuſſim, quando operæpretium fuerit, inſinuabo. Eia, age, ne obmuteſcas. Opportuné namq; fiet, ſi incoacta perfeceris. Concludo igitur, vt ad probandum admittamur. Sed ecce

1 iam admiſſi ſumus. REL. Aſſerui in prima concluſione: Referentium † munus dignius & antiquius eſſe patroni ſeu Aduocati officio. Quod iure veriſſimum eſſe patet ex ſequentibus. Primum ex Vlpiani ſententia *in l. 1. ff. de quæſt.* id inſinuantis in hæc verba:

2 *Origo † Quæſtoribus creandis antiquiſſima eſt, & pené ante omnes Magiſtratus.* Gratianus denique Iunius *lib. 7. de poteſtatibus*, etiam ipſum Romulum, & Numam Pompilium binos Quæſtores habuiſſe, quos ipſi non ſua voce, ſed populi ſuffragio crearunt, refert. Sed ſicuti dubium eſt, an Romulo & Numa Pompilio regnantibus Quæſtor fuerit: ita á Tullo Hoſtilio Rege Quæſtores fuiſſe certum eſt. Et ſane apud veteres crebrior opinio eſt, Tullum Hoſtilium primum in Rempublicam induxiſſe Quæſtores, & á genere quærendi Quæſtores in initio dictos, & Iunius, & Trebatius, & Feneſtella ſcribunt. Hæc ille. Conſtat autem Tullum Hoſtilium III. fuiſſe Romanorum Regem, regereque cæpiſſe anno ante Chriſti ortum ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, teſtibus Liuio & Euſebio. Ex quo conſtat, antiquiſſimum fuiſſe Quæſtoris initium. ADV. Si cæteras eo proſequeris ordine aſſertiones, quo initia tendunt, mirum ſi cedam tibi. Audiſtin' errorem, ne dixerim hæreſin? Quid Relatoribus cum Quæſtore? An te latet, Quæſto-

3 rem † alterum ærarium, ſic dictum, quod pecuniæ ærarij populi Romani præerat inquirendæ, conſeruandæque pecuniæ cauſa creatum ex ſententia Pomponij *in l. 2. § deinde cum ærarium. ff. de origine iuris?* Hi vectigalia exigebãt, & propterea Prouincias quandoque ſortiebantur. Iulius Cæſar Hiſpaniam Quæſtor ſortitus eſt: vbi cum mandato

4 Reipub. iuridicendo conuentus circuiuit, author Suetonius. Alterum † autem Quæſtorem fuiſſe parricidij á populo Romano conſtitutum, vt capitalibus rebus præeſſet, ideoque creatum, quia de capite ciuis Romani iniuſſu populi non licebat Conſulibus ius dicere? vt *in dict. l. 2. §. & quia, vt diximus.* Parricidij enim vocabulo, omne homicidium apud veteres intelligebatur: licet hodie ad certas ſpecies hoc crimen coerceatur,

5 vt *ff. ad l. Pompeiam de parricidis.* Nec † ſi dixeris hunc maleficiorum iudicem ab Aſconio *lib. 1. Verrinarum*, non Quæſtorem, ſed Quæſitorem appellari, meæ obſtabit ſententiæ. Fateor ſiquidem hunc Quæſitorem vſitatius dici. Cicero pro Fonteio: *Quid mihi*

Digitized by Google

mihi opus eſt ſapiente iudice, quid æquo Quæſitore, quid oratore non ſtulto? Idem in Vatinium:
Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate poſt vrbem conditam, Tribunos plebis appellarit, ne cauſam dicerent? Num quis reus in tribunal ſui Quæſitoris aſcenderit, eumq; vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, vrnas deieuerit? Et cætera. Non tamen ob id Quæſtoris nomen amittit, vt *in dict. §. & quia vt diximus.* An † etiam te fugit tertium quoque reperiri Quæſtorum ſeu 6
Quæſitorum genus, inquiſitiones initio iudicij faciendi curam gerentium? De quibus habetur *in c. forus, de verb. ſignif.* cuius generis iudices vulgari noſtro idiomate, *Peſquiſidores* nuncupantur, Qui iuſſu regio mittuntur ad criminis alicuius inquiſitionem faciendam. Qua facta, ſi mandato carent ad definiendum, ad Principem eiuſve Conſilium adducere tenentur, vt ibi diffiniatur, *l. 4. titul. 1. lib. 8. ordin.* Sumitur † præterea 7
Quæſtor pro Cancellario, vt Accurſius adnotauit *in l. vlt. C. de diuerſ. reſcript.* quam alibi in iure non reperiri ſimilem aſſeruit Ioan. Montanus *de authoritate magni Conſilij, in principio. num. 8.* alia tamen ſimilis eſt *in auth. de exhib. reis. §. quia vero ab actoribus, in verbo. Quæſtorem.* Ex quo ſatis intelligis verum eſſe, quod olim à Catone Sacco legum interprete celeberrimo dictum fuiſſe refert Tiraquell. *in libro de conſtituto. 2. part. 2. ampliat. num. 2. poſt Barb. per eum relatum,* illum debere ſuperare memoriam Themiſtoclis ſiue Mithridatis, qui textum aut gloſſam dicit ſingularem. Alia inſuper gloſſ. eſt modernior Gregorij Lupi *in l. 4. titul. 9. de officialibus curiæ Regis, part. 2.* de cuius officij laudibus plura congerit Boherius *vbi ſupra.* Purpur. *in l. 1. num. 89. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.* Hieronym. Cagnol. *in d. l. 2. §. deinde cùm ærarium, num. pen. ff. de orig. iur.* Guill. Bened. *in rep. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam num. 511. cum pluribus ſeq. & rurſus num. 486. cum ſeq. extran. de teſt.* & pro dictis gloſſ. facit text. *c. decenti. §. vniuerſa. 25. quæſt. 2. & in auth. vt diuinæ iuſſio. ad medium, & ibi Bar. collat. 8.* de quo Sueton. *in Auguſto,* ſcribit, cui magiſtratui Cancellarium ſimilem penè eſſe contenderim: quo functus eſt apud Iuſtinianum Tribonianus togatus primus. Alios † etiam Quæſtores Eleemoſynarum di- 8
cimus, de quibus *in clem. 2. de pœnit. & remiſſ. & in l. Regni noſtri 2. tit. 8. lib. 1. ordinat.* qui curam gerunt quærendi eleemoſynas in pauperumq; vſus erogare. Sed iam moribus, vt audio, receptum eſt, vt quilibet quæſtum ſibi familiæq; ſuæ curet facere, non pauperibus: vxoremq; & liberos habentes, quorum maiorem oporteret habere curam quàm pauperum, huius quæſtubus dediti breui ditantur, paupereſque, quorum ipſi curam habere fingunt, pauperiores fortè efficiantur. Atqui ſi ita fit, nefandum profectò facinus dignumque publica animaduerſione, ſed vtinam fallerer? Alij † præterea fuêre 9
Quæſtores Cõſtantinopoli ab Auguſto Imperatore creati, & inuenti, qui priſcis temporibus Inquiſitorum nomen ſortiebantur, vt *in auth. de Quæſt. in princ.* quorum munus erat inquirere homines eadem in vrbe manentes, ciuiumq; cauſas & negotia celeriter expedire, exteros verò ſuis cum bonis ad ſuas mittere prouincias, aliòq; expellere, & validos non eſſe otioſos, ſed vt operi aliquo intenderent curare, vt *d. auth. de Quæſt. per totum* De his forſitan Quæſtoribus loquitur Vlpian. *in d. §. 1. ff. de orig. iur.* aut iiſdem de ærarijs, quod Guil. Bened. placuit *in d. c. Raynutius, in verbo, & vxorem, num. Adelaſiam. n. 507.* vel de Quæſtoribus parricidij, aut de Cancellarijs. Quid autem ſimiliſve cum nunc cum Relatoribus tu ipſe iudica. Rel. Si † memoriæ reduxiſſes illud Salomonis admonitum 10

ſcitè dicentis: Priùs intellige, & tunc increpa: priùs ſcruteris, & tunc reprehendas. *Eccleſiaſt. 91. c. eorum. 11. q. 3.* ne dixerim cum eodem Salomone *Prouerb.* 18. Qui priùs reſpondet quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignũ, haud increpaſſes quidẽ quæ nondum percepiſti. Nemo namq; rectè iudicat q̃ ignorat, teſte Hieronymo. Nec mirandum ſanè quòd ignores, aut in his hallucineris, quippe qui non inueneris, à commentatoribus legum canonúmve enucleata, ab ipſis ideo derelicta, quòd nullius putarunt eſſe frugis ad quæſtum faciendum, ſeu ad panem (vt vulgò dicitur) lucrandum, licèt Budæus, famoſiſſimus interpres, harúmque rerum parúm vtilium valde curioſus

11 pręcitatas commentauerit leges. Scire † igitur oportet, Vlpianum *in dict. l. 1.* de prædictis non ſenſiſſe Quæſtoribus ſed de Candidatis, vt his verbis inſinuat: *Ex Quæſtoribus quidã ſolebant Prouincias ſortiri ex Senatuſconſulto, quod factum eſt Decimo Druſio & Porcinâ Conſulibus.* Sanè non omnes Quæſtores Prouinciam ſortiebantur, verúm excepti erant Candidati Principis. Hi etenim ſolis libris principalibus in Senatu legendis vacabant. Et paulo póſt: *Ex his, ſicuti diximus, quidam ſunt qui Candidati Principis dicebantur, quique epiſtolas eius in Senatu legerent.* Hactenus Vlpianus. Neq; de alijs Quæſtoribus ærarijs, videlicet, aut parricidij loqui poterat: Cúm Tulli Hoſtilij temporibus eiuſmodi Quæſtorum officia non erant cognita: nam poſt Regum expulſionem, & nõ pauló póſt creati fuere Quæſtores ærarij, & parricidij, author eſt Pomponius *in l. 2. §. deinde, cùm ærarium. & §. & quia. ff. de orig. iuris.* Atqui compertum eſt, à Tullo Hoſtilio tertio Romanorum Rege, ad Regum vſq; exactionẽ centum & ſexaginta elapſos fuiſſe annos, & ampliús vnum. Liuius namq; Romam Regibus fuiſſe gubernatã teſtatur bis centum quadraginta & quatuor annis, licèt Euſebius addat duos. Demptis igitur triginta & octo, quibus Romulus primus Rex regnauit, tribus etiam & quadraginta, quibus Numa Pompilius rexit, reſtat prædictus numerus. Atq; non modico tempore poſt Regum expulſionem Quæſtores ærarij & parricidij creati fuere, vt ibi aduertit Pomponius. Quod Budæus expoſuit *in annot. in Pandect. tit. de officio quæſtoris,* aſſerens anno ſexageſimo tertio, poſt Tarquinios exactos, creatos fuiſſe duos, Valerium, ſcilicet, Poſthumum, & Æmilium Mamerium. Deinde gliſcentibus negotijs duos additos fuiſſe, qui Romę curarent. Quod à Pomponio Læto accepit *lib. de magiſtratibus Rom. c. 17* authore Tacito, ex quo apertè liquet, Vl-

12 pianum *in d. l. 1.* de Candidatis Quæſtoribus loqui. De † quibus Suetonius in Tito ſcribit, Quæſtoris officium eſſe Principis orationes in Senatu patefacere, atque recitare: quod nemo negare poteſt officium Relatoris eſſe. Sicq; Cornelius docet, dum ait: *Ingreſſi curiam Senatores, & oratio Principis per Quæſtorem eius audita eſt.* Idem Suetonius vbi ſuprà, in hæc verba: *Recepta à ſe propè omnium officiorum cura, cùm patris nomine, & epiſtolas, & edicta conſcriberet, orationesq; in Senatu recitaret Quæſtoris vice.* Quid namq; aliud faciunt Relatores cauſarum, quàm in Senatu recitare & proponere cauſæ hiſtoriam, iuſtitiamque vtriuſque partis æquè recenſere: Liquet igitur huius muneris antiquitas. Porrò, & † hi

13 Candidati Quæſtores non modicam obtinebant dignitatẽ. Illuſtres ſiquidem appellabãtur, *l. præcipimus C de appell. l. vlt. vbi omnes ſcribentes, ff. de Senat. d. l. 1. vbi gloſ. & Alber. ff. de Quæſt. in auth. de appell. §. illo videlicet, coll. 4 c. anteriorum, in fi.* vbi etiam Archid. *2. q. 6. gl.* Ioan. Fab. & Angel. de Aretio *in §. Cumq; in proœmio Inſtitutionum,* Specul. *in titulo de iuriſdict.*

omn. iud. in princ. nu. 2. contra Azonem *in ſumma eodem titulo*, dicentem, & perperam, eſſe tantùm ſpectabiles. Ioan. de Platea & Luc. de Penna *in rubr. C. de quæſt. lib. 12.* Iaſon. *in l. 1. in 2. gradu illuſtrium. 3. colum. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.* vbi etiam Putpu *numer. 90.* Alciat. *libro. 3. diſpunctionum. cap. 4.* Eſt denique dignitas quæ à patria liberat poteſtate. *l. 10. titul. 18. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur, part. 4. in fin.*

CAPVT III.

DE QVAESTORE AGIT CANDIDATO, Cancellario, & Regis Secretario.

SVMMARIA.

1 *Quæſtoris candidati dignitas.*
2 *Quæſtor candidatus an Secretario Regis comparetur.*
3 *Et an Cancellario.*
4 *Cancellarij dignitas.*
5 *Quæſtor candidatus apud Hiſpanos relatoris munus obtinet.*
6 *Quæſtoris candidati à Secretario diſtinctio.*
7 *Quæſtoris candidati à Cancellario ſeparatio.*
8 *Quæſtor candidatus an Imperium habeat? & vtrum conueniri poſſit durante magiſtratu.*

ADVOCATVS Caſſiodorus *lib. 6. variarum c. 5.* de quæſtore candidato loquens hæc 1 dicit: *Si tantò clara ſunt dignitates, quantum noſtris aſpectibus perfruuntur, ſi præſentia frequens prodit dominantis affectum, nullus ita iudicum poteſt eſſe glorioſus, quam ille qui eſt in cogitationum noſtrarum participatione ſuſceptus. Alijs enim pecuniæ publicæ committimus procurationem, alijs cauſas commendamus audiendas, alijs patrimonij noſtri curas delegamus. Quæſturam toto corde recipimus, quam noſtræ linguæ vocem eſſe cenſemus. Hæc noſtris cogitationibus neceſſariò familiariter applicatur, vt propriè dicere poſſit, quod nos ſentire cognoſcit. Arbitrium ſuæ voluntatis deponit, & ita mentis noſtræ velle ſuſcipit, vt à nobis magis putetur exiſſe quod loquitur. O quam arduum eſt verba dominantis aſſumere, loqui poſſe quod noſtrum credatur, & prouecti in publicum decorem glorioſam facere felicitatem. Conſiderate quid ponderis habeat is pariter & decoris? Si quid dubitamus, à Quæſtore requirimus, qui eſt theſaurus famæ publicæ, armarium legum, paratus ſemper ad ſubitum. Et, vt ait Tullius, magiſter eloquentiæ, nihil præſtabilius videtur, quam poſſe dicendo tenere hominum mentes, allicere voluntates, impellere quò velit, vnde autem velit, deducere. Nam ſi oratoris eſt proprium, grauiter & ornatè dicere, vt poſſit animos iudicum commouere, quanto facundior debet eſſe, qui ore Principis populos noſcitur admonere, vt recta diligant, peruerſa contemnant, bonos ſine fine laudent, peſſimos vehementer accuſent, vt pœna feriata ſit diſtrictio, vt præualeat eloquentiæ fortitudo: ſit imitator prudentiſſimus antiquorum, mores alienos corrigat, & ſuos debita integritate cuſtodiat. Talem denique oportet eſſe Quæſtorem, qualem portare Principis decet imaginem. Nam ſi nos, vt aſſolet, cauſam geſtis audire contingat, quæ authoritas erit linguæ, quæ ſub oculis regale genium poſſit implere? Adeſſe debet ſcientia iuris, cautela ſermonis, vt nemo debeat reprehendere, quod Principem conſtiterit cenſuiſſe.* Hactenus Caſſiodorus. Et rurſus *lib. variar. 1. in epiſtola quam miſit Theo.* Rex *Senatui Romæ: Omnes,* ait; *Quos ad Quæſturæ culmen euehimus, doctiſſimos æſtimamus, quales legum interpretes, & conſilij noſtri decet eſſe participes. Nam licet in honoribus alijs beneficia conferamus, hinc ſemper*

 accipimus.

Digitized by Google

accipimus. Eſt nimirum curarum noſtrarum felix portio, ianuam noſtræ cogitationis ingreditur, pe-
ctus, quo generales curæ voluuntur, agnoſcit. Aeſtimate quid de illo debeat iudicari, qui tanti parti-
ceps ſit ſecreti. Ab ipſo legum peritia poſtulatur, illuc vota confluunt ſupplicantium. Et quod eſt omni
theſauro pretioſius, penès ipſum ciuilitatis noſtræ fama reponitur. Hæc ille. Huncego Relatori
comparari dixerim? Abſit à me talis aſſertio. Nam quid vobis commune cum Rege,
aut cum eius Conſilio, aut legum emendatione, & alijs quæ in Candidato Quæſtore
inueniuntur? Maximam etenim dignitatẽ habebant ea munera, quibus Relatores cõ-
2 parari eſſet abſurdiſſimum. Quare † vel Secretario Regis, vel Cancellario adæquandi
ſunt: hi enim ſecretarij dicuntur, qui ab ore Principum imperia recipiunt diplomatum,
libellorum, & epiſtolarum, edictorumq́ue, quæ in Conſilio ſelecto decerni ſolẽt, ſub-
ſcribendorum. Ideo à ſecretis, à libellis, à manibus, & ab epiſtolis dicuntur, ſi Budæo
credimus *in prioribus in Pandectas annotationibus, titul. de offic. Procons. l. nec quicquam. §. vbi*
decretum. Hi ſunt, qui hodie legere Principi epiſtolas, legéſque conſueuere, vt Lucæ de
Penna placuit *in rub. C. de Præpoſitis ſacri cubiculi.* Petro Cotcrean *in ſuo ſchedulari Magi-*
3 *ſtratuum ciuilium tit. de Quæſtore.* Chaſſenco *in catalog. glor. mundi, 6. p. conſid. 6.* Poteſt † etiã
Quæſtor dici Cancellarius: Qui Princeps fuit olim in Curia, & Præfectus ſummus Re-
gij Prætorij, & conſiliariorum, aliorumq; Magiſtrat. qui apud Regem munera publica
in executione iuſtitiæ, & in expediẽdis negotijs, regio nomine obtinebant. Cuius mu-
nus erat reſcripta, & reſponſa, decretáque Regis inſpicere, & malè ſcripta aut expedita
cancellare: id eſt, tranſuerſis lineis, veluti cancellis expungere, & illinere, *l. cancellauerat.*
ff. de his quæ in teſt. delen. & l. ſeq. l. Si chirographum. ff. de prob. ꝙ Budæus indicat *in rub. ff. de offic.*
Præfect. Præt. optimus text. *in l. vlt. C. de pet. bon. ſubl. li. 10.* ibi, *Sed vir illuſtris quidem cuiuſcunque*
4 *temporis Quæſtor, ſi oblatæ petitioni ſubſcripſerit, vel etiam reſponſum dederit.* Magnam † & olim
fuiſſe Cancellarij dignitatem, & authoritatem apud Gallos, teſtis eſt Paul. Æmil. *lib. 3.*
de reb. Francorum: quo in loco Cancellariũ appellat Præfectum iuris. Primus enim erat à
Regia Maieſtate Magiſtratus, vt Guil. Bened. refert *in repet. c. Raynutius. in verbo; & vxorem*
nomine Adelaſiam, n. 485. Quinimo in Francia, & Quæſtoris munus Cãcellarius obtinet,
& Præfecti Prętorio, quippe qui & reſcripta ſignat, ſicut & logothera, aut ſecretarius in
locũ Cancellarij, ſecundũ Lucã de Penna *in d. l. 2. C. de pet. bon. ſublat. li. 10.* & Guil. Bened.
vbi ſup. n. 487 & quia in omnibus præfertur aliis Prætorio Præfectis, in quocunq; enim
Franciæ Parlamento, in ſeſſione præfertur, vt ibi aſſeuerat Bened. *n. 488. & ſeq.* Et ſa-
ne in hoc Hiſpaniæ Regno prima erat Cancellarii dignitas poſt Regem in temporali-
bus, vt *in l. 4. tit. 9. part. 2.* ꝙ quidem magis vero conſonat, quam quod de Quæſtoribus
ſomniaſti. Rel. Si prudenter tempora diſtinxeris, facilé antiqua ſedabis monumenta.
5 Quæſtor † Candidatus, qui temporibus Tullij Hoſtilij vigebat, DCXXVII. anno ante
Chriſti ortum, nil aliud muneris obtinebat, quàm legendi epiſtolas & leges Principi,
vt *in d. l. 1. ff. de Quæſtor.* Quæ dignitas apud Hiſpanos maxima ſemper fuit priſcis tempo-
ribus, vt *in l. 10. in fin. tit. 18, quib. mod. ius patriæ poteſt. ſolui. part. 4.* cuius verba ſunt: *Tambien*
ha otra dignidad, a que llaman. otroſi Queſtor :: que quiere tanto dezir como aquel que ha de leer
delãte del Emperador, ò del Rey las cartas de poridad que le embian, y las que el embia. Yotroſi el que ha
de leer ante ellos las leyes que hazen nueuamẽte ante que ſean publicadas. Quo functꝰ eſt munere
Fer-

Ferdinandus Diez Iuris Doctor, Ioanne Rege Caſtellæ regnante, anno 1407. vſque ad annum 1454. Conſiliariuſque Regis Relator, & Secretarius ſimul, appellabatur, vt *in Pragma. 49. cap.* 8. vbi in fine dicit: *Yo el Doctor Fernando Diez, Oydor y Relator del Rey, y ſu Secretario.* Ex † quibus verbis ſatis liquet, diuerſa fuiſſe munera Quæſtoris candidati, hoc eſt, Relatoris, & Secretarij, cum in vna eademque perſona diuerſis nuncupentur nominibus. Conſtat item ex alio diuerſa eſſe munera, nempe; cum Quæſtoris candidati dignitas nulli alij quam legum Doctoribus erat demandanda, teſte Seneca *in chronicis.* §. *Cumque. ibi, Quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam, in proœmio inſtituti.* At, in Secretarijs ſecus, qui non Iuriſperiti eliguntur, ſed nimium experti viri, & ſubtilis ingenij, abſque legum tamen peritia, vt *in l.* 8. *tit.* 9. *part.* 2. Sed † neque Candidatus Quæſtor Cancellario comparatur; quippe quorum diuerſa admodum ſint officia, & diuerſo tempore inuenta. Candidatus primùm, qui legendi munus, deinde Cancellarius, qui ſe ſubſcribendi diplomatibus, libellis, ſeu literis principalibus officium ſubminiſtrabant, ſine cuius Cancellarij (qui & Quæſtor tunc appellabatur) ſubſcriptione, literæ non valebant. *auth. vt diuinæ iuſſ.* §. 1. *collat.* 8. *ibi: Cui magnifici viri Quæſtoris annotatio ſubiecta non fuerit.* & *in authent. de non alienan.* §. *Quia vero veriſimile, ibi, Sed & glorioſiſſimo Quæſtori pœnam imminere centum librarum auri ſi quid tale dictauerit. collat.* 2. & *in l.* 2. *ibi. Sed vir illuſtris cuiuſcunque temporis Quæſtor, ſi oblatæ petitioni ſubſcripſerit, vel etiam reſponſum dederit. C. de petit. bonorum ſublatis, libr.* 10. Ex quo patet, Quæſtorem hunc, qui partes agebat Cancellarij, viguiſſe temporibus Theodoſij, & Valentiniani, dictæ l. 2. conditorum, qui ſimul imperabant anno à Chriſti natiuitate quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo, vſque ad 454. & Iuſtiniani Imperatoris, cuius extant libri authenticorum, cuius incepit imperium anno poſt Chriſti ortum ſexcenteſimo octuageſimo ſeptimo. Cæterùm, † quamuis hiſce Theodoſij, Valentiniani, & Iuſtiniani temporibus, Quæſtor maiori frueretur dignitate, quippe qui & Cancellarij, & Candidati Quæſtoris ſimul partes agebat, vt ex præcitatis iuribus expenditur: hic tamen tantus & tam Auguſtus Magiſtratus in ius ad Prætorem deduci poterat, à priuatoque conueniebatur, & in ius vocabatur, vt Gellius *libr. Noctium Atticarum.* 13. *cap.* 13. probat ex Marci Varronis commentarijs. Quibus ſcriptum erat: Magiſtratus qui poteſtatem neque vocationis populi viritim habebat, neque prehenſionis (cuiuſmodi Quæſtor erat) á priuato in ius quoque vocari poterat. Cui Purpuratus conſentire viſus fuit *in l.* 1. *num.* 90. *ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſd.* cum aſſeruit Quæſtorem Canditatum conueniri poſſe durante Magiſtratu, vtpote qui non haberet imperium. Quo fieri, vt ridiculum ſit ad hunc coarctari Cancellarij partes, qui & Præfecti Prætoris & Quæſtoris officia complectitur, vt per eum ibidem, & Chaſſaneum *in Catalogo gloriæ mundi.* 7. *parte,* 7. *quoque conſideratione*: ibique de dignitate Cancellarij plurima congerit. Adv. Imperium Quæſtores, qui Theodoſij, Valentiniani, & Iuſtiniani memoriâ vigebant, habere negas? An id nitidiùs cerni potuit delirium, quam ſi ex iiſdem authoribus leges inſinuavero non paucas, imperium eis maximum concedentes? Imperatores Theodoſius & Valentinianus Cyro Præfecto reſcribentes Prætorio, legem tulerunt, quæ ſub titulo extat de appellationibus Iuſtinian. Codicis. Hæc incipit: *Præcipimus*: qua appellationes

expectabilium iudicum, ad virum illuſtrem Prætorio Præfectum, & ad virum itidem illuſtrem Quæſtorem ſacris iudicijs Præſidentes fieri, ibique diſceptari ambobus eam definientibus & terminari præcipitur. Quin & alia eiuſdem Iuſtiniani, *in auth. conſtitutione de appellat. & intra quæ tempora. §. illo videlicet id conſtat*. quæ canonizata eſt *in c. anteriorum. 2. quæſt. 6.* vbi à Prætoribus appellari iubetur ad Prætorio Præfectum, qui vnà cum viro excelſo pro tempore Quæſtore, eas dirimat, vtroque officio ſubminiſtrante, id eſt; tam ex ſacris ſcrinijs more ſolito, quam Præfectorio. Rurſus idem Iuſtinianus *in authent. de mand. Princ. §. Sit tibi quoque tertium. collat. 3.* reſcribens Quæſtori ſacrique Palatij Exconſuli, ſic ait: *Sit tibi quoque tertium ſtudium, lites cum omni æquitate audire, & omnes quidem breuiores, & quæcunque maxime vilium ſunt, ex non ſcripto decidere, & iudicare.* Ecce ibi Quæſtor cauſas decidebat, definiebatque: quò fit, vt Quæſtor imperium habeat.

CAPVT IV.

QVAESTORVM CANDIDATORVM GENERA VI. ET AN Relatoribus comparentur? & de Regio Conſilio tractat.

SVMMARIA.

1. *Magiſtratuum antiquorum mutatio.*
2. *Quæſtoris candidati munus Theodoſij temporibus, & Iuſtiniani.*
3. *Secundum eâdem memoriâ quæſtorum genus.*
4. *Aliud quæſtorum genus ijſdem temporibus.*
5. *Quartum quæſtorum genus Theodorici temporibus.*
6. *Quæſtoris candidati dignitas in Hiſpania adinſtar eorum qui Tulli Hoſtilij memoriâ vigebant redacta.*
7. *Relatores quibus quæſtoribus adæquentur.*
8. *Conſilium Regium ſenatui adæquatur.*
9. *Conſilium Regium pars eſt corporis ipſiuſmet regis.*

RELATOR.

VIdeo quantis calumnijs veritatem meam oppugnare velis; ipſa tamen ſeſe de-
1 fendit, nec alio indiget exploratore. Magiſtratus † Romanos, eius ætatis, aut Monarchiæ, quæ Conſtantinum Principem anteceſſit, conſtat diuerſos mirum in modum eſſe ab ijs, qui in nouiſſimis libris Codicis leguntur: nihilque ferè eius antiquitatis redolere. A Græcis enim ſumpta ſunt, & ob id magna ex parte non intelliguntur, authorum eius temporis penuriâ, ſi Budæo, homini hiſce in rebus ſatis perito, credimus *in eius in Pandectas annotat. titul. de officio Quæſtoris, col. 3.* Quare non mirum ſi hæc non ita
2 liquidò enucleentur. Cæterum † ſi leges rectè appendantur, tria eſſe Quæſtorũ genera Theodoſij, Valētiniani, & Iuſtiniani memoriâ apparebit. Nempe eos, qui Cãcellarij & Quæſtoris Candidati antiquioris ſimul fungebantur officio, de quib. *in l. vlt. C. de pet. bon. ſubla.*

ſubl.a. lib. 10. *& in auth. Vt diuinæ iuſsiones ſubſcriptionem habeant glorioſiſsimi Quæſtoris, per to-*
tum, & in authent. de non alienan §. quia verò veriſimile, collat. 2. Hi nullum iure habebant im-
perium, vt ex iiſdem conſtat legibus, & ex *l.* 1. *in fin. ff. de offic. Quæſtor. ibi: Ingreſſus eſt enim,*
& quaſi primordium gerendorum honorum ſententiæque in Senatu dicendæ. Quo fortè mune-
re fungebatur Ferdinand. Diez: erat enim Relator Regis & Secretarius; & ſic eo tem-
pore diuerſa erant munera, licèt apud vnum tantùm eſſent. Hodie tamen obtinuit Se-
cretarium Regis his duobus vti muneribus hoc in Regno. Abſumptum enim & an-
tiquatum fuit Quæſtoris ſeu Relatoris Regij officium, cuius leges Regiæ ſuprà ci-
tatæ meminerant. Aliud † fuit Quæſtorum genus eorundem Imperatorum memo-
riâ, qui maxima fruebantur dignitate. Simul enim cum Præfecto Prætorio cauſas au- 3
diebant, & definiebant, adminiſtrantibus tam eius quàm Præfecti Prætorio officia-
rijs, vt *in dict. §. illo videlicet, in authent. de appellat. & intra quæ temp. & in dict. l. præcipimus.*
C. eod. & in dict. cap. anteriorum. 2. *quæſt.* 6. Hi etenim maximam dignitatem & impe-
rium habebant, vt ex eiſdem legibus videre licet. Tertium † Quæſtorum genus qui
iiſdem vigebant temporibus, Præſidis Prouinciarum gerebant ferè munera, & tam 4
de ciuilibus quam criminalibus cauſis cognoſcebant, vt *in auth. De mand. Princ. §. ſit tibi*
quoque, & per totum. Quod verba eiuſdem conſtitutionis vltima inſinuant, cùm ſic
ait: Et venire in Prouinciam cui præes. Quo fit, vt Quæſtores iſti Prouinciales, non
tantam haberent dignitatem & imperium. Et ita fortè intelligi oportebit textum *in*
authen. de Quæſtoribus, de quo tu ſuprà c. proximo meminiſti. Quibus † addi poterit
aliud & quartum Quæſtoris genus, omnibus alijs præexcellentius, de quo Caſſio- 5
dorus loquebatur *lib. variarum 6. cap. 5. & rurſus lib. 1. in epiſtola à Theodorico Rege Gottorum*
miſſa Senatui vrbis Romæ. Qui & candidati ſimùl & Cancellarij Præfectique prætorio
muneribus fungebatur, magnaque pollebat & dignitate & poteſtate. Cui fortè Galli-
canus Cancellarius adæquatur, vt ita intelligi poſſit Chaſſanei, Guill. Bened. & Purpu-
rati ſententia *in locis ſuprà citatis.* Atqui Theodoricus Gothus Hiſpaniæ Rex anno qua-
drageſimo vigeſimo ſeptimo regnare incepit. Poſtmodum † verò Imperatoris Adel-
phonſi temporibus in Hiſpania Quæſtor Candidatus, Relatoris obtinebat officium, 6
quippe cuius munus erat, Principi leges & epiſtolas legere, *vt in l.* 10. *ad fin. tit.* 18. *part.* 4.
eratque diuerſum munus & diſtinctum à Cancellario, vt *in l.* 13. *ſtatim ſequenti eiuſdem ti-*
tuli & libri, Imperator Adelfonſus inſinuat inquiens: *Magiſter ſacri ſcrinij libellorum eſt deci-*
ma dignitas, quæ liberat à patria poteſtate, qui quidem, ait, *vulgò Cancellarius appellatur, cuius mu-*
nus eſt ſigilla regia cuſtodire, libellorumque ſacra ſcrinia: quos etiam libellos examinare tenetur, an-
te quàm ſigillentur, quoſque non rite factos inuenerit cancellare, &c. Ecce ex his conſtat di-
uerſa fuiſſe munera Candidati, Quæſtoris, & Cancellarij. ADV. Quem ergo te i-
pſum facis? REL. Audi † libenter, breuibus concludam. Licèt antea Tullo Ho-
ſtilio regnante Quæſtoris Candidati dignitas adeò præfulgeret, Vlpiani tamen Iure- 7
conſulti temporis dictæ l. 1. ff. de quæſt. conditoris (qui erat Conſiliarius Alexandri Se-
ueri viceſimi ſecundi Imperatoris, iſque imperabat anno poſt Chriſti natiuitatem biſ-
centeſimo vigeſimo quinto) iam non erat ita ſublimis, vt clarè ſentit ibi Vlpianus *in ver.*
Sanè, his verbis. *Sanè non omnes Quæſtores prouincias ſortiebantur, verùm excepti erant Candidati*
Principis

Digitized by Google

Principis: hi etenim ſolis libris principalibus in Senatu legendis vacabant. Hodieque obtinuit Quæſtores creari indifferenter, tam Patricios quam Plebeios. Ingreſſus eſt enim, & quaſi primordium gerendorum honorum ſententiæque in Senatu dicendæ. Ex his, ſicut diximus, quidam ſunt qui Candidati Principis dicebantur, quique epiſtolas eius in Senatu legerent. Hæc ille. Huiuſmodi Quæſtoribus (nî fallor) adæquari poſſunt Relatores hodierni, & maximè ij, qui ſummo Senatui aſſiſtunt: nam ſicut Quæſtores olim legendis libris, vel epiſtolis alijsvè cauſis in Senatu vacabant coram Principe aut Senatu: ita & Renunciatores nil aliud muneris obtinent, quàm proponendi, exponendi, referendi, legendiq; cauſas coram Principe, Cõ-
8 ſiliarijs, ſeu auditoribus eius *l. 6. tit. 3. lib. 2. ordin.* At, quis † dubitabit conſilium Regium ſenatui adæquari Romano? Apud Feneſtellam *de magiſtratibus Romanis cap.* 1. de Senatorum origine ſcriptum eſt, Senatorum originem à Romulo inſtitutam eſſe. Quippe qui vrbis parens & conditor, cùm iam nouam ciuitatem, virib. & robore iuuenum affatim à ſe munitam cerneret, haud minoris momenti fore ratus, ſi eandem conſilij ope fulciſſet, ex primoribus patrum, qui tunc aderant, ciuibus centum numero elegit, quos ob honorem Patres, ob ætatem Senatores appellauit. Quod & Pompon. Lætus confirmat *in libro de magiſtrat. Rom. cap.* 3. Et *cap.* 4. ſubdit, Regem ad Senatum referre, & Senatum de omni re cognoſcere, & ſuffragium ferre, & quod viſum pluribus erat, fieri. Atque, vt Feneſtella ibidem ait, penes hos Senatores adeò ſemper totius Reipublicæ ſumma innixa eſt, vt ne Reges quidem, Conſules, aut Dictatores, aut alius quiſpiam Magiſtratus inconſulto Senatu quippiam moliretur, adeo vt cùm Tarquin. Superbus pleraque pręter Senatus authoritatem decerneret, tum demum amiſſo regio nomine, tyrannus ap-
9 pellaretur. Sic & in † Hiſpano Senatu, quem Regium conſilium appellamus, Conſiliarij, qui Regis continuè aſſiſtunt lateri, eum in regenda Republica legibuſque condendis, cauſis arduis expediendis, alijſque omnibus rebus rectè agendis ſalubriter dirigunt. Qua ratione pars ſui corporis myſtici reputantur: cuius caput eſt ipſe Princeps. *l. Ius Senatorum. C. de dignit. lib.* 11. perindéque de ordine dicitur conſilij, atque Paterfamilias, qui & venit appellatione familiæ. *l. Familiæ, ff. de verb. ſignif.* & ita aſſeuerat Ioan. de Platea *in dict. l. ius Senatorum.* Rurſus, quòd conſiliarij ſint pars corporis ipſiuſmet Principis, facit optimus text. *in l. Quiſquis. C. Ad l. Iul. Maieſt. ibi: Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt, & in l. 1. verſicul. La octaua. titul. 2. de crim. læſæ Maieſtatis. par. 7. l. vn. C. de præpoſ. laborum.* & inhærent Principi ſicut ſtellæ firmamento cæli, ſecundum Bal. *in l. multa. C. de bonis quæ lib.* & velut ſplendor fulgent firmamenti, *argumen. cap. ſuper ſpecula, de Magiſtr.* & ſolis radij dicuntur. *c. multi, de pœnit. diſtinct.* 2. Quo fit vt tangens vel offendens eoſdem, etiam in minima parte corporis, totum Principem infeſtare cenſeatur. *l. vulgaris eſt quaſt. ff. de furt. c. vulgaris, de pœniten. diſtinct.* 1. Præterea, ſicut Quæſtor Candidatus pars erat corporis ipſius Senatus, & conſequenter ipſius Principis, vt videre licet ex Caſſiodoro à te ſuprà c. proximo citato, & ex *dict. l.* 1. *ff. de quæſt.* non tamen ſuffragium præſtabat, vt ibidem Vlpianus cenſuit: ita & Relatores hodie partes ſenatorias ſubſtinent, quippe qui quod & ipſi conſiliarij & auditores facere tenebantur ſuppleant, nempe, videre & legere cauſas, ſine quo ſententiæ nullæ erant, vt *in l.* 26. *titul.* 1. *foro iuzgo.*

CAPVT

CAPVT V.

CANCELLARIAM REGII PARTEM ESSE CONSILIJ, plurimiſque in conſiſtoriis Conſiliarios & auditores Relatorum munere fungi aperit.

SVMMARIA.

1 *Conſilium Regium in duas partes diuiſum.*

2 *Cancellariam Regiam partem eſſe Regij conſilij.*

3 *Relatoris munere Rotæ auditores & alij ſummi ſenatores vtuntur.*

4 *Relatores 12. quondam fuere in Parlamento Toloſano, nunc munus promiſcuum factum eſt.*

5 *Conſiliarij quandoque referunt.*

VERVM † vrgente cauſarum litiúmque multitudine, cùm Regium Conſilium ad 1
omnes non ſufficeret cauſas, cumque litigatores Curiæ mutatione nimium grauarentur, regium Conſilium in duas fuit partes diuiſum. Prima, vt curiam ſectaretur Regiam, quod ſupremum Regis conſilium appellatur, vbi de gubernatione tantum agitur, & cauſæ arduę, in quibus ſupplicatio ſecunda ad perſonam regiam permittitur; cauſæ etiam ſyndicatus quorumcunq; iudicum, & quæ per appellationem à Quæſtoribus parricidij, vulgò *Alcaldes de Corte*, dictis, interpoſitam, ad eoſdem conſiliarios ex regijs
conſtitutionib. deuoluuntur, ipſis ſunt reſeruatæ. Secunda † Conſilij pars de cauſis agit 2
iuſtitiam dumtaxat concernentibus, quæ regia dicitur Cancellaria. Rurſus hæc ſubdiuiſa eſt in duas, vna in inſigni oppido Valliſoleti, olim Pincia nuncupato, alia in ciuitate Granatenſi, in quarum qualibet ſexdecim ſunt auditores, & ſinguli Præſidentes. Quatuor criminalium iudices, duo fiſcales patroni, bini iudices nobilitatis Hiſpanæ, quam noſtro vulgari idiomate *Hidalguiam* appellamus, qui de eiuſdē nobilitatis cauſis cognoſcunt, ſimul cum duobus regijs notarijs. Duodecim Relatores cauſarum ciuilium, duo inſuper criminalium. Quapropter ea omnia quæ de ijs qui ſummo Senatui aſſiſtunt dicta ſunt, & in his quæ in regia ſunt cancellaria reperi poſſunt. Cumque ipſi videant, legant, referantque acta cauſarum ſicut & cæteri, partes nimirum obtinent iudicum ſeu
auditorum. Idquè potiſſimùm cōprobatur, Cùm in † alijs ſupremis cōſilijs, auditorijs, 3
& parlamentis. vt Franciæ Pariſienſi. Tholoſano, & alijs, Rotæquè auditorio, & Aragonum conſilio, ipſimet Senatores, cōſiliarij. & auditores referant mutuò cauſas. Quo fit, vt iudicum ſimul & relatoris partes agentes, vnum & idem munus eſſe ſatis appareat. Qui quidem conſiliarij cùm relatorum ſeu quæſtorum merè officijs funguntur ſuffragia non præſtant, ſed alij coauditores eas dirimunt, atque in Romana Curia auditores inuicem cauſas referre iuxta diſtributiones ſeu commiſſiones eis factas per Vicecancellarium, ſeu Cancellariæ regentem, ſcribitur *in deciſione Rotæ 362. in nouis, & 419. in antiquis. c. vt noſtrum, ibique moderni notant, extra, de appell.* refert Ludou. Gomez *in regulis cancellariæ, quæſt. 16. de vtriuſque ſignatura compendio, verſicul. poſtquam igitur pag.* 324. Ioan. Neuizan. *in ſylua nupt. lib. 5. num. 99. ad medium,* & Octauianus *in ſuo de moribus iudiciorum curiæ Romanæ lib. 7. verſi. Lata. folio mihi* 102. vbi aſſerit, officium meri relatoris obtinere auditores. Id

C quod

quod etiam fieri cernitur in Pariſienſi Senatu, vt ex epiſtola quadam ad Lectorem, ſcri-
pta in præfatione legum connubialium Tiraquelli videre licet. Ibi etiam Iacobus Spi-
phanus in eodem Senatu Inquiſitionum Præſes, eiuſdem epiſtolæ author, inter alias
quas eiuſdem Tiraquelli Curiæ Pariſienſis Senatoris profert laudes, hæc verba memo-
riæ prodidit: *Etenim*, inquit, *ſiue cenſeat ipſe, ac de propoſita cauſa ſententiam dicat, ſiue ſummam*
controuerſiæ, ſeriémque exponat renunciatorum partes agens, dij boni, quanta fide, quanta æquitate ac
diligentia hoc facit, vt integritatis an doctrinæ laude potius ſit commendanda, meritò dubitari poſſit.
4 Eo igitur quo referunt tempore Quæſtorum ſeu Relatorum vicem obtinent. De † par-
lamento Toloſano legitur apud Budæum *in prioribus in Pandectas annotationibus tit. de Sena-*
tor. l. vlt. in tres claſſes, ſiue cameras eſſe diuiſum. Vna in maximo tribunali conſtituta e-
rat, altera in ſecundo Conſilio, quod ab iudicandis inquiſitionibus nomen accepit.
Quæ ipſa rurſus conſtitutioni Philippi anno milleſimo trecenteſimo viceſimo, menſe
Februarij (vrgente cauſarum multitudine) in duas claſſes ſubdiuiſa eſt. Ijs autem vice-
ni homines diſtributi, octoni iudices, duodeni relatores, id eſt, reportatores appellati,
quos etiam renunciatores congruè dicimus, cauſarumquè expoſitores. Horum etenim
munus erat inquiſitiones iudicibus renuntiare. Nunc verò munus promiſcuum factum
eſt renunciandi iudicandiquè. Quod ſi hoc in Regno nõ fit ita, multitudo litium eſt in
cauſa. Congruentius tamen fieret fortſitan, ſi munus promiſcuum eſſet referentium
auditorumquè: & negotia commodius expedirentur, quod facilè fieret tot auditoribus
additis, quot & modò adſunt. Neque id ſanè eſſet impoſſibile, imo nec difficile qui-
5 dem, quippe cum & in alijs fiat grauiſſimis Conſiſtorijs. Atqui † in huius etiam Regni
ſummo Conſilio, cauſæ quæ breui expediuntur, per Præfectum Senatui alicui ex
Senatoribus committuntur, qui duobus cuiuslibet hebdomadæ diebus commen-
data coram alijs refert, ſuper quibus, relatione facta, ſuffragia per omnes Con-
ſiliarios præſtantur. In alijs verò cauſis, quæ non ita celeriter expediuntur, ſecus fit.
Relatoribus namque committuntur, vt ipſi Senatoribus referant.

CAPVT VI.

RELATORES IVRISPERITOS ET ELOQVENTES ESSE oportere, & an adeſſe eos oporteat, cum ſuffragia præſtantur, diſcutit.

SVMMARIA.

1 *Relatores ideò quæſtoribus comparari, quia iuriſperiti eſſe debent.*
2 *Relatores eloquentes eſſe oportet.*
3 *Relatores in Curia reſidere oportet, ſicut & olim Quæſtores.*
4 *Relatores an adeſſe poßint cùm ſuffragia præſtantur.*
5 *Relatores quibus habere licet.*

PRÆTEREA, quòd renunciatorum munus ſit ad inſtar Quæſtorum, facit ratio
1 talis: Quæſtoris Candidati † dignitas & officium nulli alij quàm legum Doctori
demanda-

demandabatur, aut earum interpreti doctiſſimo, teſtibus Seneca & Caſſiodoro *vbi*
ſuprà. Adeſſe debet, inquit, ſcientia iuris, cautela ſermonis, vt nemo poſſit reprehendere, quod Prin-
cipem conſtiterit cenſuiſſe. Sic & Relatorem Iuriſperitum eſſe oportet, nec prius eum ad-
mitti ad referendi munus, quàm ſcientiæ iuris Cæſarei, & Pontificij inſudaſſe conſti-
terit decem annis in Academia approbata huius vel alterius Regni, *vt in pragm.*88. Nec
immeritò quidem: nam etſi relationes meri facti ſint, plurimum tamen Relatores iu-
uantur, ſi legum ſuppellectilem habeant. Satis enim non eſt, facti hiſtoriam recenſere:
ſed duntaxat ea recenſenda ſunt, quæ ad dubitationem controuerſiæ attinent, quæ
ſine legibus ſeligere haud facilè poſſunt. Imò ſolent Relatores, qui leges callent, ſuis
propoſitionibus ſeu enarrationibus ſic factum pro aperienda veritate dubij neceſſa-
rium deducere, vt ex eorum relatione iuris concluſiones clarè reſultent, tantúmque
abſit, vt authoritate legis vel Doctorum probentur. Non ergo abs re leges Regni no-
ſtri eos iuris debere eſſe peritos ſtatuerunt. Quos in ipſa facti conſideratione ſecum
ſtudere oportet ſtudio quodam non reſolutiuo quidem quod ad iudices pertinet, ſed
aperitiuo, duntaxat, quatenus eis operantibus ad veritatem aperiendam viam mon-
ſtret. Quod † ſi non ſtuduerint, vel non intelligent, plerumque ſaxum vel ſacrum 2
offendent. Adhæc oportet vt in eis adſit cautela ſermonis, eaque omnia concurrant,
quæ à te iam ex epiſtola Caſſiodori explicata ſunt, nempe, vt hominum dicendo men-
tes alliciant, voluntatéſque impellant. Nam ſi oratoris eſt grauiter & ornatè dicere, vt
poſſit animos iudicum commouere, quantæ facundiæ debet eſſe, qui ore Principis
populos noſcitur admonere? &c. Quantam (Ieſu bone) debet renunciator habere
facundiam, vt ſciat cauſas implicitas explicare, mentéſque iudicum allicere, vt perci-
piant quæ ipſe intelligit. Quantam præterea cautelam ſermonis, tum in dicendo, tùm
etiam in componendo ſententias, ſeu iudicum definitiones, eis applicando verbaiuri
conſona & clara, ne inde maiora (prout aſſolet) ſurgant iurgia, neue vnquam carpi poſ-
ſit, quod Senatores Regióſque iudices conſtiterit cenſuiſſe? Eadem nempe omnia eis conue-
nire debent, quæ & ipſis iudicibus, vt infra opportunius aperietur. Quod fit vt in Relato-
ribus valde res eluceat. Ex alio † rurſus redditur probabilis mea conſideratio, nempe 3
cum Candidatum Quæſtor in Principis Curia reſidere teneretur, eiuſq; ſemper aſpecti-
bus perfruebatur, vt teſtimonio eſt Caſſiodorus *lib. variarum 6.c.5. l. vlt. C. de petit. bon. ſubl.*
Ita, & qui referendi munere vtuntur in ſupremo Senatu, ſiue in Regio Prætorio, ibi reſi-
dere tenentur, Senatorúmque fruuntur aſpectibus, *l.5. tit.3. lib.2. ordinationum* Porrò eo-
rum arcana eis reuelantur. Nam ad componendum ſententias à Senatoribus vocantur,
vt *in pragm.*40.c.65. Imò † olim vnà cum Senatoribus Regijſve Auditoribus in Conſi- 4
ſtorio cum ſuffragia præſtabantur aderant, cúmque lites dirimebantur, præterquam in
cauſis ad ipſos ſpectantibus, aut ſi alia ex cauſa Conſiliarijs ſeu auditorib⁹ videbatur
æquum eſſe ne adeſſent, tunc enim eos exire iubebant, donec ſuffragia præſtarentur. *l.9.*
tit.3. lib.2. ordin. Cui ordinationi quanquam derogatum fuerit per dictā pragm. 40.c.65. me la-
tet quidem. Nam ſi fideles, ad Relatorum munera admittuntur iuriſq; periti, & optimis
educati parentibus, ætatiſq; ſex & viginti annorum, alia inſuper habentes; quæ lex 58 in
Regijs pragmaticis requirit, & arcana ſeruabunt, cauſarúmque hiſtorias ad Sena-

torum memoriam redigent, vtpote quæ ab eis ſatis ſint præuiſæ & perpenſæ, & ſi memoriâ quandoque defecerint, ipſi ſuggerent. Quorum, ſi exquirere libuerit, ſententiam, interdum admittent, aut ſi maluerint, refellent. Quo nimirum fieret, vt facilius cauſæ vtiliúsque expedirentur. Neque quid noui fieret quidem, vt ex dicta Regia or-
5 dinatione expenditur. Item † prædictis ſuffragatur ſequens conſideratio. Perinde atque olim candidatus Quæſtor non coram alijs legendi aut referendi munus exercebat, quam coram Principe aut Senatu, vt *in d. l. 1 ff. de Quæſtor.* ita & Relatoribus coram alijs referre non permittitur, niſi coram Senatoribus Regijſque Auditoribus: nulliſque alijs iudicibus eos habere licet, quam Conſiliarijs Regiſque Auditoribus: Cæteri namque omnes iudices cauſas ipſimet litiumque proceſſus tenentur inſpicere, legeréque, nec per renunciatores id eis expedire permittitur, lege Regia prohibente, edita ab inuictiſſimo ſemperque Auguſto Cæſare Regeque noſtro Carolo V. in Comitijs Toleti celebratis anno 1539. petitione 6. Hæc ſunt quæ ſeſe mihi offerunt pro primæ partis libelli mei probatione. Eia ergo, tuere cauſam tuam, oſtendéque dignitatem, authoritatem, & antiquitatem tui muneris, vt ad ſecundæ concluſionis probationem condeſcendamus.

PRIMAE CONCLVSIONIS EPILOGVS.

CAPVT VII.

ADVOCATORVM LAVDES CONTINET.

SVMMARIA.

1. *Veritati ſimplex etiam & incultum teſtimonium ſufficit.*
2. *Aduocationis munus viri inſignes geſſerunt.*
3. *Aduocatus fuit Chriſtus hoc in ſeculo.*
4. *Aduocati plures Sancti.*
5. *Aduocatorum munus, laudabile & meritorium.*
6. *Aduocatio vtilis & neceſſaria.*
7. *Aduocationis & iuriſperitiæ laudes.*

ADVOCATVS.

VEreor proprijs encomiis munus ipſe meum extollere, ne in me forſitan arguatur, quod & tibi meritò obiici poteſt: *laudantque* dicant *fabrilia fabri.* Verebórque rurſus, ac rurſus vereor, vt ne cauſam adeò nitidam defendendo ſolem videar facibus illuſtrare, ſupernacuiſque laborare impendiis, vt inquit text. *in cap. ſi omnia.*
1 6. *quæſt.* 1. Quandoquidem † veritati, quam ipſe foueo, teſtimonium ſimplex & incultum ſufficit: neque eam oportet & fictis obumbrare coloribus; quippe quæ ipſa ſibi plaudat, proprióque ſit contenta præconio, neque alterius theatri ſtrepitum

pitum requirat. Nihiloſecius tamen aliqua de antiquitate & dignitate aduocationis
breui, vt aiunt, calamo pertractabo, argumentaque in contrarium adducta refellam,
ne credar forſitan reſponſionis penuria declinare certamen, neve fides audientium læ-
datur, propoſitum meum non intelligentium, contra Gratianum conſiliam *in c. commenda-
tis. in fin. 44. diſtinct.* Inprimis † dignitatem & antiquitatem huius muneris oſtendo ex
his, vel in ſumma dignitate collocatis, qui hoc ſtudium non prætermiſerunt. Germa-
nicus Caligulæ pater, quem omnes miris laudum præconijs extollunt, orauit cauſas,
etiam triumphaliſi, vt à Suetonio traditum eſt *in ipſo Caligula, c. 3.* Marcianus inter Iu-
riſconſultos celeberrimus poteſt videri & Aduocatus fuiſſe, *ex l. 1. §. vlt. in fin. ff. de ſtatu
defunctorum.* Et Paulus alter Iuriſconſultus planè atteſtatur ſe huiuſmodi officij mune-
re functum, *in l. quæſitum eſt. §. Cùm vir. ff. de legat. 3.* Ibique refert contra eius ſententiam
iudicem pronuntiaſſe: quam benignè accepit, agnouit, comprobauitque Plinius Se-
nior, vir omnibus eruditionis ac doctrinæ numeris abſolutiſſimus, aliquandiu cauſas
actitauit, vt refert Plinius Iunior *lib. 5. Epiſtolarum ad Marium.* Veſpaſianus poſt ſtipen-
dia, quibus Tribunum militum magna fama geſſerat, foro operam dedit, authore
Suetonio. Baldus etiam aduocationis munus exercuit, vt ipſe atteſtatur *conſil. 160. lib. 3.
& conſ. 400. in fin. in ſubſcriptione, eod. lib. 3.* Quid? † Cum in pluribus ſacræ Scripturæ lo- 3
cis inueniatur, Chriſtum hoc in ſeculo aduocaſſe, maximè pro Maria Magdalena con-
tra Martham, *Lucæ 10. Martha,* inquit, *ſolicita es,* &c. *Maria optimam partem elegit, quæ non
auferetur ab ea.* Quod Auguſtinus exponens, ait: *Dominus pro Maria reſpondens, Marthæ fa-
ctus fuit Aduocatus, qui iudex fuit interpellatus.* Et rurſus *Matthæi 26. & Marci 14. & Ioann. 12.
Quid,* inquit, *moleſti eſtis huic mulieri? Bonum enim opus operata eſt in me.* Ex quo ſacri Do-
ctores colligunt, Chriſtum pro ea aduocaſſe. Tertiò eam defendit ab increpatione
Phariſæi eam deſpicientis, tanquam indigna eſſet tangere pedes Domini, dicens: *Cui
multum remittitur, multum diligitur. Lucæ 7.* Legitur item *Ioann. 8.* quod Iudæi cùm accu-
ſaſſent mulierem in adulterio deprehenſam, iuxta legémque dicerent eſſe lapidan-
dam: Chriſtus pro ea excepit, dicens, accuſatores non eſſe idoneos, quippe infames
erant & peccatores. Subditque, *Qui ſine peccato veſtrum eſt, lapidem in eam iaciat:* vt habe-
tur *3. q. 7. c. qui ſine peccato.* Matthæi item 12. diſcipuli à Phariſæis arguebantur, quòd
ſpicas euellebant die Sabbathi, ad comedendum, eſurientes. Chriſtus pro eis reſpon-
dit, tempore neceſſitatis id licuiſſe facere. Adduxit Regem Dauid in teſtem, qui cùm
eſuriret, panem comedit propoſitionis, quòd tantum Sacerdotibus licebat. Venera-
bilis etiam Beda: *Filius,* inquit, *vt formam hominis impleret, obſecrandum Patrem putauit eſſe
pro nobis, quia Aduocatus noſter ipſe eſt,* &c. Matremque eius Sacratiſſimam aduocatam
peccatorum appellat Eccleſia in quotidiana oratione, cuius exordium, *Salue Regina:*
ibi, *Eia ergo aduocata noſtra.* Ex alio etiam conſtat huius muneris dignitas: Fuerunt 4
quippe † plures aduocati Sancti, atque inter cæteros vnus ex quatuor Doctoribus Ec-
cleſiæ, videlicet, Ambroſius, qui vndecim annis Romæ in Palatio ſplendide perora-
uit, fuit & beatus Germanus oriundus ex ciuitate Eduenſi, qui tandem electus fuit
Epiſcopus Pariſienſis, & alii plures quos refert Caſſanæus in Catalogo gloriæ mundi,
7. parte. 26. conſider. Ex quibus apparet, Aduocatorum officium, non modo licitum

 fuiſſe,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

fuiſſe, verùm apud Deum meritorium & approbatiſſimum: quippe quod Chriſtus, 5 & poſt eum tot viri ſancti exercuerint. † Hinc etiam Hoſtienſ. *in ſumme decretal. in proœmio, 4. colum.* aduocatorum vitam præfetri aſſeruit, & Religioſorum quorumcunque, & Prædicatorum fratrum quod Alb. retulit *in l. 1. n. 6. C. ſuffragio.* Cuius rationem ſubdit, nempe, quia ſpiritualia opera & corporalia ipſi exequuntur: quippe qui conſulant dubitantibus, conſolentur mæſtos, peccantes corrigant ſeu corrigi faciant, infeſtos eiſque moleſtos perferant litigatores, pro omnibus denique orant, qui ad eos recurrunt, pro captis poſtulant, miſerabiles adiuuant eorum patrocinio, & eos qui adiutorio deſtituuntur.

6 Rurſus † munus iſtud non laudabile tantùm, verùm etiam vitæ hominum fuit neceſſarium. Vt *in l. laudabile. C. de aduoc. diuerſ. iudicum.* Nam, vt Philoſoph. ait *Politicorum 7. cap. vltim. in fin.* Omnes artes inuentæ noſcuntur ad ſupplendum humanæ naturæ defectus. Natura enim ipſa lapides, ligna, atque ferrum producit, non tamen domum efficit, quare rectè & neceſſariò ars domus fabricandæ inuenta eſt: quæ id ipſum ſupplet, quod naturæ defecit. Simili modo natura parens, lanam & linum, ſed non veſtes producit. Salubriter ergo atque neceſſariò, artes ſuendi, texendique inuentæ ſunt. Natura itaque licet homini loquendi inſtrumenta dederit, non tamen virtutem tribuit perſuadendi: ſed arte effectum eſt, vt homines ſtudio ipſo, atque mirabili artificio vim quandam dicendi conſequantur, vt conceptus ſuos audientium animis imprimere poſſint. Oportebat igitur, pro conſeruatione humanæ vitæ, & tollendis inter homines diſſidijs, vt naturæ huius defectus suppleretur per Iuriſperitos, qui iuſtum & rectum iudicibus perſuaderent ſecundum traditas legum lationes, & nonnunquam iuſtum & rectum diſtinguerent, imitarent, & moderarentur, ſecundum peculiarium caſuum occurrentias, & legiſlatorum mentem. Quæ omnia perirent, ſi Iuriſperiti abeſſent, qui recta hominibus ſuaderent. Et, vt paucis agam, ſumma eſt exercitij huius excellentia, quòd ipſa vniuerſalia ſtatuta humana, quæ generalibus atque indeterminatis verbis ſtatuuntur, lucidius intelliguntur. Nam per Iuriſperitorum ſubtilem ingenioſamque applicationem dictarum legum ad cauſas particulares mentem legum 7 interpretantur. Vnde † Cicero hanc iuris diſciplinam extollens, *Hæc,* inquit, *ad omnes res priuatas, atque publicas tuendas inſtituta eſt.* Et iterum: *Hæc ars tuta eſt, hæc honeſta, hæc illuſtris, qua ſæpe multæ reſpubl. ſaluæ factæ ſunt.* Et tandem per hoc nobile aduocationis officium inſontes defenduntur, oppreſſi releuantur, vtque paucis multa comprehendam, iuſtitia periret, ſi deeſſet, qui iuſtitiam allegaret, vt eleganter probat Roder. Zamorenſ. *in Speculo vitæ humanæ, lib. 1. cap. 17.*

CAPVT

CAPVT VIII.

ADVOCATI, AN LITIGIA SVSCITENT; ATQVE DE eius muneris vtilitate, & abuſu tractat.

SVMMARIA.

1. *Aduocati litigia ſuſcitant.*
2. *Aduocati non adſunt in Germania.*
3. *Bellum nemo tentat ſine armis.*
4. *Aduocati non adſunt in cauſa hæreſis.*
5. *Aduocati cauſam litigijs non præſtant.*
6. *Aduocatorum abuſus.*
7. *Aduocati munus vtile Reipubl.*
8. *Legum peritos legeſque ipſas admodum eſſe Reipubl. neceſſarias.*

RELATOR.

RVmperer equidem, ſi his aſſentiens tacerem: Vtilitatem non modicam afferre aſſeris hoc Aduocati munus, quid ineptius? Nonne † clarum eſt, controuerſias ipſas ſuſcitare Aduocatos? Quinimò ipſi cauſas gignunt, litigia ſuſcitant, controuerſias 1 fouent, imò mouent atque nutriunt. Cui veritatis teſtimonium præbeant ea loca, quæ certè beata dixerim, vbi deſunt Aduocati, ibi cauſæ, ipſa quoque litigia deſunt. Vbi verò Aduocatorum turba ſtrepit, ibi litium anfractibus tota ciuitas ardet: teſte Roder. Zamorenſ. aſſerentis *lib.1. cap.18.* vidiſſe † in Germania vrbes quamplurimas popu- 2 latiſſimas quidem, in quibus ciuis vnus iuris ignarus in decidendis cauſis penitus inexpertus, totius ciuitatis cauſas breui momento pacificè, & incredibili ſilentio terminabat. Vbi nec aſſiſtentia erat Aduocatorum, neque allegationum ingenioſa altercatio. Ei igitur quærenti, cur in tanta vrbe tam paruæ cauſæ agerentur? quidúe cauſæ erat, quòd nullus ibi Aduocatus adeſſet, Reſponſum tandem eſt, cum faceto modeſtóque riſu, vltimum eſſe cauſam primi. Quorum dicterium Rodericus non inſulſum putat: plurimi ſiquidem plerunque nequaquam litigarent, quinimò aliquid forſan iniuſtè paterentur, nî Aduocatorum pronitas adeſſet, qui vincere pollicerentur. Nemo † nam- 3 que, nî inſanus, ſine armis bellum tentat. Plurimi ſalui fuêre, quia illis arma defuêre, & longè plures periêre armorum fiduciâ, quam penuriâ. Tolle enim phrenetico arma, præſtabis & vitam. Tolle cupidis litigandi miniſtros, ſimul tolles & lites. Hinc † in 4 cauſis criminis hæreſis ſimpliciter & abſque Aduocatorum ſtrepitu procedi iubetur, *c. vlt. de hæret. lib. 6.* Nec ob id tamen quicquam prætermittitur, quo minùs probationes neceſſariæ, vel defenſiones legitimæ fiant, vt per Septimacenſem Regium Senatorem *in inſtit. catho. c. 43. num. 19.* ſicut & in alijs cauſis per Bartol. traditis fuſiùs *in extrauag. ad reprimendum, quomodo in læſa maieſtat. crim. procedatur.* ADV. Non † me fugit habuiſſe 5 ſemper inuidos hoc ſcientificum & honeſtum exercitium. Nonnullis enim non ſatis & rectè

recte intelligentibus viſum eſt leges ipſas, atque legum interpretes, & iuriſperitos cau-
ſam præbere litigiis, illaque quam maxime intexere, in quos perpulchre inuehit Cice-
ro, *in libro primo, quem de legibus edidit nu.26.* ait enim, verius ignorationem legum occa-
ſionem parare litibus. Quandoquidem leges ignorantes, legibus ipſis iuuari poſſe
putant eorum appetitiones, voluptateſque. Quare, inquit Cicero, cunctos conſulunt,
an ſit lex aliqua, quæ ſuo poſſit ſuffragari appetitui aut cupiditati. Quo fit, vt ipſarum
legum ignorantia (non Iuriſperiti ſeu aduocati) viam litigiis præſtent. Si Ciceronis
verba recte contendere perſpiciet. Vtpote qui voluptuoſis & cupidis hominibus facile
perſuadeant, legibus explere poſſe, quæ ipſæ leges vetant. Nam quis vſquam gentium
tam amens reperiri poterit, qui leges iuſtas aſſerat iurgia nutrire? Quas ipſe Cicero,
eodem libr. de leg. inquit, eſſe vitiorum emendatrices, virtutumque commendatrices?
Quinimo ex mente Ciceronis elici poſſe perſpicuum eſt, non leges, ſed legibus abu-
tentes lites nutrire: hi ſunt Aduocati, qui vt naſcantur lites, ſpem victoriæ victis pro-
mittunt, adducentes innumera fallaciarum repagula, teſte Polict. Sed quid in his diu-
6 tius dimorari oportet? Aduocationis officium laudabile quidem eſt: Hodie † tamen
magis ad ſubuerſionem veritatis, quam ad lucidationem iuſtitiæ exercetur, author eſt
Luc. de Pen. *in l. 1. C. de lucris Aduoc. lib. 12.* cui ſuffragatur Ant. Sabillianus *in libello de an-
tiq. temp. 4. part. §. materia iſta ſingularitatis teſtium. num. 48.* Quo loco inuehit in Aduo-
catos ſic leges intelligentes, vt earum obumbrent potiùs intellectum, quàm diluci-
dent, ipſarum legum verba retorquendo: eorumque intentioni violenter applicando.
Quod ipſe haud immeritò increpat in hæc verba: *Heu miſeros litigantes, qui in manus in-
ciditis Doctorum. Pudet,* inquit, *me tantæ Doctorum varietatis, qui apud vulgum, intellectus veloci-
tatem non conſiderantem, æris conſulendo rationem habuiſſe viſi ſunt potius, quàm veritatis. Cur
non opinionem vnam aut alteram electam habuerunt, quam firmiter tenerent? Aut ſi mutatio opi-
nionis viſa eſt melior, cur mutationis cauſam & varietatis non reddiderunt?* Hæc ille. ADV. Tu
me obliquantem dictiſque tuis aduerſantem appellaſti? Iuſtiùs eadem in te retorquere
poſſum. Audi attentè quæ dixero, & ſermonem ne interrumpas meum. REL. Perge,
porrò audiam æquo animo. Putabam hiſce interſpirationibus orationem tuam eguiſſe.
7 Sed cùm animum iam nouerim tuum, altera ero rana Siriphia. ADV. Huius † exercitij
honeſtas atque neceſſitas admodum eſt manifeſta, ſed & vtilitas publica manifeſtior.
Quippe cum ipſi ambigua dirimant facta cauſarum: ſuæque defenſionis viribus ſæpe
publicis in rebus ac priuatis lapſa erigunt: fatigata reparant: non minùs prouident hu-
mano generi, quam ſi prælijs atque vulneribus patriam parentéſque ſaluarent. Quan-
doquidem non ſolùm militare credimus illos qui gladijs, clypeis, & toracibus nituntur,
ſed etiam Aduocatos. Militant namque cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi
munimine, laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt, vt *in l. Aduocati. C. de Aduoc.
diuerſ. iudic.* Plurimæ certè veritates incognitæ, plurimæ iniuſtitiæ impunitæ manerent,
ſi Iuriſperitorum ceſſaret ſapientia, & ſua quærendarum rerum ſtudioſa ſagacitas con-
temptui aut non vſui haberetur. Denique nemo vnquam dubitauit verum & iuſtum
multò eſſe meliora, quam falſum & iniuſtum. Eſſet enim rationi diſſonum, ſi verum à
falſo, iuſtum ab iniuſto vinceretur. Quod vtique funeſtum in Republica ſæpe accide-
ret, ſi

ret, ſi Iuriſconſulti deeſſent: quorum id præcipuum ſtudium eſt, iuſtum ab iniuſto, falſum à vero diſcernere. Quo fit, vt meritò Roderici ſententiæ minimè aſſentiam, aſſerentis, eam terram aut Prouinciam eſſe beatam, vbi Iuriſperiti, & Aduocati deſunt, prout in Germania. Eam namque † infelicem potiùs dixerim. Cùm debiliores à potentioribus oppreſſi iuſtitiam conſequi non poſſent, ob cuius defectum ad arma neceſſariò eſſet deueniēdum. Optimam † profectò politiam, maximè inter bellicoſos & indomitos Hiſpanos, quibus, imò & toto humano generi neceſſarium fuit Iuriſperitos conſtituere: quorum induſtria & expectata iuriſperitia eas ſine bellorum fragoribus quæſtiones deciderent, quas humana peruersáque auaritia attulir. *Hi* tandem ſi de medio tollerentur, exploratum nemini eſſe poſſit, quid ſuum, quid alienum, quid à patre accepturus, qu*i*d porrò liberis relicturus foret; Diſcordiæ ſemina vndique pullularent, vis & auaritia vb*i*que regnaret, innocentes nuſquam tuti eſſent. Nulla demum tam barbara ætas fuit, in qua docti viri in pretio non eſſent. Neque *im*manitiſſimi tyranni ſententiam, Tranquilli videlicet in Caligula, hac in re admittere placet, licèt declamatores etiam num aliquos habeat, quibus maximè arrideat. Dicebat *i*lle de Iureconſultis, ſeque iactabat ſæpe effecturum, ne quid reſponderi poſſet præter æquum. Hoc, videlicet, ſignificans, iuris ſcripti libros ſe aboliturum. Nam quid arrogantius ineptiuſque exiſtimari poteſt, quam ſemel tot ſapientum decreta, ſummáque cum ratione m*i*lle & ampliùs annorum vſu ſtabilita reſcindere? Et iudicum, prætertim quibuſdam noſtri temporis, voluntati permittere, quorum non multos reperies, qui bonis art*i*bus potiùs, quam ambitu, & commendatione in ordinem adſciti ſunt? Quid enim aliud ſublato iure ſcriptō ſupereſſet, quam vt omnes pro ſtultitiæ ſuæ captu iudicarent, ſententiaſque in cuiuſque gratiam, vel odium, arbitratu ſuo ferrent, vniuersáque litium tricis inuoluerent? Apparet igitur, & leges ipſas, legumque peritos in Republica prodeſſe multùm, imò ſine eis Rempublicam conſtare non poſſe. Nihil tibi reſtat quòd loquaris ampliùs.

8

CAPVT IX.

ADVOCATORVM DIGNITATEM, QVORVNDAMQVE defectus deſcribit, & Relatorum calamitates.

SVMMARIA.

1. *Aduocatorum quorundam defectus.*
2. *Aduocatio ſenibus inhibetur.*
3. *Aduocatorum pericula.*
4. *Aduocati dignitas & honor.*
5. *Peculium quaſi Caſtrenſe dicitur, quod Aduocatus acquirit.*
6. *Aduocati fori regij dignitas, & immunitas.*
7. *Aduocati oratores, eorúmque laudes.*
8. *Rabulæ forenſes carpuntur.*
9. *Officij dignitas ex populi æſtimatione pendet.*
10. *Relatorum calamitas.*
11. *Relatores non poſſe iure carceri publico mancipari.*
12. *Carcer genus eſt torturæ, neque ad pœnam ſed ad cuſtodiam inuentus.*
13. *Conſules carceri mancipabantur.*

RELATOR.

MODO non ipſe loquar, ne me proloquentem arguas, ſed Auguſtinus dicat ad
1 Macedonium quid hac in re ſentiat. *Si iuſtitiæ*, † inquit, *ſincerius conſulatur, iuſtius dicitur Aduocato: redde quod accepiſti, quandoquidem contra veritatem ſtetiſti, iniquitati aſſuiſti, iudicem fefelliſti, cauſam iuſtam oppreſſiſti, de falſitate viciſti.* Nec taceat Bernardus quid de Aduocatis ſenſerit. Is vtique *lib. 1. de conſideratione, Miror*, ait, *quemadmodum religioſæ aures tuæ audire ſuſtinent huiuſmodi diſputationes Aduocatorum & pugnas verborum, quæ magis ad ſubuerſionem proficiunt veritatis? Corrige prauum morem, & præcide linguas vaniloquas, labiaque doloſa claude. Hi ſunt qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium, diſerti aduerſus iuſtitiam, eruditi pro falſitate, ſapientes ſunt vt faciant malum, eloquentes, vt impugnent verum. Hi ſunt qui inſtruunt à quibus fuerant inſtruendi, aſtruunt non comperta, ſed ſua, ſtruunt de proprio calumnias innocentiæ, deſtruunt ſimplicitatem veritatis, obſtruunt iudicij vias. O perniencioſiſſimas litigandi artes, in quibus propter nocendi facultatem, quo quis doctior, eo nequior euadit: id quod de aleatoribus priùs dixerat Policrat.* Vnde Auguſtin. *forma*, inquit, *in eis eſt litigioſa, hoc ipſo laudabilior, quò fraudulentior.* Porrò nec hac in re ſileat Bald. Aduocatos, ait, *in l. ab Anaſtaſio. C. mand.* præſumi parum conſcientiatos, vt eius verbis vtar, cui aſſentitur Iaſ. *in §. ſed iſtæ. num. 112. inſtit. de action.* Quibus † fit, vt non immerito ſenibus aduocatio inhibeatur, iuxta illud Apul.
2 *2. de magica. Nec facundiæ oſtentatio rudi & indocto, nec inceptio patrociniorum capulari ſeni congruiſſet.* Nil † denique periculoſius aduocati munere, cuius duodecim refert pericula
3 Ioan. Baptiſta Cacialuppi, *de aduocatis. q. 4. vbi latè*, & per Alb. *latius in l. 1. num. 7. C. de ſuffragio*, per Roder. Zamorenſem *in Speculo vitæ humanæ lib. 1. cap. 18.* Non tamen diffiteor vtilem eſſe iuris peritiam, ſi eius profeſſores intra eius limites vagant, & legum terminos non tranſgrediantur, ijs certè concineret illud Hoſtienſis *in ſumma decretalium*, in procœmio à te ſupra c. 7. num. 5. relatum. Sed plurimi illis abutuntur, & falſo ipſarum legum intellectu falſiſque & nouis interpretationibus ſacris legibus illudunt, quod ſi ſecus agerent, pauperes admodum & inopes fateor, ſed felices viuerent. Atque de his vltimis mea ſe habuit hactenus oratio. ADV. Ego autem de prioribus rectè officia gerentibus tractare incepi. Quos † dignitatem habere aſſeruit Vlp. *in l. nec quicquam. §. obſeruare. ff. de*
4 *offic. Proconſ.* & in clariſſima eſſe dignitate, etiam depoſito officio, *l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iud.* & ibi Bart. & Franc. Aret. qui ex hoc notant, quòd tanquam conſtituti in dignitate torqueri non debent. Eos etiam nobiles eſſe dicit Imperator *in l. prouidendum. in princ. C. de poſtul.* Porrò quiſquis aduocatus eſt, is & in honore conſtitutus dici poteſt, per text. *in l. quiſquis, in fine, ibi, honori ſuo, & ibi gloſſ. C. de poſtul.* & voluit gl. *in l. 1. §. hoc edicto, & ibi Bar. ff. eod.* Hoſtienſ. Ioan. Andr. Ant. Panor. Ancar. & Card. Flor. *in c. eo libentius, in verbo, Militiæ clericali, extra de ſeruis non ord.* Egregij ſimiliter nuncupantur *in l. ad egregias. ff. de iure iur.* Ex quo, cùm infamibus portæ dignitatum non pateant, vt *in l. 2. C. de dign. l. 12. cum ſimil.* infames, Iudæi, notarij, procuratores, & collectores patrocinari non poſſunt, nec ad munus perſonale coguntur, vt latè proſequitur Tiraquell. *de nobilitate, cap. 29. num. 12. & ſeq.* Chaſſeneus *in conſ. 64. Viſo proceſſu, col. vlt.* Eoſdem primates appellat text. *in l. iubemus. & in l. reſtituendæ. C. de aduoc. diu. iudicium.* Primas autem dicitur, qui nullum ante ſe habet, *l. qui duo, in principio. ff. de rebus dubijs. in procœmio Digeſtorum. §. diſcipuli,*

omnes

omnes ergo antecellit, validum namq; eſt argum. à nomine, *l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pe-
tat. l. 1. in fine. C. de nouo Codic. fac.* Quid enim aduocationis officio, ſi rectè impendatur,
ornatius? quod peregrinum negotium ad ſuas moleſtias trahit, vt laboribus ſubueniat
alienis, vt eleganter dixerat Caſſiod. 1. *variar. epiſtol.* 12. Quare non immerito Bald. *in ru-
bric. extrà de offic. iudic.* paulò ante finem, Aduocatos aſſeruit artem exercere nobilem.
Quo † fit, vt quidquid Aduocati acquirunt in eorum officio vel eius contemplatione, 5
peculium dicatur quaſi caſtrenſe: atq; adeò poſt mortem patris, non confertur, ſed præ-
cipuum (ad exemplum militum) proprio dominio ſibi vendicant, *l. fori. & l. cum aduoca-
tio. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. 7. tit. 17. part. 4.* Quæ † quidē omnia maxime procedunt in Ad- 6
uocatis fori Principis, qui nobiles dicuntur. Et nimirū cùm omnes Regis officiarij no-
biles reputentur, vt per Chaſſeneum *in conſuet. Burgund. rubr. 6. §. 4 nu. 6.* Per eundem la-
tiùs *in catalogo gloriæ mundi, 8. par. 19. conſider.* Sed quid? Cùm & hæc dignitas quam Ad-
uocatus fori Principis obtinet, à patria liberet poteſtate, ab alijsq; muneribus, gloſſ. &
interpretes, *l. vltima, in verbo. Præfectura, cum ſeqq. C. de decur. lt.* 10. Nam dum aduocationis
munus exercent in Conſilio Principis, ijs qui ſunt ad latus eius æquiparātur. Et qui eos
offendit, in crimen læſæ Maieſtatis incidit, ex ſent. And. de Iſern. *in c. 1. quæ ſint Regalia, in
verſ. Feudo.* arg. tex. *in l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt.* And. Barbatia *in addit. ad Bald. in tit. de pace
conſtat. §. Oppizoni. in pr.* Guido Papæ. *quæſt.* 423. Nic. Boer. *in addit. ad tract. de authorit. magni
Conſilij, in 1. additione in margine.* Sed † quorſum in re adeò nitida diutius dimoror? Nun- 7
quid non & ipſi cauſarū patroni oratores appellantur? Nil aliud profectò iura eorumq;
interpretes vbiq; docent. Nil aliud Cic. in ſuis Rhetor. ad Caium Herennium libris o-
ſtendit: vt quibus dicendi atq; eloquendi vis conceditur non alijs, vtq; quorum oratio
aculeos oratorios ac forenſes habeat, vt idem Cic. *in lib. orator. ad Marcum Brutū*, aſtruit,
n. 34. Nam & foro natam eſſe eloquentiam alibi ipſe atteſtatur, *nempe in lib. qui inſcribitur
Brut. ſeu de claris oratoribus, n.* 156. Et quid obſecro eſt eloquentia præſtabilius, vel admira-
tione audientium, vel ſpe indigentium, vel eorum qui defenſi ſunt gratia? *Huic*, idē ipſe
Cic. *officiorum 2. n. 97.* inquit, *à maiorib. noſtris eſt in tota dignitate Principatus datus.* Alibi et-
iam *de oratore videlicet, lib. 1. nu. 98.* ſic ait, *Senectuti celebrandæ & ornandæ, quod honeſtius poteſt
eſſe perfugium, quàm iuris interpretatio? Equidem hoc ſubſidium mihi tam inde ab adoleſcentia com-
paraui, non ſolum ad cauſarum vſum forenſem, ſed etiam ad decus & ornamentum ſenectutis: vt cùm
me vires (quod ferè iam tempus aduentat) deficere cœpiſſent, iſta ab ſolitudine domum meam vindica-
rem. Eſt enim ſine dubio domus iuris conſulti totius oraculum ciuitatis. Quid hoc præclarius, quidve
dignius eſſe poteſt in Republica?* REL. Nihil ſanè, ſed quis erit iſte, & laudabimus eum? Idem
ipſe † Cic. poſtquā oratores laudauerat hæc ſubijcit, *Non enim cauſidicum, neſcio quem, neq;* 8
proclamatorē aut rabulam hoc ſermone cōquirimus, ſed eum virum, qui ſit eius artis antiſtes. Atqui
cauſidicos iſtos tabulas forenſes appellauit Sidonius Apollinaris *libro epiſtolarum 4. ad
Claudianū*, & Seneca, canes acerrimos, qui nō niſi oblato cibo manſueſcunt. Rurſus in
ludo de morte Claudij cauſidicos, cū vituperio venale genus vocat. Et Hier. (ſi hic eſt)
Iuridici (inquit) *Lyncibus & Leonib. crudeliores, & ſi deuorēt ore rabido, tamdiu tamen deperdendi
memoriā non perdunt, quamdiu venter eſt vacuus.* Ouid. cauſidicos tanquā garrulos & verbo-
ſos taxat, *li. 3. de triſt. elegia.* 12. Hinc Vdalricus Zaſius *in ſcholijs. l. 2. §. poſt hos quoque Tubero.*

Digitized by Google

in verbo, nec obtinuit ff. de origin. contra eos hæc verba prodit: *Indignum, me Hercule, Iuriſperito rem putauerim, ob mercedum ſpeculam omnia circumuolitare fora, perſtrepere, vociferari, forenſique eloquentia, quàm veteres caninam facundiam nuncuparunt, mutuis ſe latratibus impetere, Deos fatigare & homines, maximè in cauſis iniuſtis. Quæ tamen iniquorum Aduocatorum paſcua ſunt. Quos Plato accipitres pecuniæ appellauit. Hi enim philodici non iam tondere clientes, ſed deglubere, ſed & totos vorare cupiunt: ſecuri quem litis euentum fortuna ferat, dum eliculauerint, depilarint, exoſſarint, quos defendendos ſuſceperant, eo nomine ſalui putandi, ſi nudos ſaluos relinquant. Quem venandi, vel potius prædandi vſum quis non inhumanum inſociabilemque nominauerit? Aduocati (de quibuſdam nebulonibus loquor) quæ paulò ante vt honeſta defenderant, mox ſi lucrum ſuadeat, verſutijs ſuis ſubuertunt, ſolis & iuſtitiæ oculos fruſtrantur, calumniantur, tergiuerſantur, cauillantur, vt lites trahant, differant, augeant, &, vt cum gloſ. dicam, in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de ædilit. edicto, cauſæ peſſimæ faciē honeſtatis induant, quos certè quomodo non iuris euerſores potius, quàm profeſſores nuncupaueris?* Hæc ille. Cæterùm, vt non ſemel diximus, iuſtos cauſarum patronos, qui probabili fine laborantibus ſubueniunt, hoc loco excipimus, quos tantum abeſt, vt vllo modo vituperem, vt etiam omni honore dignos putem. ADVOC. Supereſt modò vt aduerſarij obiecta ſuccidantur. Ex ſuperius traditis antiquius conſtat fuiſſe Aduocati officium, quàm cauſas referentium,

9 digniuſque. Rurſus † ex alio, nam actus ille aut officium habere dicitur dignitatem ſiue nobilitatem annexam, quod in vniuerſitate illa, vbi hoc agitur, in tali habetur æſtimatione, quippe cum officia, quæ iure communi habebant dignitatem annexam, hodie non ſunt in vſu, idcirco ad populi æſtimationem recurrimus, ſecundum Bart. *in l. 1. numer. 97. C. de dign. lib. 12.* quod ipſe probat, primò, authoritate Innocent. *in c. de multa, extrà de præbend.* 2. per text. *in l. vltim. in princ. ff. de mun. & honorib. ibi: Quæſtura quoque in aliqua ciuitate inter honores non habetur, ſed munus perſonale eſt.* 3. probat ratione. Dignitas, inquit, & nobilitas conſiſtit in acceptatione eius, qui poteſt eam tribuere. Aut ergo populus, qui æſtimat officium eſſe nobile aut ignobile, habet iuriſdictionem, & proculdubio inducere poteſt, vt ſuprà dictum eſt. Neque vtique intererit, verbóne an facto populus voluntatem declaret, *l. de quibus. ff. de legib.* Sin verò ipſe populus iuriſdictione caret, eius non ſufficit voluntas, ſed Principis: quæ quidem iam declarata eſt per *l. vltim. ff. de mun. & hono.* vbi legislator illud haberi cenſet pro dignitate & nobilitate, quod vniuerſitas reputat dignum aut nobile, idem reſpondit Paul. Caſtren. *in conſil. 125. Dubitatur 1. an Comes. num. 4. lib. 2.* Socin. *conſil. 246. num. 3. lib. 2.* Franc. Ripa, *lib. 2. reſponſorum de reſcriptis. c. 26. num. 9.* At, Relatoris munus nullam populi æſtimatione habere videtur dignitatem aut nobilitatem annexam, neque Senatorum auditorúmve iudicio. Nulla vos ſiquidem cenſent dignitate aut honore præditos. Imó vt

10 abiectiſſimos † paſſim in carcerem detrudunt, ob minimam quamcunque cauſam, tanquam ſi grauiſſima patraretis facinora. Voſque inter latrones & maleficos reponunt. Iniurias quotidie & conuitia dicunt, ſi cauſas non præuiſas eorum iudicio refertis, & plurima id genus auditis ſemper. Quis ergo vos dignitatem habere aliquam iuſtè cenſebit? REL. Habeſne aliud quod dixeris de dignitate aut antiquitate tui muneris? ADV. Nonne iſtud ſat eſt? Plura ſi videre libuerit in Catalogo gloriæ mundi Chaſſenei,

Digitized by Google

ſenei, 7. *part.* 28. *conſider. & pluribus ſeq.* cernere licebit. Rel. Fateor ſat eſſe. Quod tamen vltimo loco de æſtimatione dixeras, falſiſſimum eſſe lippis, vt aiunt, & tonſoribus notum eſt. Relatorum ſiquidem munus dignius patrocinio communiter æſtimari nemo non fatebitur, quod ſi quiſpiam hæſitauerit, ex antea dictis & infrà dicendis clariús inſtruetur. Non tamen diffiteor ob iuuenum iuniorumque electionem quandoque ab ipſis regijs auditoribus factum, electos ipſos plurimum dignitatis, honoris, & authoritatis amiſiſſe, quod ex officio conſequi obtinereque iure liceret. Ob idque calamitates omnes à te enarratas non immeritó eis vſuueniſſe. Officium autem non idcirco authoritatem amiſit aut dignitatem. In his namque conſeruantur, qui rectè munera ſubminiſtrant. Et quamuis in publicum quandoque ſint carcerem detruſi, (quod iam non ſic) non crederem æqui bonique iudicis eſſe, facilè cenſere, munus hoc dignitatem amiſiſſe aut honorem, quod iſthæc ei abuſu venerit aduerſa. Quid enim ſi forſitan id noſtra expoſcunt extra officium patrata ſcelera? Certè nobis iudicare non licet, ſed ſummo tantum iudici. A Proculo accepi, *in l. ſed licet. ff. de offic. Præſi.* non cenſenda eſſe quæ fiunt, ſed quæ fieri deberent: Et † ab Angelo, *in l. qui carcerem. ff. quod metus cauſa,* nobilem ſeu Iuriſperitum (inter quos haud dubiè Relator computatur) publico non poſſe carceri mancipari, licèt lege aliqua aut ſtatuto caueatur, eos aliquam ob cauſam mitti in carcerem (quam ſanè legem adhuc ipſe non vidi) tamen ſatisfieret legi aut ſtatuto, ſi locus alius congruentior aut ciuitas tota eis aſſignaretur. Cui ſententiæ & Iaſon adhæſit *in repet. l. admonendi. col.* 75. *in fin. ff. de iureiur.* quam approbat & confirmat lex Regni noſtri 4. *in fin. titul.* 29. *de cuſtodia reorum, part.* 7. vbi hoc idem diſponitur in nobili ſeu Iuriſperito (qui & nobilis dicitur) *c. de multa de præb.* gloſſ. *in l. ſocietatem. & ibi not. Salic. ff. pro ſocio. & in l. item prouidendum. C. de poſtul.* & id quoque atteſtatur. Ioan. Lup. *in repet. rubric. de don. inter vir. & vx.* §. 9. *num.* 13. Neque † id ſanè ratione caret: plus enim debito nobilis puniretur, vtpote cùm carcer non ad pœnam iure communi Imperatorum, ſed ad cuſtodiam fuerit inuentus, vt *in l. aut damnum.* §. *ſolent. ff. de pœn. l. incredibile. C. eo. c. quamuis. eod. tit. lib.* 6. notant iuris interpretes *in l.* 1. *C. de cuſtodia reorum.* Cùm igitur nobilis in carcerem detrudi iubetur, ſi carceri publico mancipatur, torquetur non modicè, genus quippe eſt torturæ carcer, authore Bal. *in l. ſi clericus. C. de Epiſcop. & cler.* & Hippolyto *conſ.* 291. *n.* 34. *& deinceps.* Hinc Vlp. *in l. Diuus. ff. de cuſtod. reor.* carcerem pœnam appellauit, ſpeciemque ſeruitutis, text. *in l.* 1. *&* 2. *ff. de lib. hom. exhib.* quamuis lex illa in priuato loquatur carcere, vt ſecus ſit quando à iudice fiat iure permittente, vt *in l.* 1. cum gloſſ. vlt. & ibi Bart. *C. qui bon. ced. poſſ.* Alex. *conſ.* 133. *num.* 10. *lib.* 6. Carcer item irreparabile damnum dicitur, etiam ſi quis in integrum reſtituatur, vt Bald. aſſeruit *in l.* 1. *C. de in integ. reſtit.* Alex. *conſ.* 17. *nu.* 7. *lib.* 1. Ioan. Bernar. Diez de Luco, Epiſcopus Calagurritanus in ſua praxi criminali canonica. *c.* 116. Felin. *in c. cum ſuper. col. pe. de re iudic.* Quibus addi poteſt quod & medici ſcribunt, nempe, colorem incarceratorum impurum, omneſque eorum operationes eſſe læſas, vt refert M. Ranault. *in ſpeculo iudicum* 4. *col.* quod ex carceris ſqualore procedit & ſpurcitia, ob idque contra naturalem eſſe æquitatem gloſſ. aſſeruit *in l.* 1. *C. qui bon. ced. poſſ.* Vitalis de Cambanis *in tractatu clauſularum. de beneficio ceſſionis, num.* 3. *fol.* 803. Ius tamen noſtrum Regium carcerem quandoque

ad pœnam inuenit, vt *in l.2. titul. 4. lib.4. ord. & in pragm. 203. & alias vbique.* Ad hoc tamen (vt id obiter dixerim) aduertere iudices oportet, quòd vbi ex conſtitutione aut conſuetudine pœna carceris eſt ſtatuta delicto, non eſt tum in carcere detinendus is, aduerſus quem non eſt plenè probatum crimen, ne aliàs ſummaria tantùm probatione, iam ordinaria pœnâ plectatur, quod & Bernar. Diez de Luco aduertit *in ſua practica, c.116.* Patet igitur, vt ad inſtituta redeam, Relatorem non poſſe publico mancipari carceri, ſiue ad ius reſpiciamus, ſiue ad honeſtatem. Indecorum quippe eſt renunciatores in publicum detrudere carcerem, non tam ob muneris dignitatem & honorem, quàm proprij Senatorum honoris conſeruandi cauſâ. Quanto enim quilibet præeſt melioribus & honorationibus, tanto ipſe maior & honeſtior eſſe cenſetur, *auth. de defenſor. ciuit. in fin. principij. c. ſolita,* vbi notat Panor. 7. *notabili, de maior. & obed.* Et quamuis iſthæc iam abolita non eſſent, captura huiuſmodi amittere non faceret renunciatoriam dignitatem. Maiorem ſiquidem habebant Conſules poteſtatem, quippe qui Prætores
43 iudicabant, nemini parebant, vt Cicero aſſerit, *Philippicorum* 4. Hic † tamen tantus tam auguſtus magiſtratus Tribuni plebis iuſſu in carcerem duci poterat. Vnde idem Cicero pro lege Agraria contra Rullum: *Ego,* inquit, *Conſul qui concionem metuam? Qui tribunum plebis perhorreſcam? Sæpe & ſine cauſa tumultuer? Qui timeam, ne mihi in carcere habitandum, ſi tribunus plebis duci iuſsiſſet? Ego veſtris armis armatus, inſignibusq; ampliſsimis ornatus, Imperio, authoritate, non horreo in hunc locum progredi poſſe, robisq; authoribus improbitati hominis reſiſtere.* Verba ſunt Ciceronis ad populum, cùm Conſulatum agens tribuno plebis Agrariam legem ferenti obſiſteret. Refert Budæus *in l. ſi in aliqua. pag. 3. in prioribus in pandect. annotationibus, titulo de officio Proconſ. & legat.* ADVOC. De his hactenus: perge porrò, ne tempus incaſſum teramus, arbitroque moleſti ſimus. REL. Animi cauſâ parum ineptire non licebit, aut ludere? ADV. Tuo nî luderes corio, laudarem luſum. Caue tamen interim vera dicere, ne odium tibi inutiliter pares. REL. Iuſſui tuo parere malo, quàm pedem me putes referre ab inſtitutis, licèt ægrè feram veritatem impunè nuntiare non poſſe.

PARS

PARS SECVNDA.

CAPVT I.

RELATORVM MVNVS IN OMNIBVS PRAEFERRI PATROcinio, quorum plura nomina, & Aduccatorum ſimul deſcribit.

SVMMARIA.

1 *Relatorum munus in omnibus præferri patrocinio.*
2 *Quæſtoris dignitas erat olim ſecunda poſt Regem.*
3 *Relatores X. annis, Aduocatos 5. ſtuduiſſe oportet.*
4 *Locus ab ordine arguit prærogatiuam.*
5 *Aduocati pluribus nuncupantur modis.*
6 *Relatorum nomina.*
7 *Relatores Referendariorum loco ſucceßiſſe.*
8 *Iudex an poßit partes cogere ad concordiam.*
9 *Referendariorum formula.*

AD Secundam accedo concluſionem, Qua † aſſerui in omnibus eſſe referentium munus patrocinio præferendum. Et licèt ex antea dictis clarò conſtet, quando antiquius eſſe probauerim, & infrà latius, c. 4. quippe quod altero eſt antiquius iuniori præferri debet, vt *in § .ſingulorum. Inſt. de rerum diuiſ. l. vlt. ff. de fide inſtr. l. ſemper. ff. de iure immunit.* Alia tamen vigentiora in hanc partem adducam. 1

Et † primùm, quia olim ſecunda erat dignitas poſt Regem, *l. 1. ff. de offic. quæſt. l. 4. tit. 9. part. 2.* quæ tamen in Quæſtore Cancellario loquitur. Alij autem Quæſtores maxima nihilominus fruebantur dignitate, vt ſuprà latiùs inſinuauimus. 2

2. Quia Relatoris munus non poteſt niſi in ſummo Senatu, aut Regio Prætorio exerceri, vt *in pragm. Toleti anni 39. petitione 6.* Aduocati verò in quocunque foro militant. *l. fori. C. de Aduoc. diuers. iudiciorum, cum alijs* †. 3

3. Quia renuntiatores priuſquàm ad munera admittantur, decem ſtuduiſſe annis iuri Canonico, aut Ciuili probare tenentur, vt *in l. 58. in pragmaticis Regijs.* Aduocatis verò ſufficit, ſi quinque annis tantùm iuriſprudentiæ inſudauerint, *l. petitiones, & ibi Bal. & Doct. C. de Aduocat. diuerſ. iudicum. l. iubemus, verſ. nec de cætero, eod. tit. § . ſed quia ſolitum, in proœmio Digeſt.* Bart. *in l. 1. ff. de var. & extra ord. cogni.* Montaluus *in l. 2. titul. 6. part. 3.*

4 Quia patrocinari poteſt minor annis 25. dummodò ſit maior 17. annis, *l. 1. § . pueritiam. ff. de poſtulant. c. qui generaliter, in fin. de procurat. lib. 6. Doctor. in l. minor. ff. de proc.* Iaſ. *in rubr. C. eo. tit. in 4. differentia.* Referre autem minor 26. annis non poteſt, vt *in dict. l. 58. in pragmat.*

5. Quæſtores, qui officio referendi legendiquè vacabant olim, illuſtres appellabantur, vt *ſuprà 1. part. cap. 2. in fin.* probatum eſt. Aduocati verò nulla ſunt decorati dignitate, aut ſi qua, non tantâ, vt videre licet ex *l. 1. § . ad iſtum enim laborem. C. de Iuſti. codice confirm.* vbi poſtquàm retulit Iuſtinianus quàm plurimos eminentiſſimos viros, magniſque honoribus & dignitatibus præditos, ad Codicis conſummationem ab eo electos, Ioannem videlicet, virum excellentiſſimũ Exquæſtorem Sacri palatij, Conſularē, atque Patricium

Digitized by Google

tricium: & Leonium virum eminentiſſimum, magiſtrum militum, conſularem, atque
Patricium: & alios dignitatibus præditos inferioribus: vltimo loco duos nuncupat Ad-
uocatos, Dioſcorum videlicet, atque Præſentinum viros diſſertiſſimos togatos, ampliſ-
ſimi fori præfecti Prætorio. Rurſus alibi *in l. videlicet. 1. §. ſed cum nouellæ. C. de emend. Iuſt. Co-*
4 *di.* poſt Quæſtores aliaſquè dignitates inferiores Aduocati nuncupantur. Atqui † ex or-
dine ſcripturæ arguitur prætogatiua, glo. ordi. *in c. quorundam. in verbo prædicatorum de elect.*
lib. 6. & ibi Domi. & Phi. Francus, eam notat, Panor. *in c. Nicolao, in princ. de appell. & in c.*
ſedes, de reſcrip. & in c. auaritiæ, de præben. alia gloſſ. ſimilis huic *in c. vlt. in verbo prædicatores de*
pact. lib. 6. & in l. 6. & in l. ſi fundum ſub conditione. §. His verbis. ff. de leg. 1. quam ad hoc ponde-
rat Alberic. de Roſate *in 1. parte ſtatutorum, quæſt. 172. in pulchra quæſtione.* Hoc argumento
vtitur Bald. *in dict. l. vnica. C. de Iuſt. Cod. conf.* ibique Paul. & Doct. Cig. & Paul. *in l. 3. C. de*
ſum. Trin. & fid. cath. Nico Euerardus *in ſuis locis legalibus, in loco ab ordine, ad fin.* Alex. Iaſo. &
nouiſſimi *in l. cum quid. ff. ſi cer. pet.* Feli. *in rubr. de maior. & obed.*

6 Si à nomine officij vel appellatiuo licet arguere iuxta diſpoſitionem textus, *in l. 2.*
§. appellata. ff. ſi cer. pet. cum ſimilibus, atque ſi talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demon-
ſtrant, vel permittunt, vt *in l. 3. in princ.* & ibi Bart. *ff. de fun. inſtruct. & in l. ſi defenſor. §. Qui in-*
terrogatus, & ibi Bal. notat. *ff. de interrog. actio. & in §. præterea. Inſti. de inutil. ſtipul.* nemo vn-
quam dubitabit, relatorem Aduocato eſſe digniorem, ob idque ei præferēdum ſem-
5 per. Nam † eximius iuris interpres Albericus *in l. quiſquis. num. 3. C. de poſtul.* Aduocato plu-
rima ſignat nomina ex legibus deducta, quorum nullum dignitatem aliquam ne olfa-
cere quidem, nedum habere oſtendit. Dicitur namque Aduocatus quandoque cauſidi-
cus, id eſt, cauſas dicens, *dict. l. quiſquis.* Patronus etiam cauſarum, *l. rem non nouam. §. patro-*
ni. C. de iudiciis. Quandoque honoratus, *l. honorati. C. de officio ciuil. iud.* Aliàs togatus, *l. ſi quis*
de togatis. C. de Aduoca. diuerſ. iudic. l. 1. C. de Iuſti. Cod. confir. l. 1. §. ſed cùm nouella. C. de emend. Iuſt.
Cod. & hoc ideo quia veſtes longas deferunt, vt Speculator affirmat *in titulo de Aduocat. §.*
ſequitur videre, de veſtibus Aduocatorum, vbi pulchra dixit in propoſito. Quandoque Orato-
res appellantur, vt *in l. omnes qui vbique. §. 1. C. de Epiſc. & cle.* Dicuntur etiam in foro cauſas
dicentes. *l. 1. ff. de orig. iuris*, non ſemel iuris ſtudioſi, vt *in l. Diuus. ff. de variis & extraord. co-*
gnitionibus. Et iure noſtro Regio, clamatores appellantur, Hiſpanè dicti *Vozeros. l. 1. titul.*
6. part. 3. & alibi ſæpe, licèt quidam exponant *Vozeros*, i. qui aliorum vocem allegando
obtinent, hoc eſt, voce ſeu alterius nomine poſtulant, ita expoſuit Didacus Caſtell. in l.
2. Tauri legem illam & titulum *de los Vozeros*, foro legum. Budæus tamen in annotatio-
nibus in Pandectas, *tit. de Senatoribus, l. vltima, pag.* 134. aſſeruit, ſe certo ſcire, parlamentum
olim dictum fuiſſe ab actionibus, altercationibuſque Aduocatorum. Quod alludere
6 videtur priori ſententiæ & intellectui dictæ legis Regiæ. Relatores † autem dignioribus
nuncupantur nominibus. Nempe, Quæſtores candidati, vt ſuprà *in 1. part.* probatum eſt,
c. 4. num. 7. & ſeq. quandoque renunciatores, ſiue reportatores, teſte Budæo *in dict. l. vlt. ff.*
de Senat. Enarratores etiam eos appellat Anto. Nebriſen. *in Dictionario ſuo.* Recitatores
quandoque dicuntur, eo quòd facta cauſarum recitent. Propriùs tamen Relatores ap-
pellantur: Balbus ad Ciceronem: *Incipiam, inquit, ſperare etiam conſilio Senatus authore te, illo*
Relatore, Pompeium & Cæſarem coniungi poſſe. Inde relationes dictæ ſunt propoſitiones, quę
de re

Digitized by Google

de re aliqua in Senatu proponebantur, diſceptandæ, Senatorúmque ſententijs deter-
minandæ permittebantur, teſte Calepino *in Dictionario ſuo, in verbo Refero.* Quandoque
† Referendarij dicuntur, qui olim libellos ſupplices, vulgò *petitiones* ſiue *ſupplicationes* 7
dictas, legebant, Principique referebant, & cauſas ei docebant, iuſſionéſque Princi-
pis ex ſcripto aut non ſcripto prolatas competentibus aut deputatis inſinuabant indici-
bus, *authen. de referend. per totum, coll. 2. authen. vt litigan iurent. §. quia verò, coll. 9. auth. quom.
oporteat Epiſcopos. §. non aliter, in fine coll* 1. AD V. Audi, hîc fige pedem, quorſum obſecro
Relatores Referendarios facis? Accurſ. ſanè aliter id intellexit *in dict. §. non aliter.* vbi
Referendarios curiæ Principis Aduocatos appellat. REL. Fateor vidiſſe me, & non ſe-
mel legiſſe gloſſ. Accurſij id atteſtantis, ſed vidi pariter & legi Iacobum de Belloviſu, &
Bart. *in dict. authen. de Referend. in fine,* & Speculatorem *in titulo de ſupplicat. in princ. num. 1.*
eam gloſſam impugnantes, contrariúmque aſſerentes, & non immeritò: probant enim
eorum ſententiam prædicta iura, & maximè dictus paragraphus, quia verò, *in authent.
vt litig. iurent.* vbi Referendarij prohibentur partes cogere, aut inuitare ad concordiam,
quaſi partem iudicum obtinentes: quibus † & hoc iure prohibetur, vt Paul. Caſtren. 8
Alexan. & Iaſon annotârunt *in l. quidam æſtimauerunt, vlt. notab. ff. ſi cert. pet.* Alexan. copio-
ſius *in l. 1. §. & poſt operis, num. 7. & pluribus ſequ. ff. de non. oper. nunciat.* vbi concludit com-
muniter eſſe receptum, iudices nihil potiſſimùm quærere debere, quàm partes ad con-
cordiam reducere, vt ibi in textu probatur: non tamen cogere poſſe, ſecundùm gloſſ.
Iacob. Butri. & Bal. *in l. æquiſſimum. in verbo, componere. ff. de vſufr.* & alios ibi per Alex. cita-
tos. Cæterùm, ſi de Aduocatis ſenſiſſet ibi Iuſtinianus, nullatenus eos prohibuiſſet co-
gere aut inuitare partes ad concordiam, nullas enim habebant iudicum partes ad co-
gendum. Item hoc deducitur ex eodem textu, quippe quo ſpectabiles appellentur, at-
que in fine eius eis pœnam irroget, ſi contra fecerint, nempe, vt cingulis & dignitate pri-
uentur: non ergo intellexit de Aduocatis. Ii namque nullum cingulum, nullam dignita-
tem habent. Id quod clarius inſinuat Caſſiodorus *variarum lib. 6. c. 17.* cùm formulam
Referendarij nobis tradit in hæc verba: *Quamuis † tantum ſit clara quæque dignitas, quan-* 9
*tum eam præſentia noſtra conſpectus illuminat (dum ſemper honorem ſuſcipit qui noſtra colloquia
decenter acquirit) nemo tamen ſermones noſtros tantum meretur, quàm qui Referendarius eſſe dig-
noſcitur. Per eum nobis cauſarum ordines exponuntur, per eum interpellantium vota cognoſcimus, &
ipſis reſponſa reddimus, vt negotia compedita ſoluamus. Magnum eſt in hoc agone principali ſeruire
prudentia, & ad ſubitum ſic dolores alienos aſſerere, vt conquerentium videatur vota ſatiare. Quale
eſt enim in tumultuoſis proceſſionibus noſtris nulla permixtione confundi? Aut minimè tantis cla-
moribus impediri? Neceſſe habet à turbatis exquirere, quod nobis poſſit placabiliter intimare, & di-
ſtinctius referre, quàm potuiſſet audire. Arduum eſt trepidantium dicta componere, & verum dicere.
Non tantùm interpellator formidat negotij ſui caſum, quantum ſuſtinet iſte in relatione periculum.
Siquid minus dixerit, inimicus aſſeritur, redemptus clamatur. Negotij Dominus timoris patrocinio
poteſt ſua verba conuertere, referenti autem non licet aliquid immutare. Sententiæ verò noſtræ tanta
memoria cautela tenendæ ſunt, vt nihil additum eſſe videatur. Nobis plerunque audientibus noſtra di-
cturus es, & difficili conditione conſtrictus iudicio noſtro ſubiaces, dum alienas cauſas explanare con-
tendis. Quapropter Referendarium te electio noſtra conſtituit. Sed tu puritatem conſcientiæ, & verita-*

tem lingua noſtris adhibeto iuſſionibus. Eruditionem verò mirabilem tibi collocutio noſtra contendit. Quæ, dum per te alios ordinat, qualitatem tuæ mentis exornat. Sub nobis enim non licet imperitos, quando in vicem cotis ingenia ſplendida reddimus, quæ cauſarum aſſiduitate polimus. Quapropter ea cunctis iuſſiſſe nos referre, quæ aut debuiſtis, aut potuiſtis accipere. Noſtra ſic probatis ſi iuſta ediſcitis, amate quod nos glorificat. Sit velle veſtrum quale videtis noſtrum eſſe propoſitum. Ad ſummum, tales vos eſſe cupimus, vt etiam per vos iudices corrigamus. Peculiare de vobis aliquod vectigal exigimus, vt ſicut vobiſcum familiariter miſcemus affatus, ita & noſtra opinio ſpecialiter à vobis mercatur affectū. Hactenus Caſſiodorus. Sed quid aliud obſecro congruentius dici poterit, quàm quod Relatores hîc adæquentur Referendarijs, vt in quibus omnia ea concurrant, quæ de Referendario diximus, vt videre poterit, qui hæc verba perpenderit. Quod quidem, nî fallor, non parum iuuat conſtitutio Imperatoris *in auth. de Referend.* vbi denuo inſtituit Referendariorum numerum, eóſque ad octo tantum reduxit, cùm antea plures eſſent. Nam & ſic fieri cernimus hoc in foro Regio. Relatorum enim numerus ad duodecim ex pluribus redactus eſt cauſarum ciuilium; criminalium verò ad duos, Cantabriæ ad vnum. Hos equidem Referendarios Summi Pontifices ſtatuerunt cæteris curiæ officialibus præferri, quorum plurima enumerat priuilegia Ludo. Gomez *in regul. Cancel. in vtriuſque ſignatura compendio, pag.* 322. vbi, & ruſus *in pagina* 317. plurima de huius officij dignitate adſcripſit, quamuis hodie eorum contendat authoritatem vileſcere, *pag.* 313. *ad fin.* vtinam non ita hoc in Regno in Relatoribus fiat. Quidquid tamen ſit, Referendarios ſpectabiles eſſe conſtat, vt *in dict. auth. de Referend. in princ.*

CAPVT II.

ADVOCATI CORAM IVDICE QVOMODO ORARE ET poſtulare teneantur, explicat.

SVMMARIA.

1 *Aduocati cum loquuntur, ſtare debent.*
2 *Aduocati quomodo coram iudice orare debeant, quoue vultu & geſtu?*
3 *Vociferantes carpuntur.*
4 *Aduocatorum defectus.*
5 *Prudentia indiſerta præfertur ſtultitiæ loquaci.*
6 *Linguæ plus ſæpe adeſt vbi minus cordis & roboris.*
7 *Vocem eandem dulcem eſſe & ſolidam rarò conuenit.*
8 *Eloquentia ſapientiâ condita eſſe debet.*
9 *Legum ſcientiam hodie non omnino neceſſariam eſſe iuxta iudicum abuſum.*
10 *Iudices leges ſeruare oportet.*
11 *Relatores ſedentes tectoque capite Senatoribus referunt cauſas.*

SEPTIMO Aduocatus loquens, poſtulans, aut aliquid allegans coram iudice ſtare debet, non ſedere, *l. quiſquis, in fin. C. de poſtul. l. 1. C. de offi. ciuil. iud. c. Apoſtolica, de conſecr. diſtinct. 1. l. 7. tit. 6. part. 3.* ADV. Imo quicunque iudex ſeu Magiſtratus honoratos permit-
1 tere debet vt ſecum ſedeant, & reuerentiam eis exhibere in ſalutatione, aliàs tribus auri
libris plecti eos præcipit Imperator *in l. vlt. C. de offi. diuerſ. iudic.* REL. Ibi de Doctoribus

tantùm

tantùm loquitur ſecundùm gloſſæ expoſitionem *in l. 2. eod. titul.* aut quòd permittat eos
lex ſedere quoties non loquuntur, vt *in l. quiſquis: in fi. C. de poſtul.* cùm autem verba faciũt
coram iudice, non modò ſtantes, ſed & detecto capite loqui & poſtulare tenentur, vt
practicæ pater Speculator aſſeruit, *in titul. de Aduoc. § nunc, de exordiis, n. 6* Atque, vt id obi-
ter dixerim, Maxima cum † tranquillitate vultúſque ſerenitate, & curialiter ſtare debẽt, 2
l. 1. in prin. ff. de poſtulan. authen. quo opor. Epiſc. § non aliter, non indiſcretè aut arroganter, *c. hoc
habet. 46. diſtinct.* incompoſitio enim corporis inæqualitatem indicat mẽtis, teſtis eſt Au-
guſtinus *in cap. vlt. 41. diſtinct.* & ſi conſilio Iuriſconſulti vti voluerint *in l. obſeruandum. ff.
de offic. Praeſ.* & Gratiani *in cap. Epiſcopus. 41 diſtinct.* hoc eſt, ſi velint ingenio ſuo augere ſapi-
entiam, in tribus ſe debent exhibere maturos, nempe, in vultu, geſtu, & voce. Vultu, vt
eum affabilem, benignum, & iucundum iudici ac ſtantibus oſtendant abſque riſu tamẽ
indiſcreto. Geſtu, vt caput pedéſque non ducant incedenter aut moueant, ſed cuncta
membra debita maturitate regant, iuxta illud, Officium teneant lingua, pedes, manus,
ac etiam oculus: *cap. ſi qui verò. 32. diſtinct. cap. quia tua. 12. quaeſt. 1. cap. ex merito. 7. quaeſt. 1. cap.
vlt. 41. diſtinct.* Manus ſiquidem cùm verba faciunt, non ſunt iactandæ, non caput qua-
tiendum, non criſpandum latus, non vultus corrugandus aut diſtorquendus, non pe-
des agitandi. Oculos, qui animi ſunt ſpeculum, ſedatos, quietóſque, non elatos, nec de-
iectos, non mobiles, ſed nec rigentes habeant: faciem ipſam non in toruitatem, nec fe-
rociam compoſitam, ſed ad hilaritatem & affabilitatem. Voce, inquam, vt eam non
amplius debito deprimat vel exaltet: hoc eſt, ſermonem arrogantem aut pauidum, nec
viciſſim abiectum & effœminatum proferat. Nam qui † vociferantur, rationis intelli- 3
guntur habere defectum, quem ſupplent garrulitate clamoſa, vt ſic clientulo & ſalario
ſatisfaciant ſolo vento, nudáque legum ad rem forte non pertinentium allegatione, vt
in l. 11. titul. 19. lib. 2. ordinationum: Nam, vt ait Seneca, imperitorum eſt vociferari,
Quintilianus, non turbidus nec clamoſus debet eſſe altercator. Idem Seneca, *Epiſt.
40. in fin. Quemadmodum*, inquit, *viro ſapienti inceſſus modeſtior conuenit: ita oratio preſſa,
non audax.* Quæ non † facilè ab omnibus cuſtodiuntur dixit Ægydius *in ſuo libello, ad art. 4
penultim.* Sunt etenim quidam Oratores, ſeu veriùs prolocutores, ab honeſta propo-
nendi conſuetudine deuiantes. Qui ſurgunt cum quodam faſtu ad loquendum, ha-
bentes faciem eleuatam, abſtergunt faciem, crines poſt aures reformant, nares crebrò
purgant, & guttur, ſpeculantur & manus, propriáque circunſpiciunt indumenta.
Alij verò trans cœlum oculos eleuant, nunc caput demittunt, nunc crebra ſuſpiria e-
mittunt, nunc frontem rugant, nunc labia comprimunt, nunc ſupercilia obducunt,
manus maxillis affigunt, & alia miranda cogitare vel meditari, ac grandia concupere
ingenio multiplici ſimulantes, quibus nimirum conuenit illud Horatij: *Parturiunt mon-
tes, naſcetur ridiculus mus.* Sunt & alij qui de ſola vocis magnitudine confidentes, vocum
ſonoritate fulminant & vociferantur proponendo, & boatu triumphali proloquentes
aures audientium obtundunt, contra quos facit text. *in c. 1. & 2. 95. diſt. l. vlt. C. de feriis, ibi:
Vox horrida quieſcat, & in c. in loco, 5. q. 4. ibi, mitiſſima verborum relatione proferri.* Plurima vltra
ea quæ hîc attigimus, contra verboſos & loquaces tradidit Didac Caſtell. *in l. 2. Tauri*, li-
cèt de prędictis non meminerit. Sunt † & alij Oratores ſeu Aduocati in rerũ cognitione 5

prudentes, id quod ſentiunt infantiliter explicare ignorantes, aſſerentes prudentiam in
rerum eſſe cognitione, orationis verò facultatem nihil ad rem pertinere, in quos mirè
inuehit Budæus *in primis in Pandectas annotation. tit. de iuſt. & iure l. 1. pag. 19* in hæc verba:
*Neque infantiam eius, qui rem norit, ſed eam explicare dicendo non queat, neque inſcitiam eius, cui
res non ſuppetat, verba non deſint eſſe laudanda. Quorum, ſi alterum ſit optandum, malim equidem
indiſertam prudentiam, quàm ſtultitiam loquacem.* Ita refert tenere Ciceronem *libro tertio de*
6 *Orat. numer. 79.* Et apud eundem *libro primo de inuentione Rethorica* legitur, ſapientiã ſine
eloquentia parum prodeſſe ciuitatibus, eloquentiam verò ſine ſapientia nimium obeſ-
ſe plerumque, prodeſſe nunquam. Illud † in ſumma cum Eraſmo dixerim eſſe perpe-
tuum, vbicumque minus eſt cordis, & roboris, ibi plus eſt linguæ. Auibus ita natura
garritum vocúmque alienarum imitationem dedit, Tauris, & Leonibus non idem, ſi-
milíque modo in pueris, ſenibus, & mulieribus, quoniam eſt imbecillior animi & cor-
poris vigor, lingua eſt intemperantior, vt Tiraq. probat *in legem connubialium libro, lege 12.
gloſſ. 1. num. 15.* Perinde † atque vt Seneca ait in declamationibus, *Rarò hæc inter ſe conueni-*
7 *unt, vt eadem vox dulcis ſit & ſolida.* Sunt præterea alij, (vt Cicero atteſtatur *de oratore lib. 1.
numer. 57.*) aut ita linguâ hæſitantes, aut ita voce abſoni, aut ita vultu, motúque corporis
8 vaſti atque agreſtes, vt etiamſi ingenijs atque arte valeant, tamen in oratorum nume-
rum venire non poſſunt. Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in hiſce rebus habi-
les, ita ornati, vt non nati, ſed ab aliquo Deo facti eſſe videantur. Hæc Cicero. Cæte-
rùm, † vt partes laudatæ eloquentiæ quis conſequatur, neceſſe eſt, vt varia ſcientiarum
ſupellectile conſtipatus exiſtat, id quod in Prouerbijs Salomon præmonuit inquiens:
Stude ſapientia, vt poßis dignè proferre ſermonem. Qua nimirum ſententia cõtemptibilem aſ-
ſerit eſſe facundiam, quæ ſcientiâ & ſapientiâ condita non fuerit. Quo enim pacto in
Sacris literis perſuadebit, qui eas nunquam legit? Quóue in naturalibus, qui Ariſtote-
lem non vidit? Quóue in moribus aut iure Ciuili perorabit, qui earum ſcientiam non
modò expers non eſt, ſed nec principia nouit? Prius igitur ſcientiam perfectè conſequi
oportet, quàm de ea ornatè & cum ſplendore loqui. Fruſtrà n. vt inquit Iob, homo a-
perit os ſuum, & abſque ſapientia verba multiplicat. Quid enim prodeſt clauis aurea,
ſi aperire non poteſt, aut quid obeſt ferrea, ſi poteſt? Adv. Ipſe equidem ſi alterum eli-
gendum concederetur, mallem auream quàm ferream. Mallem, inquam, eloquen-
tiam, licet plurimum deficeret legalis ſciẽtiæ, quàm indiſertam prudentiam. Quid †
enim quæſo legum hodie aut Canonum ſcientia proderit, ſi iudices vt plurimùm eis
9 neglectis, propriam in definiendis cauſis amplexentur ſententiam, quaſi legum ipſi la-
tores fuerint? Quin facundiam nudam optem? Quando hi tantùm libenter audian-
tur, qui coloratis perſuaſionibus, dulcibus minùs tamen ſolidis rationibus, mentes iudi-
cum alliciunt, eóſque facilè ſeducunt. O mortalium mentes deprauatæ, penitúſque ob-
cæcatæ, Quid frondes pro fructu capitis, & fumo paſcimini, diem vos igni appropin-
quare capitis? Proh dolor, hoc ſanè eſt tempus illud, quod Apoſtolus ad Timoth. ſcri-
bens præſignabat, cùm Poetarum fabulas ac figmenta pro veritate & ſana doctrina
fideles accepturos in Spiritu Deo plorabat, inquiẽs: *Veniet ergo tempus, cùm ſanam
doctrinam non ſuſtinebunt, ſed à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuer-
tentur.*

tentur. Nonne † à veritate auditum auertunt, qui ea quę neceſſitatis eſſe leges iuſſerunt, 10
& conſtitutiones, ea vt arbitrij eſſe exiſtimant, quæ verò quiſq; muneris ſui eſſe nouit, ea vt beneficij ſui facit? Taceat deinceps Plato 6. *de legibus*, neque eos legum appellet cuſtodes, eis quippe hæc hodie non conuenit nomenclatio, ſed legum potiùs nuncupentur ipſi latores. In quos idem ipſe Plato *in ſuo Ciuili vel de Regno, lib. col.* 27. poſtquam Regios Principes & Magiſtratus generoſo nauis gubernatori & medico comparauerat, legúmque præſcripta ab his ſeruari perſuaſerat, inuehebatur, inquiens: *Si quis præter criptas conſtitutiones nauigandi rationem aliquam nouam inferat, aut ſanitatis tuendæ veram illam, & legibus traditam rationem ad ventos, & calores, & frigora transferens perſcrutetur, & circa hæc ex ingenio ſuo philoſophetur, doceatque primò quidem hunc neque gubernatorem eſſe, neque medicum nominandum, ſed curioſum quendam delirumque ſophiſtam: deinde à quolibet in iudicium trahi poſſe, vtpote qui iuniores alios corrumpat, ſuadeátque vt gubernatoria & medica contra legum inſtituta pro ſuo quiſque tractet arbitratu.* Quos nimirum dignos extremo ſupplicio cenſet. Proinde, neque oportere, ait, quidquam legibus ſapientius eſſe. R e l. Faciant iudices quidquid in mentem venerit, nos autem quod melius eſt, ſemper optare, ſequi, & facere oportet. Quare, ne in his quæ extra cauſam ſunt ampliùs iuſto dimoremur, de his hactenus. Et ad inſtituta poſt longum diſceſſum redeuntes, ex ſupradictis apparet, Aduocatos coram iudice loqui non poſſe ſedentes, ſed ſtantes apertóque capite. Quod † ſe- 11
cus eſſe in Relatoribus neminem latet. Quippe qui ſedentes referunt tectóque capite, ad inſtar fiſci patroni, qui loqui incipiens detegit caput, deinde verò pileo appoſito continuat ſermonem. Honoratiores ergo patronis renunciatores eſſe conſtat, cùm ſedentes verum ſit magis honorari, quàm ſtantes, teſte Baldo, *in l. quoties. C. vbi Senat. vel clariſſ.* Nicolao Boër. *de authorit. magni Conſilij, in princ. num.* 41. Hoc tamen in Regno moris eſt, Aduocatos ſedentes detecto tamen capite coram iudicibus poſtulare, hoc maximè in foro Regio.

C A P V T III.

RELATORVM FIDEM ET AVTHORITATEM, ADVOCAtorúmque quorundam defectum in orando, inſinuat.

S V M M A R I A.

1 *Sententiæ an per iudicem ipſum ſint recitandæ, n. c ne?*
2 *Relatoribus maior fides adhibetur quam Aduocatis.*
3 *Iudices aduocare prohibentur, non referre.*
4 *Auditores Rotæ Relatoris officio funguntur.*
5 *Moyſes referebat Domino.*
6 *Conſules olim referebant Senatui.*
7 *Indignus inferiore ordine, erit & ſuperiore indignior.*

R E L A T O R.

Octavo, vt ex ſuprà traditis deducitur, partes iudicum ſibi Relatores vendicare noſcuntur, quod rurſus ex alio conſtat, nempe: Cùm † iudicis incumbat officio 1

Digitized by Google

ore proprio ſententias recitare, neque ei liceat per alium id explicare, *l. 1. & 2. & l. vlt. C. de ſentent. ex peric. recitand.* At verò Relatores ſententias interlocutorias Senatorum vice legunt & recitant, partes ergo obtinent Senatorias. ADV. Minimè iudicio meo hæc procedit argumentatio. Nam interlocutoriæ poſſunt per quemcunque iudicem cuiuis alteri demandari vt legantur, gloſſ. *in l. vlt. in verbo, proferant. C. de ſentent. ex peric. recitand. & in l. diem proferre, in princ. ff. de arbitr.* REL. Verum eſt, ſi nulla cauſæ cognitione latæ ſunt interlocutoriæ, cæteroquin nullatenus, ex Bartol. ſententia, *in l. 2. C. de ſentent. ex peric. recit.* Atqui hoc in foro Regio Relatoribus committuntur legendæ quæcunque ſententiæ interlocutoriæ, quamuis cauſa cognita ferantur. ADV. Præfectus Prætorio vel alius illuſtri dignitate decoratus per officiarios ſuos, ei miniſtrantes, legere poteſt & recitare ſententias, etiam definitiuas, *l. 2. in fin. C. de ſentent. ex peric. recit.* auditores igitur Senatoria dignitate luſtrati committere nimirum poterunt ſententias cuicunque alteri officiali legendas. Non erit igitur hoc ſpeciale in Relatore. Quamobrem ſi ex hoc deducis, Relatores iudicum partes obtinere, concedendum conſequenter erit, idem eſſe in alijs officiarijs. REL. Bald. *in dict. l. vltim. C. de ſentent. ex peric. recit.* tenet, indiſtinctè iudicem ipſum debere ſententias per ſe ipſum vel alium delegatum aut ſubſtitutum legere & recitare. Quo iure hodie vtimur hoc in Regno. Ipſi enim ſublimis fori iudices legunt legereque tenentur definitiuas ſententias: interlocutorias verò nulli alij legendas committunt, quàm Relatoribus. De cuius veritate plurima traduntur per iuris Pontificij interpretes, *in c. ſicut. de re iudic. & in c. cum vos. de his quæ fin. à Præl. ſine conſ. cap.* Verum enimuerò cùm alijs non parum vrgentibus fundamentis fulcitum fuerit, Relatores iudicum obtinere partes, (quod ab Aduocatis procul abeſt, nullas ſiquidem partes habent iudicum, ſed clientum, pro quibus poſtulant) hæc ampliùs non examino.

2 9 Maior † fides proculdubio adhibetur Relatoribus, quàm Aduocatis. Illis namq; aliquid aſſerentibus eſſe vel non eſſe in cauſæ proceſſu creditur, licèt patroni contrarium aſſeuerent. Quos aliquid pertinaciter aſſerentes Senatores tacere præcipiunt, vt in ore referentium verbum ſemper maneat, quod nulla alia ratione fit, quàm quòd ipſoſmet Senatores repræſentant.

3 10 Iudices poſtulare prohibentur maximè conſiliarij & auditores Regij, vt *in l. 3. & 10. tit. 19. lib. 2. ordin. Pragma. 42. c. 25. l. quiſquis. C. de poſtul. l. vlt. C. de aſſeſſ. l. pen. ff. eod.* & id non tantùm ob affectum quem habere præſumuntur ad cauſam quam priùs defendebant, quàm authoritatem muneris conſeruandi cauſa. Non tamen referre prohibentur iudi-
4 cibus maioribus, *l. 1. & ſequent. C. de relat. c. intimaſti, de appellat.* Referunt † etiam Rotæ auditores Summo Pontifici merita cauſæ fideliter, vt ſecundùm eius imperium & beneplacitum ſententias eius authoritate promulgent, & cauſas decidant, *c. cum Bertoldus, verſ. qui cum nobis, de ſentent. & re iudic. c. dudum. §. prior autem. de decimis. c. ſuper quæſt. de offic. d leg.*
5 gloſſ. *in verb. audirem, & in verb. ad Apoſtolica. de re iudic. in 6.* Referebat † etiam Moyſes ad Dominum querelas populi ingreſſus tabernaculum, vt ſecundùm eius imperium iudicaret, *Exod. 32. c. ſummopere. 11. q. 3. c. cùm æterni tribunal. de re iud. lib. 6.* referunt etiam con-
6 ſiliarij huius regni, vt *ſuprà 1. part. c. 5. in fin.* probauimus. Conſules † item referebant olim in Sena-

in Senatu, ſenatuſ verò nihil niſi referentibus conſulibus facere licebat, vt latè tractat Budæus *in l.vlt.ff.de Senat.pag.*113.hodieq; in curia Romana ipſi auditores referunt cauſas arduas Summo Pontifici, vt videre licet ex ſententia per eum lata anno 1534. in cauſa inter Henricum & Catharinam Reges Angliæ, cuius meminit Alfonſus à Caſtro *de lege pœn. lib.*1.*c.*12.

Vltimò, hæc mea inſtruitur ſententia ex eo, quòd qui indignus † eſt inferiore ordi- 7
ne, indignior proculdubio erit ſuperiore, *l.qui indignus.ff. de Senat. l. relegatorum. §.poteſt, & §. vltim. ff. de interd. & releg. l. cui pacto. ff. de ſeru. exportan.* Si igitur maior digniórve eſſet aduocatio referentium munere, non vtique admitteretur is in patronum, qui Relatoris non meruit officium, aut qui ad id admiſſus non fuit: ſed id ita fieri quotidie cernimus, concedendum igitur eſt renunciatorum munus, vt dignius, preſerri in omnibus patrocinio.

CAPVT IV.

LEGES A QVIBVS PRIMVM, ET QVOT, QVOVE TEMpore latæ fuerint, & an tunc Aduocati aderant, exponit.

SVMMARIA.

1 *Aduocatorum antiquitas.*
2 *Leges à quibus primum latæ fuerint.*
3 *Ius naturale primæuum.*
4 *Obligatio antidoralis.*
5 *Ius naturale ſecundarium, quod gentium dicitur primæuum.*
6 *Ius gentium ſecundarium.*
7 *Leges tres ſecundæ ætatis.*
8 *Lex Moſaica.*
9 *Lex Prophetica.*
10 *Lex Ciuilis quo tempore eſſe cęperit.*
11 *Iuriſconſultorum quidam Pagani, alij Chriſticolæ.*
12 *Leges duodecim Tabularum quo tempore eſſe cœperunt.*
13 *Aduocati quo tempore eſſe cœperunt.*
14 *Legum primi latores nuncupantur.*
15 *Moyſes primi mundi Legulator.*
16 *Iudices in Hiſpania primi qui?*
17 *Manu Regia expediebantur omnia, ante leges duodecim tabularum.*
18 *Iudicium cognitum fuit tempore Moyſis.*
19 *Clientum origo.*
20 *Iudicium in paradiſo ortum habuit.*
21 *Clientum patrocinium.*
22 *Leges 3. poſt Chriſti ortum.*

ADVOCATVS.

QVID igitur reſpondes ad ea, quæ de antiquitate Aduocatorum pauló ante dixeram? Nam † à tempore quo leges latæ fuerunt humanæ, conſtat fuiſſe Aduoca- 1
tos. Humanas autem leges traditas fuiſſe à Tubale primo Rege Hiſpaniæ eiuſq; fundatore ipſis Hiſpanis anno centeſimo quadrageſimo ſecundo poſt diluuium, bis milleſimo autem centeſimo ſexageſimo tertio ante Chriſti ortum atteſtatur Floria.de Ocampo *in chronica generalis Hiſpaniæ lib.*1.*c.*4. *in princ.* Legitur etiam *Exod.c.*32. Moyſem aduocaſſe pro populo ſuo coram Domino contra eum irato ob adoratum vitulum: dicens: *Cur*, Domine, *iraſcitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxiſti de terra Aegypti?* &c. Et paulo póſt, *Recordare Abraham, Iſaac, & Iſmaël ſeruorũ tuorũ, quib. iuraſti per temetipſum dicens,*

Multi-

Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cæli, & vniuerſam terram. Hanc, de qua loquutus ſum, dabo
ſemini veſtro, & poßidebitis eam ſemper. Ecce rationes Domino propoſuit, quibus nitebatur
eos eſſe ignoſcendos. *Et ſic,* ait textus, *placatus eſt Dominus, ne faceret malum quod locutus*
fuerat aduerſus populum: ex quo patrocinium antiquiſſimum fuiſſe conſtat. RET. Ridi-
2 culum † inprimis eſt, aſſerere leges Hiſpanis latas à Tubale primo Hiſpaniarum Rege:
qua ætate homines nulla ſub lege viuebant. Tria igitur tempora conſideranda ſunt, vt
huius dubij veritas aperiatur. Primum ab Adam, primo homine, vſque ad Moyſem,
quo bis mille trecenti ſeptuaginta quatuor anni conſumpti fuêre. Secundum à Moyſi
vſque ad Chriſti Natiuitatem, quo bis mille octingenti & viginti quinque. Tertium à
Chriſti ortu vſque ad hodiernum diem, quo mille quingenti quinquaginta & ſeptem
anni elapſi fuere. Quibus temporibus nouem nobis traditas fuiſſe leges certum eſt, vt
3 Panor. docet *in cap. 1. in prin. vltim. col. de ſumma Trin. & fi. cathol.* Primo † itaque tempo-
re tria iura hominibus data viguere. Prima, lex naturalis, communis omnibus animan-
tibus, ius naturale primæuum appellatum, vt maris & fœminæ coniugatio, liberorum
procreatio & educatio, *l. 1. § ius naturale. ff. de iuſtit. & iur. cap. ius naturale. 1. diſtinct. Inſtitu-*
4 *tion. de iur. natur. in prin. 1. c. 5. diſtin.* Ex † hoc iure naturali communi oritur obligatio an-
tidoralis, hoc eſt, vt benefacienti benefaciamus, gloſſ. *in l. ſed in lege. §. conſuluit ff. de pet.*
hær. c. cum in officijs. de teſtam. hæc non ſolum hominibus conuenit, ſed & brutis animali-
bus, vt gloſſ. ſentit *in dict. § conſuluit,* quod Gellius probat. *lib. 5. noctium Atticarum, c. 14.* ex
authoritate Appionis Polyhiſtoris *libro Aegyptiacorum. 5.* de Leone, qui Androdo ad be-
ſtias damnato gratiam beneficij longo pòſt tempore retulit, quod etiam retulit Ælia-
nus *lib. 2. hiſtoria animalium*, vbi illum Androclem vocat: alios in hanc ſententiam citat
Tiraqu. *in l. ſi vnquam. in verbo, donatione largitus, num. 56. C. de reuoc. donat.* Cuius antido-
ralis obligationis decem & octo notabiles effectus collegit Iaſon *in l. ex hoc iure. ff. de iu-*
ſtit. & iur. & in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. Alc. *in lib. 1. de verb. ſignif.* plures
alios Tiraqu. qui longè meliùs cæteris, more ſolito, loquitur, *in d. l. ſi vnquam. in verbo,*
5 *donatione largitus n. 11. & pluribus ſeq. C. de reuoc. donat.* Aliud † eodem æuo proditum eſt
ius naturale rationis, hominibus tantùm conueniens, quod iûs gentium primæuum &
naturale dicitur ſecundarium. Vt Religio erga Deum, vt parentibus & patriæ parea-
mus, vtque vim atque iniuriam propulſemus, *l. veluti. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur.* ex quo
præceptum illud naturale oritur, nempe, quòd tibi non vis, alteri ne feceris; & ex con-
trario, *c. humanum genus. 1. diſtinct.* gloſſ. & Abb. *in c. 1. in verbo, diſpoſitionem, de ſumma Trin.*
quibus temporibus nullæ aliæ aderant leges ſcriptæ aut conſtitutiones. Sed omnia e-
rant communia, vt Bart. tradidit, & cæteri interpretes *in l. ſi id quod. ff. de condict. indeb.*
6 paucique homines tunc erant in mundo. Deinde † adauctis hominibus tertium fuit
proditum ius, quod gentes inter ſe fecerunt, vt quidquid calcauerit pes tuus, tuum eſ-
ſet, & diſtinxerunt inter ſe dominia rerum. Hinc bella orta ſunt, captiuitates, contra-
ctus, Regnorum diſtinctio, Regesque ſibi conſtituerunt gentes, *l. ex hoc iure. ff. de iuſtit.*
& iure. quod ius gentium ſecundarium appellatur, *c. ius gentium. 1. diſtinct.* Bartol. & mo-
derni *in dict. l. ſi id quod. ff. de cond. indeb.* Sub iſtis tribus legibus degerunt homines à crea-
tione Adæ, ad Moyſen vſque. Quod tempus ante legem appellatur. Superuenit poſtea

ſecun-

Digitized by Google

ſecunda ætas, à Moyſe, videlicet, vſque ad Chriſti ortum. Quo † in tempore aliæ tres
leges hominibus proditæ ſunt, Moſaica, videlicet, Prophetica, & Ciuilis. Moſaica 7
data † fuit in ſcriptis à Domino Moyſi in Monte Sinai, quinquaginta diebus, poſtquam
filios Iſrael deduxerat à captiuitate Pharaon, quos deduxit in octuageſimo ſuæ æta- 8
tis anno, *Exod. cap. 13. 14. 20. vſque ad cap. 32.* Quæ cùm in decem conſiſteret præceptis,
lex Decalogi, ſeu Decalogus legis appellata eſt, *Exod. cap. 20. & c. Moyſes. 7. diſtinct. c. li-
benter. in fin. de pœnitent. diſtinct. 1.* Speculat. *in proœmio ſui operis, col. 2. in fin.* Fuerunt etiam
in lege Moyſi alia præcepta myſtica, quorum aliqua Sacramentalia, & iudicialia, *Exod.
cap. 21. & 22.* alia Cæremonialia, de quibus habetur *Exod. c. 23. & Deuteron. cap. 5. 6. 7. & 8.
Leuitici, & Numeri per totum*, per gloſ. *in c. vlt. § his itaq; . 6. diſt.* per Marſilium Ficinum *in lib.
de Religione Chriſtiana, c. 34. vbi non minùs verè, & piè, quàm eleganter hæc differit, quæ horum do-
gmatum obligent:* per Tiraquellum aliquid, quem nihil vnquam latuit, *præfatione retractus
linagier, n. 8.* Didac. à Leyua Couarr. qui melius cæteris loquitur, *lib. 1. reſol. c. 17. n. 1. & dein-
ceps.* Deinde † huic legi Moſaicæ addita fuit lex Prophetica, *cap. firmiter. § hæc ſancta, de
ſum. Trin.* Spec. *dict. proœm. col. 3.* Demum † malitia hominum indies creſcente, cùm hæ 9
non ſufficerent, tertia lex inuenta eſt, ſcilicet, Ciuilis. Hæc habuit primam originem à 10
Regibus (quis primus fuerit dominus in mundo traditur per Andr. Iſern *in rubr. Quæ ſint
regalia, col. 2. in princ.*) Reges etenim facultatem Iuriſconſultis conceſſerunt legum con-
dendarum, *l. 1. § iubemus. C. de vet. iur. enucl.* anno videlicet trecenteſimo ante Chriſti or-
tum, vt Bart. atteſtatur *in l. multum intereſt. ff. de verb. oblig.* refert Ant. Gomez *in l. 1. Tauri, n. 2.*
Robertus Maranta *in ſpeculo aureo aduocatorum, part. 3. nu. 28.* Et † hi Iuriſconſulti Pagani
erant, gl *in l. pridie.* vbi etiam Bald. *ff. de feriis.* gl. & Bart. *in l. Titia. § Seia. ff. de auro & argen. leg.* 11
glo. *in rubr. ff. de iuſtit. & iur. in gl. 1.* Iaſ. tamen *in d. l. multum intereſt.* plurimos atteſtatur fuiſſe
Iuriſconſultos poſt Chriſti ortum, ſubdit ipſe exemplum Vlpiani, qui eo quòd in qua-
dam lege per eum condita citauit Virgiliũ, dixit eum floruiſſe temporibus, quib. Chri-
ſticolæ vigebant. Quod clariùs patet hiſtoriographis, fuit enim Conſiliarius Alexandri
Seueri viceſimi ſecundi Imperatoris, qui imperabat anno ducenteſimo vigeſimo quin-
to à Chriſto nato. Fuerunt etiam alij non pauci Chriſti fidem colentes, vt Saluius Iulia-
nus qui floruit Adriani memoriâ, duodecimi Imperatoris, qui imperauit anno à Nati-
uitate Domini centeſimo & viceſimo. Fuit etiam poſt hunc Neratius Priſcus, Voluſius
Mætianus, Martianus, Iulius Celſus, Valens, Marcellus, Iauolenus, Ceruidius Scæuola,
Papinianus, Iulius Paulus, Domitius Vlpianus, alij plures quos videre licebit apud An-
gel. Polit. *epiſtolar. li. 5. epiſt. ad Iacobum Modeſtum Prateuſem miſſa.* Salua tamen pace Bart. &
ſequacium, non paucis retro annis Iuriſconſulti eſſe cœperunt, aſſerente Pomponio *in
l. 2. § his legibus latis. ff. de origin. iur.* vbi † Pompon. ait, viginti propè annis poſt Reges ex-
actos leges duodecim Tabularum traditas fuiſſe Romanis. Reges autem exacti fuere 12
(cui expulſioni Tarquinius ſuperbus cauſa fuit, vt vulgò cognita eſt hiſtoria) exacti, in-
quam, anno quingenteſimo ante Chriſti ortum, vt apud hiſtoriographos notum eſt.
His legibus latis inquit textus, *cœpit, vt naturaliter euenire ſolet, vt interpretatio deſideraret pru-
dentum authoritatem, neceſſariamq; diſputationem fori.* Ex † quo aperte deducitur Iuriſcon-
ſultos, & Aduocatos ſtatim poſt leges duodecim Tabularum eſſe cœpiſſe, & ſic qua- 13

viciſſim egenorum inuidia in potentes diſcordiam pareret, plebeis permiſit, quem ſibi ex Patricijs patronum eligerent, hi clientes dicebantur: vt Vldricus Zaſius probat *in comment. l. 2. in princ. ff. de origin. iuris, in verb. Curias.* REL. Argumentum hoc non omnino conuincis, ſi rectè perpendantur, quæ à me iam dicta ſunt. Non enim ſemel probaui non eſſe bonam ſequelam: Iudicium aderat, ergo Aduocati. Quod etiam ſequentibus apparet. Iudicium † incepit iure naturali primæuo & diuino, quippe quod originem 20
habuerit in Paradiſo, à quo Adam fuit expulſus. Cùm igitur Deus creaſſet primum hominem legem dedit ei prohibitiua, ne comederet fructus cuiuſdam arboris, ipſe autem homo diuinum tranſgreſſus præceptum, comedere non erubuit. Quod Deus cernens iratus citauit ipſum dicens: Adam vbi es? qui confeſtim comparuit coram Domino: quem grauiter increpauit quòd noluiſſet eius parere mandatis. Adam autem ſe excuſare nixus, reſpondit: Mulier, quam dediſti mihi in ſociam, me decepit; quaſi vellet ſuam retorquere culpam in Dominum, quòd malam ſibi dediſſet ſociam. Qua reſponſione grauius peccauit, vt ſcribitur *Geneſ. cap. 1. & 3. & in cap. ſerpens, de pœnit. diſt. 1.* Ecce ex his verbis & replicationibus inter Deum & primum hominem fuit ortus quidam litigandi modus, qui vulgò placitandi dicitur: vt Archidian. atteſtatur *in rubr. 1. decretal. colum. 1.* Specular. *in proœm. 1. part. n. 24.* At ibi nulla aderat Aduocatorum diſputatio, ſed ipſe Adã propriam defendebat cauſam. Ad eundem itaque modum iudicia expediebantur, quo tempore ius gentium ſecundarium vigebat, nullæ quippe eo tunc aderant fori diſputationes, ſed manu Regia omnia exequebantur, vt *in d. l. 2. in princ. ff. de origin. iur.* hoc eſt, arbitrio Regis, iuxta Accurſij expoſitionem ibidem, vel manu Regia, id eſt, poteſtate, vt Bart. exponit *in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. num. 11.* Verùm vbi Bart. ſenſit ſine iudicio auferri manu Regia potuiſſe ſi quid deberetur, fallitur ſi modò Dionyſio credimus *lib. 2.* Nam, vt ipſe docet, ab initio ciuitatis ius litigantibus dictum fuit, licèt non ea ſolennitate, non ex iure ſcripto, vti poſt legem duodecim Tabularum ſequebatur. Romulus enim, quos Patres elegerat iuſſit, vt ſacra curarent, & ius dicerent. Hoc tamen fatemur controuerſias ab initio ſæpe numero Regijs iuſſibus fuiſſe diremptas, ſed citra violentiam: Regi enim æqua iubenti facilè parebatur. Attamen Seruius Tullus ſextus Romanorum Rex ſanciuit publica tantummodò Regis arbitrio, priuata verò iudicia ſententijs expedire: vt tradit Dionyſius *lib. 3.* Eo tunc enim Aduocati eſſe cœperunt cum actiones inuentæ ſunt. Cui † veritati non obeſt quicquam quod de clientibus & pa- 21
tronis vltimo loco dixeras. Nam diuerſum erat patrocinium illud ab eo quo vos modò vtimini. Illud enim erat ciuilis quædam coniunctio Patriciorũ, & plebeiorũ pauperum. Hi officia ſeu operas, illi beneficia vltro citróque præſtabant. Nam patroni pro clientibus ea fecere, quæ patres pro filijs: pecuniarum contractuumve rationes explicabant, cauſas pro iniuſtè oppreſſis ſumpſere, omnémq; eis quieté publicè & priuatim exhibuere. E diuerſo cliẽtes, patronis egentibus ad doté filiarũ còtribuere, captos, vel ipſos vel liberos eorũ ab hoſtibus redimere, nexos à creditoribus, vel ære mulctatos propria pecunia liberare, deducere eos, eis adeſſe debebant. Nec fas erat vel accuſare inuicẽ, vel teſtimoniũ, aut ſuffragiũ aduerſus ferre, nec porrò cũ inimicis annumerari: erantque huiuſmodi coniunctiones, haud abſimiles ſanguinis neceſſitudini, vſq; adeò, vt cliẽtes in officiũ or-

dine affinibus præferentur: vt ex Dionyſio Halicar. *libr.2.* refert Zaſius *in comment. d.l.2. ff. de orig. iur. in princ. in verbo, Curias.* magna eos laudis ornabat acceſſio, vt Gellius *libr.5.* docet, qui clientes haberent quam plurimos. Qui mos & ipſam Italiam, & maximam Galliciæ, & Cantabriæ partem peruagatur. Nam Appius Claudius à quo Appiorum familia proceſſit à Sabinis Romam cum quinque millibus clientum migraſſe traditur, vt eſt teſtis Valerius. Num hac fide hodie, hac obſeruantia, & humanitate patroni obligant clientes? num eorum negotia, iuxta veterum mores affinium cauſis præferunt, vt meritò Imperator *in l.rem non nouam.§ patroni. C. de iud.* Clientes eos nominet, quorum patrocinium aduocati inſumunt? minimè. Sed in contrarium omnia agi videas. Aduocatorum enim perfidia, nequitia (iniquos intelligo) hoc maximè quæſtu paſcitur, ſi clientum frugem depaſcitur. Forum hodie iudiciale paſcua ſunt vberrima Aduocato-
22 rum, quibus, cum clientum iactura pingueſcunt. De tertia † autem ætate gratiæ appellata, qua tres proditæ fuere leges, nempe, Euangelica, Apoſtolica, & Canonica, quia ad rem noſtram non pertinet, ampliùs non oportet tractare: ſi quis tamen plenè examinata cernere voluerit, eum relego ad Robertum Marantam *in ſpeculo aureo Aduocatorum, de ordine iudiciorum, part.3. num.29. & ſeqq.* ADV. De his, ſi placuerit, hactenus: ne forſitan præfectum noſtrum, quem arbitrum elegimus faſtidio afficiamus. Quare conſultiùs fiet ſi his omiſſis ad tertiæ & vltimæ tuæ propoſitionis probationem deueneris.

PARS

TERTIA PARS.

CAPVT I.

RELATORES APTIORES ESSE ADVOCATIS, VT AD maiores protrahantur Magiſtratus, iudicemque arbori comparatum tradit.

SVMMARIA.

1 *Iudex arbori adæquatur.*
2 *Reſpubl. viridario comparatur.*
3 *Plurima conſiderantur in arbore naturali quibus conſtat, & coaleſcit.*
4 *Nouem conſiderantur in arbore artificiali, hoc eſt, iudice.*

RELATOR.

TIBI vt morem geram, pro viribus fulcire conabor, quam vltimò admiſi ſententiam. Qua, ſi bene memini, Relatores aſſerui aptiores eſſe Aduocatis, vt ad maiores Magiſtratus, & honores promoueantur. Et quamuis ex ſuprà traditis ſatis appareat, non tamen ob id alia in eius probationem adducere omittam.

Et primò, quidquid in optimo perfectóque iudice adeſſe requiritur, id in Relatore copioſius, quàm in Aduocato inuenitur, ergo aſſertio eſt vera. Plurima concurrere debent in eo, qui iudicis meruerit officium, præquè maximè maiorem magiſtratum. Ea † 1
denique omnia quæ in fæcunda arbore quæ optimos ſapidoſque producat fructus, naturaliter inueniuntur, & in magiſtratu & quouis alio iudice requiruntur. Nulla quippe arbor ſapidiores poteſt aut dulciores producere fructus, vtcumque fructifera, & fœcunda. ADV. Ha ha ha, arbori iudicem adæquaſti? Quid delirius. REL. Si attentè quæ dixero perpenderis, haud tibi, ni fallor, delirium videbitur. Apud † Varro- 2
nem Rempublicam, ſeu ciuitatem legitur bene ordinatam hortulo, ſeu viridario comparari, in quo varia ſunt arborum, & plantarum genera, quæ ſuo ſituari loco expedit, vt fructus producere queant. Quarum quædam proceræ, ſeu altæ, quædam mediocres, quædam infimæ. Et harum alias plantari, aut ſeminari, alias traduci, ſeu transferri de altero in alterum locum, alias verò in alias inſeri congruo loco, & tempore oportet. Omiſſiſque pluribus, quæ de huiuſmodi viridario dicere liceret, de arboribus tantùm, quæ iudicibus comparantur, aliqua pertractabo. In † quibus plurima ab 3
optimo horticultore conſiderantur oculiſque corporeis inſpiciuntur. Primò, fundus ſiue area, & ſolum in quo figitur, & radicatur. Dehinc radices, quæ in ipſo fundo coaluntur, & nutriuntur. Tertiò, ſtipes ſiue truncus ſupra terram apparens. Quartò, ramuſculi ramique maiores ſe hinc inde ſpargentes. Quintò, flores. Sextò,

net, nobilitas, inquã, maiorum, quã non modò genere & natione, verùm propria etiã corum virtute quæſiere. Adv. Quam earum omnes eſſe alteri præponendam? an quæ genere tantùm, an quæ virtute acquiſita eſt? Rel. Altam mirum in modum, difficilemque, & ſupra humeros meos proponis quæſtionem. Non enim is ſum, qui poſſim ex Heracliti antro rem adeò obſcuram à noſtráque profeſſione alienam eruere. Verum ſi in dubijs ſententia libera cuique eſt, nihil prohibet quin ipſe dicam quid ſentiam. Certè † omnium maximè mihi placet ea ſententia, quæ nobilitati generis tribuit principa- 2
tum. Ea eſt humanæ naturæ præclariſſima gemma diuinitus miſſa, quæ quis non à caſu, non fortuito, non denique ab accidenti, ſed ab ipſa rerum natura dignior, & excellentior habetur. Cæteræ autem humanæ dignitates, honores, cæteraque bona, homines ſubſequuntur. At verò generoſa nobilitas, vnà cum homine concipitur: quippe quę ante ab ipſa luſtretur, quam à parentibus naſcatur. Quod B. Iob perpulchrè demonſtrat, cùm ſic ait, *Gloria eorum à partu, ac ab vtero & conceptu honor illius.* Et iuxta Apoſtolum. *Velut ſtella differt à ſtella, ſic glorioſa ingenuitas hominem diſcernit ab homine*: ne pari laude aut honoris præmio perfruantur, qui inæquali virtutum, & generis claritate illuſtrantur. Quo fit † vt nobiles genere cæteris præponantur: arg. text. *in c. de multa. de præben. ibi: Circa* 3
ſublimes tamen, & literatas perſonas. Ex quibus verbis eius capitis interpretes frequētiùs expēdunt, & per locum ab ordine deducunt, nobiles genere præponendos eſſe nobilibus animo, & virtute: quales ſunt vtplurimùm iuriſperiti: quorum doctrinâ mundus illuminatur, *Auth. habita. C. ne fil. pro patre.* Quid? cùm & in conſequendis magiſtratibus nobiles genere cæteris eſſe præferendos nuncupatim ſtatutum iure communi inueniatur: nempe *in Auth. de defenſ. ciuitat. §. 1. in princ. & in verſic. viri obſcuri. & verſ. interim, in verb. nobiliores. & in §. vlt. ibi. vnumquenque nobilium*, vbi gl. *in verb. nobiliores*, notat, *Nobiliores debere eligi.* Inibique Ang. eum tex. appendit aduerſus ſtatuta Tuſciæ quibus nobiles munere decurionum interdicuntur, quæ ſtrictiſſimè cenſet eſſe interpretanda, quia iuri cōmuni aduerſantur & rationi. Hoc ipſum atteſtatur Tiraq. *de nobil. c. 20. n. 1.* vbi & plurib. ſeqq. nō paucis in eam rem citat authoritates: ibidemq; *n. 2.* adducit text. optimum *in l. honor. § de honeribus, in verb. origo nat. dum. & in l. honores. § is qui. ff. de Decur.* Vbi plebeij † honorib. decu- 4
rionum fungi prohibētur. Ex quo Barr. adnotauit *in l. 1. C. de dignit. lib. 12. n. 46.* plebeium nō poſſe ad dignitatem deligi, & *in l. 1.* vbi & Ioan. de Plat. *C. de cond. in pub. horr. lib. 10. Authen. præſides. in princ. ibi, Nobiliores ciuitatum. C. de Epiſc. aud.* vbi Alber. expreſſim notat, nobiliores eligi debere in Præſides, & Magiſtratus. *& Authen. de Referen. §. vlt.* Cuius ratio eſt, quia plebeij ad Magiſtratus electi timēt facilè nobiles & potentes. Nobiles autē nō reſpiciunt perſonas, ſed rectum, & iuſtum iudicium: vt per gloſ. traditur, & Matth. de Afflictis, *in conſtit. Regn. Siciliæ, rubr. 38. lib. 3. conſtit. incipit, Conſtitutione præſenti.* Neque noſtratum ſum authoritate contentus, quare eandem libet ex ſacris Scripturis comprobare ſententiam, ſcribitur *Deuteron. cap. 1. Tuli de tribubus veſtris viros ſapientes, & nobiles, & conſtitui eos Principes, Tribunos, & Centuriones.* Et *Eccleſiaſt. 10. Beata terra cuius Rex nobilis eſt.* Traditur etiam, ne externorum authoritate deficiam, apud Cornelium Tacitum: Germanos, Reges ex nobilitate, Duces ex virtute ſumere. Quin etiam Ariſt. *lib. 2. Politic. c. 8.* cenſet, nobiles & ingenuos, honores ſibi rationabiliter arrogare. Rurſus idē Phi-

loſophus

loſophus. 7. *eiuſdem libri capite*, carpit legem Lacedæmoniorum, quæ Ephoros (maximus enim is erat apud eos Magiſtratus) ex Plebeijs creari iubebat, vnde multa in eam Rempublicam mala contigiſſe refert. Romani quoque Conſules olim, Quæſtores, alijque Magiſtratus ex nobilibus creabantur. Verùm plebs tandem obtinuit, vt ex corpore crearentur: vt copioſè deſcribit Liuius *lib. 6. ab vrbe condita.* Pomponius *in l. 2. §. deinde cum poſt. & §. ſequ. ff. de origin. iuris. §. ex Quæſtoribus. ff. de offic. Quæſtor.* Quod latè proſequitur Tiraquel. *vbi ſuprà.* Ioan. Lupi *in repet. rubr. de donation. inter virum & vxor. §. 9. nu.* 8. Qui ad id mouentur, præter eas quas diximus, & alijs multis non contemnendis rationibus, quas hîc deſcribere ſuperſedimus loca deſignaſſe contenti. Vt tamen interim nõ omittamus, quod per Roderic. Epiſcopum Zamorenſem traditur *in ſuo vitæ humanæ ſpeculo, libr. 1. cap. 7.* & à Caſſanæo refertur *in Catalogo gloriæ mundi, 8. part. 32. conſiderat.*

5 Nempè, † quòd nobilitati omnes penè famulantur virtutes.

6 Primò, Nobiles † humiles, & manſueti exiſtunt, cæteris què vt plurimùm demiſſiores ſeruata dignitatis ratione, imitantes illud *Eccleſiaſtici capit. 3.* Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Illud quoque Tullij *lib. 1. Officiorum*, monentis, vt quantò ſuperiores ſumus, tanto nos ſubmiſſius geramus. Illud item Annæi tragæd. 3. Quo fortuna altius euexit, ac eleuauit humanas opes, hoc ſupprimere magis fœlicem decet. Atque ideò elationem fugiunt: quia eorum progenitores potentia, & diuitijs rectè vſi fuêre, & moderatè, quo fit vt non facilè ſuperbia inflentur.

7 Quemadmodum † qui nuper & recẽter ditati ſunt, aut prætextati. Qui vt plurimùm elati ſunt, & ſuperbi, nimiſque arrogantes, contra quos plurima dixit Luc. de Penna *in l. militaribus. C. de decur. lib. 10.* Quod ni fallor, expertus fuerat Bart. cum dixerat *in l. vt reſponſum. C. de tranſact.* Forte, inquit, fuit quidam ruſticus ſuperbus propter ſcientiam, ſeu dignitatem effectus, quaſi ſentiret nobiles non ſuperbire ob ſcientiam, ſed ruſticos tantùm. Id quod expreſſe dixit Felin. *in c. ſuper eo. 2. num. 5. in fine, de teſtib.* Cùm dicit illud quod dicitur, ſcientiam inflare, non procedere in nobilibus: ad quod allegat Bald. *in l. mercalem. C. de condict. ob turp. cauſ.* vbi nihil dicit Bald. nec quiſpiam ex ijs, qui hactenus comperiuntur eam legem commentatos eſſe. Hi denique qui verè nobiles non ſunt, ſed quandam veluti imaginem nobilitatis gerunt, ij certè ſuperbi ſunt, arrogantes, rixoſi, putantes ijs impudentibus vitij nobilitatem maximè oſtendi, cùm nulla re magis ignobilitas oſtenditur. Et, quod in vetere prouerbio eſt, (Dignum patellâ coopercu-lum) ſimiles habent famulos, ſuperbos, ſcilicet, arrogantes, rixoſos, ſcelerum Dominorum miniſtros, & ſemper aliàs peſſimè moratos.

8 Secundo, Nobilitati † deſeruit magnanimitas, quæ res agit, ne contumelioſi exiſtant. Hi enim cùm ad magna ſuſpirent, parua iniuria nuſquam commouentur, parcunt, indulgent, ſufferunt tanto faciliùs imbecillibus, quanto reſiſtunt fortius ſuperbis. Quibus præcipuè virtutibus Principes vtuntur, vt quibus conuenit magnanimitas, vt Lucas de Penna aſtruit *in l. vnica. C. de theſaur. lib. 10. & in l. vl. in. C. vt ruſt. ad nullum obſequ.*

9 Tertio, Nobilitatem † concomitatur temperantia. Sunt enim nobiles, vt plurimùm in Reipublicæ cura & adminiſtratione occupati, qua de re aſſueti ſunt tẽperatè viuere,

quod

quod maximè in Principibus eſt neceſſarium: vt latè probat Luc. de Penna *in l. nempe. C. de fabricenſib. lib.* 11.

Quartò, † Nobiles alios non deſpiciunt. Nulla enim bona ipſi reputant præterquam 10
animæ. Quare virtuti deditos non ſpernantur, quidquid dixerit Luc. de Penna *in l. 2. C. vt ruſti. ad nullum obſeq.*

Quintò, † Nobilitatem ſequitur prudentia & induſtria. Subtiliter enim generoſi in- 11
ueſtigant, quid eos agere oporteat. Quoniam plurimi eorum opera intuentur, & quid agunt, quóve modo, & ordine domi viuunt, ſpeculantur. Quid habeant vicini omnes nouerunt, & tanquam exploratores eorum ſunt conſtituti, *l. 1. C. de* [illegible] *dit. in publi. horr. lib.* 10. quo fit, vt ſoliciti, intenti, prudentes, & cuncta prouidentes exiſtant.

Sextò, † Nobilitas affabilem, quem facit & Curialem, cùm in Regum Principum- 12
que domibus quotidie verſantur generoſi, probiſque moribus induantur *l. 2.* vbi Luc. de Pen. *C. vt ruſti. ad null. obſeq.* Sicut † è contrario videmus ruſticos, ſiue agreſtes eſſe mo- 13
ribus, vita, ſermone incultos, rudes, ineptos, ſtolidos, duros, inhumanos, truces, inſuaues, ſæuos, aſperos, immanes, feros, & penè barbaros, nullamque honeſtatis, ſed vtilitatis potius rationem habentes, & modis omnibus diſſidentes à moribus, quibus nobiles potiſſimum munitos inſignitóſque eſſe decet. Nec id mirum quidem, vtpote qui in campis & rure ſolitarij, rudes, ac ſilueſtres nutriantur, & aſſiduè victitent.

Septimò, † Cõmercia fugiunt & mercaturam, vt qui à legibus eam exercere prohi- 14
beantur: vt *in l. nobiliores. C. de commerc. & merc.* quam ibi notat Bald. imò à dignitate arcẽtur eam exercentes, *l. ne quis. C. de dign. lib. 12. l. ſi cohortalis, in fin. C. de cohorta. cod. lib. l. humilem. C. de inceſt. nupt. l. 1. C. de natural. lib.* Nobilitas enim & mercatura ſibi inuicem repugnant, & aduerſantur, nec ſeſe ſimul compatiuntur, per *l. Milites. C. loc. & l. 1. C. negotiatores ne mil lib.* 12. ex quo Lucas de Penna *in vlt. l. col. 3. C. de fund. limitrophis, lib.* 11. Nobiles, inquit, qui ſe mercimonijs implicant, cogendos eſſe tanquam plebeios & viles contribuere ſoluendis collectis. Id tamen limitat, niſi id nobiles facerent modicè, & pro ipſorum vitæ ſuſtentatione tantùm. Guido Papæ indiſcriminatim & abſque delectu illud tenuit *deciſ. 190. & rurſus.* 391. Ariſtot. *lib. Politicor. 3. cap.* Item tertiò ſcribit legem fuiſſe apud Thebanos, vt nemo idoneus eſſet ad honores Reipublicæ ſuſcipiendos, niſi per decem annos à mercatura deſtitiſſet, alias non paucas leges diuerſarum gentium affert in hanc rem Tiraquel. *de nobilitat. c. 33. nu. 5.* Et deinceps, † vbi an mercatura deroget no- 15
bilitati diſcutit latè, & demum concludit derogare, contra Calcan. *conſil.* 8. qui nobilem ex genere non perdere aſſeruit nobilitatem ob exercitium mercaturæ *argum. l. nobiliores. C. de commer. & merc.* Quæ tamen contrarium probat. Si autem mercatura per alios exerceatur nobilitati non derogat, vel ſi ex more regionis aliud ſit, vt ibi per eum ad fin. De quo aliquid per Ciceronem *officiorum primo.* Ex quibus facilè perſuadetur nobiles genere in conſequendis magiſtratibus cæteris eſſe anteponendos. In cuius confirmationem accedat lex Regni noſtri. 18. tit. 9. par. 2. Quæ in maioribus Magiſtratibus Curiæ Regis loquitur, cùm ſic ait: *Primeramente deuenſer de buen linage, para auer vergnença de no errar. &c.* Pudor etenim ſignum eſt nobilitatis, teſte Hieronymo ab Imperatore citato, *in l. 38. tit. 5. par. 1.*

CAPVT III.

NOBILIVM VITIA ENVMERAT, SEV generoſorum.

SVMMARIA.

1 *Nobilium vitia.*
2 *Nobiles ambitioſi.*
3 *Nobiles progenitorum deſpectores.*
4 *Nobiles ſuperbi & vitioſi vt plurimum.*
5 *Nobiles ingrati, & illiberales non pauci.*
6 *Nobiles libidinoſi, quod maxime procul ab eis eſſe oporteret.*
7 *Nobilitas generis nullius eſt momenti, niſi virtutibus honeſtetur.*

ADVOCATVS.

QVORSVM generis nobilitatem tot extollis encomijs? quorſum humanæ naturæ obſcœnam fabricam ac turpem materiam, ita ſummè laudas? Certè de terrenæ carnis nobilitate diſputare (ſi fidem adhibes Roderico Zamorenſi *in ſpeculo vitæ humanæ, lib. 1. c. 8.*) nil aliud eſt, quàm de ſtercoris, aut luti claritate certare. Vnde ad Machabęos ſcribitur, *Gloria eorum ſtercus & vermis.* Nam quis † ignorat, nobiles vitia quædam peculiaria,
1 ſibi ipſis quodammodo naturaliter inſita habere, & fortè dixerim indelebilia, vt vix vllũ reperias, qui his non ſit deditiſſimus. Primum † honoris ſunt immodicè appetentiores,
2 &, vt vno verbo exprimam, ambitioſiores. Nobilitatis igitur mores ſunt, vt ambitioſior ſit qui nobilior eſt. Nam omnes, cùm quid adſit, ad id ſolẽt coaceruare, author eſt Ariſt. *Rhetoricorum ad Theodectem lib. 2. cap. 11.* Quare cùm ditari incipiunt, indies cupiunt fieri ditiores: & qui honorantur cupiunt fieri honorabiliores. Nobiles itaq; cùm maiorum claritate, & antiquitate ſe cernant honoratos (nam ea quæ iam diu geſta ſunt honorabiliora ſunt, ad iactationemque aptiora) idcirco peroptant accumulare ad ea quæ habent: quo fit, vt conentur fieri honorabiliores, Imperiáque & Magiſtratus exoptent & ambiant, veluti ad ea proximiores.

Secundò. Vituperabile † vitium, monſtro quoque ſimile nobilium mores ſequitur,
3 & concomitatur. Sunt enim, teſte Philoſopho, *quo loco nuper citauimus*, adeò elati, vt etiã progenitores ſuos ſæpe deſpiciant: quoniam ſe putant patribus eſſe nobiliores, credentes: vt idem Philoſ. ſubdit: Maiori honore eos eſſe conſtitutos, eo quòd antiquiori conſtent nobili progenie. Nam ea quæ iam diu geſta ſunt (vt paulò antea dixeram (honorabiliora ſunt ad iactationémque aptiora. Teſtis eſt huius deteſtandi facinoris Alexander Magnus, qui, ſi Policrato credimus, patris ſui geſta laudabilia inuidè lacrymas pię dolore extorquens minuebat, ea deſpiciens: ac ſi paterna virtus omnium à ſe geſtorum gloriã arriperet. Eos verò qui talia referebant proprijs plerumque manibus interficiebat, aut rapi ad pœnas iubebat.

Tertiò Bald. † *in l. per adoptionem, in 1. lectione ff. de adopt.* Nobiles, inquit, ſunt magna ex
4 parte ſuperbi, inimici popularium, guloſi, luxurioſi magis quidẽ quã populares ipſi. Nõ dico tñ, ait, de illis quos virtus nobilitat, illi enim verè ſunt nobiles, quãuis careãt diuitijs.

Sed

Sed de illis loquor qui, etſi abundant diuitijs, nihil tamen ſciunt, niſi comedere, bibere, ſuperbire. Quodque peius eſt, nullus eis adeſt in delinquendo pudor, falſo credentibus licentiam peccandi cum carnis ingenuitate impetraſſe: minimeque attendentibus illud Ambroſij dicentis, *Verecundia exercendi turpia ingenuos & claros prodit natales, inuerecundia verò obſcuros reddit, nec aliena virtus à proprijs facinoribus excuſat*, oblitis penitus comminationis Domini, eos cum iactura nobilitatis comminantis, 1. *Reg. c.* 2. dicentis: *Qui me contemnunt, non erunt nobiles.* Ex quo Apuleius tales vocat ſordida loca Sole illuminata, aut vmbra deformes, vtpote qui nobilitatem ipſam, quæ virtutis inſtrumentum conſtituta eſt, vt ſcutum, vel caſtrum faciunt, quo cum licentiùs ſe flagitijs dedant atque defendant.

Quartò, Nobiles † ingrati vt plurimùm ſunt & infideles, illiberales etiam. Quippe qui, licèt beatius ſit dare quàm accipere, in eo ſe ingenuos, & claros forè putant, ſi ab alijs extorquent, & rapiunt. Paucis denique verbis Hieronym. id explicat, inquiens: *Plerumq; nobilitas carnis, ignobilitatem parit mentis.* 5

Quinto, Libido † in nobilibus debachatur, *c. ex parte, extrà de ſepultur.* Quam ſanè libidinem præ alijs ſummopere fugere deberent, vtpote quæ ſit in eis magis deteſtanda, quam in plebeijs. Quod certè conſtat ex *l. fœdiſſima. C. de poſtlim. reuerſ. ibi: Ob retinendæ pudicitiæ cultum, ac ſeruandam natalium honeſtatem ad te confugiſſe proponas*, &c. & ex *l. in concubinatu. ff. de concub. l. ſi qua illuſtris. C. ad Orſic.* facit etiam *l. ex facto. §. ſi quis rogatus. & l. iuncta gloſſ. in verb. ex voluntate, in princ. ff. ad Trebel. & quod ex ea ibi notant Angel. Imol. & Paul. Caſtrenſ. Alex. & cæteri.* Quorum reprobos abuſus, & aſſiduas vanitates elegantiſſimè depinxit Iac. Septimacenſis eminentiſſimus Pinciani fori Senator, *in ſuo Catholicarum inſtitutionum libro, c. 9. vbi de bonis tractat hæreticorum, num. 126. & pluribus ſeqq.* & aliquid Hieronym. Oſorius *de nobilitate ciuili, lib. 2. cap. 6.* Hos ego dixerim cæteris præferendos? abſit. R E L. Fateor † nobilitatem generis nullius eſſe momenti, niſi virtutibus honeſtetur. Vnde Bald. *in l. nobiliores. C. de commerc. & mercat.* triplicem nobilium conditionem eſſe aſſeruit. Primò, ſtirpe, & ita vulgus accipit. Secundò, virtute, & ita Philoſophus probat. Tertiò, & genere, & virtute. Et hæc eſt vera nobilitas, ſcilicet, generoſitas cum animi magnitudine decorata. Nam quò magis omnium oculis expoſiti ſunt nobiliores, eo optimis eos decet diſciplinis eſſe imbutos: ne aliter veteri adagio purpuratæ ſimiæ vulgò appellentur. Atqui, in hoc ipſi alijs deteriori ſunt conditione, quod plebeio imperitia non æquè oneri eſt, ſicut illuſtri & generoſo homini: qui cum ſe nobilem profiteatur, ſi indoctus ſit, etiam plebeijs & vulgaribus viris ridiculo habetur. Non eſt homo effigies illa quam vides, ſed quod intus latet. De iſtis non erat ſermo meus, ſed de verè nobilibus, & generoſis ſapientia, & virtute animi decoratis, qui, vt paulo antè dixeram, cæteris ſunt demiſſiores & humiliores. 6 7

CAPVT IV.

NOBILITAS PROPRIA VIRTVTE ACQVISITA, AN præferatur nobilitati generis, tractat.

SVMMARIA.

1 *Nobilitas propria virtute quæſita an præferatur nobilitati ſanguinis.*
2 *Nobilitas vera an ſit quæ propria innititur virtute?*
3 *Nobilitas ſcientiæ, & animam concernens terreſtri præfertur.*
4 *Virtus propria in iudice eligendo præponderat generis.*
5 *Nobilem facit animus bene moratus, non maiorum opinio.*
6 *Nobilitas ex iniquitate procedit.*
7 *Virtutem maiorum pauci ſequuntur.*
8 *Virtute præditos eſſe honore, & dignitate præmiandos.*
9 *Nobiles vere qui.*
10 *Digniores ad dignitates vocare oportet nullo diſcrimine generis habito.*
11 *Nobiles genere præferuntur alijs data paritate virtutum.*
12 *Pro nobili progenie præſumitur.*

ADVOCATVS.

NObilitas igitur non ex genere & ſtirpe perpendenda eſt, neque genus aliquid agit
1 ad cauſandam nobilitatem, ſed propria cuiuſque virtus. Aptior † itaque meliorque proculdubio erit area, ad arborem tuam plantandam, nobilitas propria virtute acquiſita, quam quæ aliorum progenitorum quæritur meritis. Nonne ager iſte aptus erit abſque eo quòd cum ſuperiori concurrat, ad arborem, vel figendam, vel inferendam? Reſpondeat, ſi mihi fidem non adhibes, Hieronym. per Gratianum *in c. Moyſes.* 8. *q.*1. Principatus, inquit, in populo non ſanguini deferendus eſt, ſed vitæ. Idem Hieron.
2 ad Celantiam, Nobilitas † quæ proprijs quæritur virtutibus vera eſt nobilitas. Summaque apud Deum nobilitas eſt, clarum eſſe virtutibus, vt & Bald. atteſtatur *in d.l.*2. *C. de commer. & mercat.* Quod fuſiùs probat Chaſſanæus *in Catalogo gloriæ mund.* 8. *part.* 13. *conſider.* Quamuis Alciat. *in regul.*1. *præſumpt. c.*48. *num.*5. dixerit, virtute præditum minimè eſſe nobiliorem nobili genere, ſed magis laudandum: quandoquidem nobilitas propriè eſt ſeparata à virtutibus, in teſtimonium adducens Bart. *in l.*1. *C. de dignit. lib.* 12. qui, iudicio meo, contrarium ſentit, *ibi, num.* 57. *cum pluribus ſequent.* vbi tres tradit ſpecies nobilitatis, Theologicæ, videlicet, naturalis, & politicæ. Quidquid tamen ſit, exploratum eſt, nobiles ſapientia, virtutibus ac bonis moribus præhonorandos, & in omnibus præferendos eſſe, ijs qui ex genere, diuitijs, loco, priuilegio, aut dignitate decorantur: vt latè probat Luc. de Penna *in l. mulieres.* 4. *col. in princ. C. de dignit. libr.* 12.
3 Quod † ratione probauerat antea, 2. *col.* nempe, quòd hæ tres nobilitatis ſpecies, ſapientiæ videlicet, ſcientiæ & virtutis concernunt animam, ſunt cœleſtes pariter atque ſpirituales, & diuinæ: nil mirum ergo, ſi terreſtribus & humanis præferantur, vtpote eis digniores. Sicut enim anima corpori, & Sol Lunæ præfertur, *vt in l. ſancimus. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in cap. ſolita, de maiorit. & obedien.* Ita nobilitas ſpiritualis, & animam concernens

Digitized by Google

cernens terreſtri præponenda eſt. Quanto enim aurum eſt precioſus plumbo, *c. duo ſunt. 96. diſtinct.* tanto hæ nobilitatis ſpecies cæteris ſunt celſiores. Virtus quippe & malitia determinat nobiles & ignobiles, vt ſcribitur 5. *Polit.* Vbi autem non maximè honoratur virtus, ibi non eſt poſſibile firmum optimorum eſſe in Republica ſtatum: vt Ariſtotel. docet, *lib. 2. Politic. cap. 9.* Ex † quo virtutem propriam exigi in iudicibus, nec ſufficere maiorum nobilitatem conſtat. Cui ſuffragatur text. *in c. nos qui. 40. diſt.* *Non maiorum,* inquit, *claritate, aut vrbium nobilitate innoteſcere debemus, ſed propria virtute.* Is itaque qui proprijs laborauit viribus, expoſuitque ſe periculis, præfertur ijs, qui alienis progenitorum meritis iuuantur, non proprijs. Vnde Ouidius 13. *Metamorph.* 4

----- Propoſita arma peto.
Meritis expandite cauſam.
Dummodò, quod fratres Telamon Peleusq́; fuerunt,
Aiacis meritum non ſit, nec ſanguinis ordo.
Sed virtutis honor ſpolijs quæratur in ipſis. Et parùm ſupra:
Nam genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco, &c.

Quibus † concinit mirè quod Tullius dixerat contra Saluſtium. *Nec mecum his conferri decet Patres Conſcripti, qui iam deceſſerunt, omniq́; odio carent, & inuidia: ſed cum eis qui mecum vnà in Republica verſati ſunt.* Et rurſus eodem loco: *Sanctius,* inquit, *eſt me meis fulgere moribus: quàm maiorum opinione niti, vt ſim poſteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplum.* Et contra eundem repetit: *quod deficit, in me incipit. Ego enim meis maioribus virtute mea praluxi, vt ſi priùs noti non fuerant, à me ſumant initium memoriæ ſuæ.* Id quod antea dixerat Socrates, cui cùm nobilis quidam ſed improbus ignobilitatem obijceret reſpondiſſe fertur, mihi quidem genus dedecori eſt, tu autem generi. Is ergo (authore Seneca *ad Luc. epiſt.* 44.) generoſus eſt, qui ad virtutem bene eſt à natura compoſitus, hoc enim vnum eſt intuendum, alioqui ſi ad vetera te reuoces nemo non inde eſt antequam nihil eſt. A primo mundi ortu, vſque in hoc tempus perduxit nos ex ſplendidis ſordidiſque alternata ſeries. Non facit itaq; nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus. Nemo in noſtram gloriam vixit, neq; quod ante nos fuit noſtrum eſt. Animus igitur facit nobilē, cui ex quacunq; conditione ſupra formam licet inſurgere. Atque, vt Plutarch. ait *in lib. de educandis liberis. Pulchra eſt nobilitas, ſed maiorum noſtrorum id bonum eſt.* Diuus † etiam Hieronym. ad Helbidiam probat nobilitatem ex iniquitate procedere, hoc argumēto: *Nobilitas, inquit, mundi nil aliud eſt, quàm diuitiæ inueteratæ. Omnes autem diuitiæ de iniquitate deſcendunt.* Vnde & illa vulgata ſententia mihi videtur eſſe veriſſima. *Omnis diues, aut iniquus, aut hæres iniqui.* Nobilitas igitur ex iniquitate venit. Ex quo nimirum Demoſthenes, ille oratorum primas, dicebat, optimum frumentum non ex pulchritudine agri æſtimandum, ſed ex eo quòd cibum optimum præbeat: nec virum bonum, aut amicum beneuolum, qui ex nobili genere ſit propagatus, ſed qui ſit optimis moribus præditus. Pauci † enim ſunt, qui virtutem maiorum ſequantur. Eſt quippe nobilitas quædā rota, vt mirè deſcribit Hoſt. *in c. tua nos, de conſanguinit. & affinit.* Itaq; nihil conſtans, aut fidum eſt homini. Hoc tamen conſtat eſſe perpetuum, nobilitatem dedecori eſſe ſceleratis, li- 5 6 7

G 3 beroſ-

Digitized by Google

beroſque inſipientes maiorum nobilitatem inquinare, filiorum autem virtutem igno-
bilitatem patris detegere. Ex quo ægrè ferebat Epicharmus (vt eſt apud Stobæum *ſer-
mone* 88.) cum aliquis obſcurus de nobilitate loquebatur, ipſe verò moribus ignobilis
erat. Quid enim eſt rei cæco cum ſpeculo? Virtus itaque nobilem facit hominem, non
maiorum claritas: quod pluribus confirmat Chaſſanæus *in Catalogo gloriæ mundi. 8. part.
conſid.* Tiraq. *de nobilitate, c. 4. n. 16.* Dantes Poëta in Cantilena vulgari incipiente:

Le dolce rime de amore.

Et in comœdia Paradiſi, *cap. 16. incip.*

O pocha noſtra nobilita diſangue.

Cæpolla *de Imperatore militum deligendo, §. nobilitatis etiam cauſa per totum.* Denique (ſi
Laertio credimus nobilitatem in quatuor ſpecies diuidenti, quarum poſtremam præ-
ſtantiſſimam eſſe dicebat, cùm quis per ſe animi ingenuitate & magnitudine excellit)
eum nobilem appellabimus, cui non aliena ſed ſua virtus opitulatur. Virtus enim no-
bis ſemper parienda eſt, non aliunde ſumenda. Nam opinionis lenitatem ſemper gra-
8 ues homines pro nihilo habendam eſſe putarunt. Quare † neq; tua ſententia, nec alio-
rum qui ſimili ratione Regum, & Principum benignitatem intercludi cupitis, reſtrin-
giq; ad eos, qui nobilitate generis ſunt propagati, mihi probari vnquam potuit. Nam
cum omnes qui paulo clariore animo ſunt, ad virtutem honoris, & gloriæ cupiditate
incendãtur, ſi honoris ſpem debilitare velis, virtutis omnino ſtudia extingues, quæ erat
incitanda, & inflammanda. Qua quidem re ciuili diſciplinæ, nihil magis aduerſariũ eſt.
Quid enim eſſet indignius, quam nullũ præmium propter magna merita claris in Re-
publica viris eſſe conſtitutũ? aut q̃ præmium excogitabis, quo virtuti ſatisfieri aliqua
ex parte poſſit, præter hoc dignitatis & gloriæ? Quid deinde magis Regium eſt, magiſ-
que magnificum, quàm virtuti debitum dare teſtimonium, & titulis honeſtare digni-
tatem, vt hoc modo tum iuſtitia conſeruetur: tum etiam complures in ſtudium virtutis
acriùs incitentur? Conſulat qui in hoc hæſitauerit moralẽ textum Regni noſtri, *in l. 13.*
9 *tit. 2. li. 7. ordinat.* Rel. Fateor verum eſſe q́ aſſeris, ſi modo id rectè intelligas: nam † no-
biles licet appellentur, qui virtute propria illuſtrantur propriùs tamen nobiles dici poſ-
ſunt qui antiquo genere, propriaq; virtute honeſtantur. vt *in l. 2. ad fin. tit. 21. de militibus,
par. 2.* cuius verba ſunt: *E como quier que eſtos que lo ganã por ſu ſabiduria y bondad, ſon por dere-
cho llamados nobles y gentiles, mayormente lo ſon aquellos, que lo han por linage antiguamente, y ha-
zen buena vida, porque les viene de luenne como heredad.* Nec † me latet quidem principem
10 huiuſq; pomarij inſitorem non ita aſtringendum, vt omnino teneatur nobiles genere
ad dignitates euocare: poteſt quippe, imò æquitatis iure tenetur, digniores, nullo gene-
ris diſcrimine habito, debitis ornamẽtis afficere, & dignitatibus honeſtare. Quod Pla-
to *lib. 3. de Republica, col. penult.* per Socratis perſonam de Principis officio diſputans nobis
aperuit. Omnes, ait, qui in eadem ciuitate viuitis fratres eſtis. Sed Deus cum vos infor-
maret, ijs quidẽ qui nati & apti ſunt ad imperandũ aurũ immiſcuit, ijs autem qui prin-
cipibus in communi ſalute defendẽda operam nauant, argentum: agricolis autem, atq;
cæteris opificibus, æs & ferrũ. Ita fit, vt cùm ab eodẽ principio ortũ habeatis, vobis ſimi-
les plerunq; generetis. Euenit tñ, vt ex aureo parẽte interdũ argentea ſoboles naſcatur,
ex ar-

Digitized by Google

ex argento aurea,& ſimiliter omnia ab alijs viciſſim oriantur. Iubet igitur Deus,vt Prin-
cipes ipſi primùm atque præcipuè adeò magnam curam ſuſcipiant inueſtigandi, & in-
ſpiciendi quid in animis liberorum ſuorum immiſtum ſit, vt nihil omnino diligentiùs
animaduertant. Quód ſi æreum aliquid, aut ferreum inſitum in filiorum ſenſibus con-
ſpexerint, non impediantur miſericordia; quominus illis munus eorum naturæ conue-
niens aſſignent,& ad opifices,aut agricolas dimittant. Sin ex illis aliquid rurſus aureum,
aut argenteum extiterit,honoribus afficiant,& alios quidem ad vrbis cuſtodiam,& im-
perium,alios autem ad vrbis auxilium,& militiam euocēt: quaſi oraculo prædictum ſit,
ciuitatem tunc omnibus bonis euertendam, cùm ea ferri, aut æris cuſtodiæ commiſſa
fuerit. Ait poſtremò omnes ciuitatis opes funditus interituras,cum ęs & ferrum, hoc eſt,
ingenium humile omnique virtutis præſidio nudatum Reipublicæ gubernacula tra-
ctanda ſuſceperit. Ob id igitur non ſolùm homines induſtria,& ingenio excellentes,ex
agris ad vrbis cuſtodiam euocandos, & nobilitatis ornamentis afficiendos, ſed etiam
ampliſſimo genere natos,ſi degeneres extiterint,in infimam turbam conijciendos eſſe
ſtatuit. Quocirca † quod primò dixeram nobiles genere in adipiſcendis Magiſtratibus 11
alijsq; rebus cæteris eſſe præferendos,intelligendum ſane eſt cæteris per omnia paribus.
Quód ſi virtus in vno effulſerit, in alio nobilitas, quis dixerit præferendam virtuti nobi-
litatem ? certè nullus. Imò omnes conſtantiſſimè affirmant illam huic eſſe anteponen-
dam. Ita id è noſtris cenſuerunt Hoſtienſ.& Henricus *in c.pen.de praben.* & ante eos gloſſ.
in c.conſtitutus.2.in verbo,impotentiam. vbi idem Hoſtienſ. Philippus, & Ioan. Andr. *extrà de
appellat.& cæteri* Tiraquell. *de nobilitate,c.20.n.9.&* 17. idem *c.4.n.16.* Bald. *in l.nemini.in fin.
C.de aduoc.diuerſ.iudicior.* Fel. *in c.ſuper eo.2.de teſtib.n.5.* & ita intelligerem ipſe text. Regni
noſtri *in l.16.tit. 9.part.2.* Qui loquitur in iudicibus maioribus Curiæ Regis: vt procedat
data paritate virtutum inter nobilem genere,& plebeium. Sin autem generoſus caruc-
rit virtute,& ſcientia, alijſque in iudice requiſitis, nequaquam dicerem virtuti eſſe nobi-
litatem præponendam, ſecundùm Hoſt. *in præcitato c.2.de præb.* cui alludere videtur text.
in l.3.tit.4.p.3. cuius verba ſunt. *Acucioſamente deuē ſer catados, que ſean quales diximos en la ſe-
gūda partida deſte libro. Pero ſi tales en todo no les pudieren hallar, que ayā en ſi a lo menos eſtas coſas,
que ſeā leales, &c.* Peccat etenim qui præfert indignum digno, cuius ſententiæ author eſt
B. Thom. *2.2.q.63.art.1.* quem refert Bart. *in l.1.n 68.C.de dignit.lib.12.* Quanquam ex non-
nullorum ſententia, mediocris doctrina in nobilibus ęquipollet paulo maiori doctrinę
in ignobilibus,& plebeijs, vt videre licet apud Barba. *conſ.35.Sapienter.col.1.libr.2.* Tiraq.
de nobilitate,c.5.n.9. Hoc † etiam generis nobilitas facit, vt in dubio pro eo præſumatur 12
qui ex nobili progenie deſcendit, vt ex gloſſ. colligitur *in c.illud.40.diſt.* quam ſequitur
Ioann. Andr. *in c.conſtitutus.2.col.pen.de appell.* Rom. *ſingul.726.* Alciat. *de præſumpt.reg.1.præſ.
48.in princ.* Gerard. à Petra *ſingul.30.* text. optimus *in l.2.tit.21.p.2.* Plurimum con-
ducit bona educatio: nam vt Ariſtoteles ait *3.Rhetoricorum ad Theo-
dectem,c.16.* veriſimile certè eſt probum ex probis,& bene
educatum in bonum virum euaſiſſe.

CAPVT

CAPVT V.

FILII CVM IN MAGISTRATVS CREANTVR, PATRIS virtutem eſſe conſiderandam, & dignitatem, ſi eandem fortè habuerunt, innuit.

SVMMARIA.

1 *Filij cum in magiſtratus creantur, patris virtus conſideranda eſt.*

2 *Virtus patris filijs quodammodo ineſt.*

3 *Filius eſt pars corporis patris.*

4 *Malus præſumitur, qui ex mala progenie eſt natus.*

5 *Magiſtratus an ijs conferri expediat, quorum parentes eadem fuerunt dignitate luſtrati.*

6 *Sapiens ſapientem generat, & econtra.*

7 *Filij magiſtratuum non ſemper præficiendi ſunt.*

8 *Filiorum gloria ex honore patris.*

9 *Dignitas à Patre, an à matre proueniat remiſſiue.*

SEcundò huius pomarij cultor inquirere debet, priuſquam arborem planter, aut inſerat, vnde ramum ſeu ſurculum, quem plantare aut inſerere velit, euellerit ſeu putauerit, ex bonáne aut fœcunda, maláve aut minus fructifera arbore. Hoc eſt: Princeps †
1 ſeu eorum vicem gerentes, quibus magiſtratuum electio iure competit, poſtquam terram ſeu arenam commodam inuenerint ad plantandum ſeu figendam arborem (hoc eſt, eum quem ad magiſtratum eligere proponunt nobilem eſſe genere, ſi poſſibile eſt, aut virtutibus tantùm, ſi ex plebeijs fuerit) conſiderent, diligentérque conquirant quales eorum fuerint parentes. Talis enim præſumitur filius qualis fuit pater eius, *l. quod ſi nolit. §. qui mancipia. ff. de adil. edicto, & ibi gloſſa*: alia etiam *in verbo, metuuntur, in c. ſi quis. 6. q. 1. & in cap. vlt. in gloſſ. vltima decreti*: vbi ſignanter dixit text. non poteſt filius facere quidquam, niſi quod viderit patrem facientem, nil mirum ergo ſi ad promouendum filium ad dignitatem parentum vita perpendatur & conſideretur, vt *in c. Venerabilem, ibi: Et perſecutio diuulgata, de elect.* filius quippe bonus præſumitur propter patrem, *auth. de referend.*
2 *in fin. vbi gloſſ. in verb. ex patribus.* Virtuſque † patris filijs quodammodo ineſt. Neque id
3 mirum quidem. Vtpote † cùm filius pars ſit corporis patris, vt Philoſophus docet *Ethic. 5. c. 6.* & ſanguinis eius, *l. non enim. ff. de inoffic. teſtam.* vna etiam caro, *c. nullum. in fin. & c. pen. 35. q. 3.* Vna denique perſona, *l. vlt. C. de impubl. & alijs. l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſi. libr. 11.* vbi Luc. de Pen. plura id genus adducit, & vltra eum, filius eiuſdem præſumitur voluntatis & affectus cum patre *l. ſi operarum iudicio. ff. de oper. libert.* Quod fuſiùs diſſerit Tiraq. *de leg. connub. l. 7. num.* 8. tranſumptiue Chaſſan. *in ſuo Catal. 11. part. conſid. 25.* Vbi tacito authore dicta refert Tiraq. ſibi ipſi attribuens impudenter, & latiſſimè idem Tiraq. *in re-*
4 *pet. l. ſi vnquam. in princ. n. 15. & ſeqq. C. de reuoc. donat.* Sicuti † è contrario natus ex mala progenie præſumptionem aliquam præ ſe fert quod ſit malus, vt Bald. & Angel. arbitrantur *in l. ſi quos. C. de cap. in fin. c. venerabilem. ad fin. de elect.* text. etiam Regni noſtri *in l. 2. tit. 2. p. 7.* mali enim, teſte Euripide, ſolent generare malos. Atque, vt vetus eſt ſententia, ex

mali

malo patre filius probus vix naſci poteſt, ſed patris naturę ſimilis. E contra autem ex bo-
nis viris liberos gigni bonos quàm veriſſimum eſt. Non enim poteſt arbor mala bo-
num fructum facere, nec è conuerſo. *Matth. 7 atque Lucæ. 6.* Cuius ſententiæ principium
retulit Accurſius *in d. §. qui mancipia.* Porrò qualis eſt ager, talia & ſemina: quales flores,
tales & tincturæ: qualis operator, talis & creatio: qualis agricola, talis cultura. *Eſdr. 4. cap.*
9. Ex quo videmus vt plurimum, non tantum ſanguinis labem, ſed & morum quòque
ad poſteros deriuari, ex ſententia Ioann. Fabr. *in rub. Inſt. de nupt.* & Tiraq. *de legib. connub.*
l. 7. n. 2. gloſſ. 1. p. 7. vbi n. 3. optimum ad hoc adducit text. *in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. ibi:*
Filijs verò eius quibus vitam imperatoria ſpecialiter lenitate concedimus (paterno enim deberent pe-
rire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt hæreditarij criminis exempla metuuntur) &c. Lex item Re-
gni noſtri, *2. tit. 2. part. 7.* facit gloſſ. *in cap. venerabilem, in verb. primogenitores, vbi Panorm. 4. col.*
de elect. & in cap. 1. 56. diſt. ibique gloſſæ prædictæ atteſtantur hanc fuiſſe cauſam vnam,
quare Preſbyterorum filij non promouentur. Ideóque ſpurij ſacris non initiantur, gloſſ.
in cap. 2. in verb. defectu, de filiis presbyter. lib. 6. Quibus plura addit Tiraq. quo in loco nuper
citauimus, *n. 3. & 4. cum pluribus ſequent.* Porrò † magiſtratuum elector id potiſſimum at- 5
tendere debet, nempe, ſi eadem dignitate, qua aliquem decorare intendit, luſtratos pa-
rentes, aut maiores habuerit. Cuius rationem eleganter, more ſolito, aſſignat Tiraquel.
de nobilit. c. 20. num. 8. his verbis: *Et ſane optimo iure in adipiſcendis patriæ honoribus, qui anti-*
quiore, nobilio rique ſunt genere, cæteris ſunt anteponendi. Nempe qui parentes, auos, maioréſque ſuos
publicis honoribus honeſtatos habuerunt, ij quaſi hæreditario quodam iure (vt elegantiſſime diſſeruit
Patricius) Reipublicæ curam accipiant, in eamque amplificandam neruos omnes intendant. Hæc
ille. Alia † inſuper poteſt reddi ratio: Nam qui habuit parentes ſuos alicuius artis pe- 6
ritos, ſi is in ea ſe exercuerit, cenſebitur nimirùm eiuſdem artis peritus, vt *in l. 2. verſ. ſed*
Anatolium. C. de veteri iure enucl an. Philoſophus enim (vt dicitur) Philoſophum gene-
rat, vt inquit Cynus *in l. prouidendum. C. de poſtulan.* quod facile conducit Doctorum filijs,
vt *in l. iubemus. §. filios, vbi gloſſ. C. de aduoc. diuerſ. iudic.* Alc. *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 48. n. 1.*
proinde, atque ex contrario, ſtultitia (inquit Stobæus *ſerm. 88.*) hæreditarius morbus
à patre eſt. Tertiò, id conſtat, nam vt ager bene admodum committitur indigenis ſuis,
qui cœli ſoliſque rationem per naturam optimè callent: ita ex Senatoribus orti munera
publica adimplere quaſi patria auitaque diſciplina didicerunt. Quorum imperium
longè faciliùs populus omnis tolerat. Neque indignum ſibi videtur filium magiſtra-
tum gerere, cum meminerint maiores eius eodem munere functos extitiſſe, vt Tiraq.
dixerat *d. c. 20. n. 8.* Verùm † ex hoc non ita latè liceat huius noſtri pomarij inſitori laxa- 7
re habenas, vt ſucceſſionis iure putet ſibi licere eis magiſtratus deferre, quorum paren-
tes aui, & proaui, alijue conſanguinei eadem vel maiori potiti fuerint dignitate: nam &
alios, ſi qui fuerint, digniores præferre tenetur. Quinimo, & ſi dignum cum inuenerit,
æquum non erit ſemper talem eligere, ne honores & dignitates iure quodammodo hę-
reditario deferantur. Nam & in Regibus olim id non licebat, quandoquidem non ad
principantium progeniam Regna deferebantur, ſed ad eos, qui plurimum de hominū
vita meriti viderentur, ſiue ob communem vtilitatem creante ſibi Reges populo, ſiue
ita in libris ſacris contineretur, authore Diodor. *lib. 2. de antiquiorum geſtis.* Exemplū nobis

tradidit Adrianus Imperator inſignis. Qui, cum inuitus ad imperium veniſſet, & optime imperaſſet, ob idque Senatus eum obſecraſſet vt filium Cæſarem appellaſſet, ſufficere, inquit, debet, vt ego inuitus regnauerim, quamuis immeritus. Cenſebat enim principatum non ſanguini deferri debere ſed meritis. De Fabio item Maximo Romano legitur apud Valerium, *lib. 4. tit. de moderat. animi*, cum à ſe quinquies, & à patre, auo, proauo maioribuſque ſuis ſæpenumero Conſulatum geſtum animaduerteret in comitijs, quibus filius ſuus ſummo conſenſu Conſul creabatur, quam potuit, conſtanter cum populo egit aliquando vacationem huius honoris Fabiæ genti, de qua ipſe erat, daret, non quod virtutibus filij diffideret, erat enim illuſtris, ſed ne maximum imperium in vna familia continuaretur. Referuntur hæc & alia plurima exempla per Guil. Bened. *in rep. c. Raynutius, in verbo, condidit. 1. n. 34. propè fin. & pluribus ſequentibus, extrà de teſtam.* Modum igitur, perinde atq; in rebus omnibus, optimus horticultor, hac etiam in re ſeruabit, nempe, vt filios magiſtratuum non ſemper honoribus præficiat, non etiam nobiles ſemper genere, ſed ita demum ſi cæteros virtute & ſcientia ſuperauerint, vel ſaltim æquauerint.
8 Sin autem hoc non conſtiterit ſemper parentum vitam exquirat. Gloria † enim hominis ex honore patris ſui, & contumelia filij pater eſt ſine honore, vt ſcribitur *Sapientiæ* 3. Rurſus *Prouerbiorum* 18. Gloria filiorum parentes eorum. Et *Oſeæ* 9. Gloria eorum à partu & ab vtero, & conceptu honor illius. Facit etiam text. *in* §. 1. *Inſtit. de ingenuis. c. ſi quando, in verbo, genus* 24. *diſtinct.* gloſſ. ordin. *in l. cùm vnus. in princ. in verbo, dominum, ff. de aliment. & cib. leg.* Cæterum † an à matre, an autem à patre quis nobilitatem, & dignitatem conſequatur, quia rem non tangit de qua agimus, eſt videndus Chaſſanæus in Catalogo gloriæ mundi. 8. *p.* 8. *quoque conſideratione*, & Philippus Decius *in l. fœmina. ff. de regul. iur.* Guil. Bened. *in repet. c. Raynutius. in princ. in verbo. Raynutius, n. 15. de teſtam.* ADV. De ſolo, ſi placet, ſeu area hactenus. Radiceſque tuæ arboris expone, ne arbitro moleſti ſimus.

9

CAPVT VI.

RADICES ARBORIS EXPONIT, TIMOREMQVE DEI eſſe in iudice primam radicem oſtendit.

SVMMARIA.

1 *Iudicis prima radix timor Domini.*
2 *Iudex iniquus iuſtitiam violabit vt plurimum.*
3 *Iudex prius purgari debet, quam aliorum culpas corrigat.*
4 *Regere ſeu imperare non poteſt, qui ſuis nequit cupiditatibus imperare.*
5 *Iudices iniqui per Dei arbitrium non dantur, ſed iuxta merita noſtra.*
6 *Iudicibus ſceleratis parendum eſt.*
7 *Magiſtratus concedendi ſunt ijs, qui merito vita clareſcunt.*
8 *Iudex duplicem oportet habere ſalem, ſcientiæ & conſcientiæ.*
9 *Conſcientia quid?*
10 *Iudex vir bonus appellatur.*
11 *Iudex iniuſtus an recuſari poſſit?*
12 *Gubernatio populi eis tradenda, quos Deus elegerit.*
13 *Romanus mos circa iudicum electionem.*
14 *Magiſtratus concedi oportet his, qui merito vita clareſcunt.*

14 *Vir-*

15 Vtilitas principi, & Reipub. obuenit ex bonorum conſtitutione iudicum.

16 Virtute præditus gradui confert honorem, non ei gradus.

17 Imperfectium ſcientiæ ſupplet perfectio charitatis.

RELATOR.

VELLEM quidem leuiori Minerua, quæ propoſita fuerunt percurrere, minoremq;
moleſtiam præſidi noſtro ingerere, ſubiectæ autem materiæ ea eſt natura vt breui-
ori calamo perſtringi nequeat. Curabo tamen quoad potero, quæ intentioni meæ ne-
ceſſaria non erunt multo libenter ſubterfugere. Cæterum poſtquam pomarij cultor
terram fœcundam inuenerit, ramumque ex optima euulſum arbore, re, inquam, &
fama optimam: tres radiculas cum ramus habuerit, humi non dubitet figere. His nam-
que deficientibus, ramus (licet in vberrima figatur terra) procul dubio areſcet, coaleſ-
cereque, aut nutriri, fructuſue producere minimè poterit. Prima † igitur radix erit ti-
mor Domini. quod ex ſequentibus apparet. Eccleſ. c.1. ſcribitur: *Radix, plenitudo, & co-* 1
rona ſapientiæ eſt timere Deum: ramique illius longæui. Timor enim Domini expellit peccatum, quia
propter qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari. Rurſus Eccleſ. 15. *Qui timet Deum faciet bona, &*
qui continens eſt iuſtitiæ apprehēdet illam: cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ
potabit illum: firmabitur in illo & non flectetur. Rurſus. c. 25. *Timor*, ait *Domini ſuper omnia ſe*
ſuperpoſuit. Sapientia quippe, & ſcientia non eſt ſuper timentem Deum. Iudex igitur, qui magi-
ſtratum gerere velit, Deum timeat, vt ſic vitæ ſit laudabilis, & honeſtus. Alias nõ eliga-
tur, vt Iuſtinianus ſuadet *in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. fiant. §. cos autem, verſ. ideoque.*
coll. 1. Imperator Adelfonſus *in l. 3. ti. 4. p. 3. & l. 4. tit. 17. p. 3. l. 5. tit. 16. lib. 2. ordinat.* Et
quo maiore fulſerit dignitate, eo honeſtior eſſe debet. vt *in auth. de defeſ. ciuit. § nos igitur.*
& in l. 1. §. optamus. C. de offi. præfect. Afr. Atque ideo ſi arbor noſtra tali defigatur radice
nulla vnquã vi labefactari poterit. † Cæterũ ſi Dei timore radicata non fuerit, arbor a-
reſcet, fructuſque iuſtitiæ non producet. Nequit quippè iuſtitia, cum ſcelerato homine 2
habere commercium *c. forus. in fi. de verb. ſignif.* Nam propter crimina ſæpe obſcuratur
mẽs, ita vt dubia ignoremus diſſoluere, vt inquit Bal. *in c. quia propter. n. 14. de elect.* Matt.
Afflict. *in vlt. deciſ. Neapol. ad finem.* conſuetudo peccandi obſcuratum reddit lumen diui-
num nobis participatum, quod lumen ipſam naturalem & priuatam legem apellamus.
c. forus extrà de verb. ſign. Prius † igitur purgandi ſunt per quos aliorũ culpæ corrigũtur: vt
ipſi iam mundi aliorum vitia purgare abſque iniuria poſſint, *c. qui ſine peccato. 3. q. 7.* Vul- 3
nerato paſtore quis curandis ouibus adhibebit medicinã? Aut quomodo populus iuſti-
tiæ tuebitur clypeo ab eo qui iaculis hoſtium ſe feriendum expoſuit. Qualemue fructũ
productura eſt arbor cui graui peſte radix infecta eſt? Maior ergo metuenda eſt locis il-
lis calamitas, vbi tales interceſſores ad locum tegiminis conſtituuntur qui Dei in ſe ira-
cundiam prouocant, quam ipſimet placare deberent. *c. fertur. 1. q. 1.* Facilinſque alios in-
terfecturum præſumitur, qui ſibi ipſi manum intulit. *l. vlt. ff. de bonis eorũ qui ſibi morte cõſci-*
uerunt, atq; peius in alios comiſſurũ, qui in ſe ipſum malũ audet, vt *in l. cum aũt. § in aliis. ff.*
de adil. edict. Hinc B. Ambr. ſuper Pſalmũ, *Beati immaculati*, dicebat: *iudicet de alterius errore*
qui nõ habet quod in ſe ipſo cõdẽnet. Iudicet qui nõ agit quæ in alio putauerit puniẽda. Ne cũ de aliis iudicat in ſe
ferat ſententiã. Iudicet ille qui ad iudicãdũ, nullo odio, nulla offenſione, nulla leuitate ducatur. c. iud. 3. q. 7.

His finitimum eſt quod Leo IV. Ludouico Auguſto ſcripſerat, *in c. nos ſi incompetenter. 2. q.*
7. in hæc verba: *Si nos*, inquit, *qui aliena corrigere debemus, peccata peiora committimus, certe non*
veritatis diſcipuli, ſed & (quod dolentes dicimus) erimus præ cæteris errorũ magiſtri. Ideo, ſubdit, *ma-*
gnitudinis veſtræ magnopere clementiam imploramus, vt tales adhæc, quæ diximus, perquirẽda, miſſos
in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant & cuncta, quemadmodũ ſi veſtra præſens fuiſſet
imperialis gloria, diligenter exquirant. Hæc ille. Porrò ſicut Sacerdos (vt ſapiens Medicus &
perfectus) primum ſua ſcire tenetur crimina diluere, vt poſſit rectè aliena mederi: ita, &
iudex (qui Sacerdoti comparatur, vt *in l. 1. ff. de iuſt. & iure,*) ſi criminoſus eſt alterius iudex
eſſe nequit, ne ſe ipſum condẽnet, dum in alterius crimen ſententiam profert. *c. vlt. 3. q. 7.*
4 Quomodo igitur † imperabit, qui non poteſt cupiditatibus ſuis imperare? Refrenet
priùs libidines (teſte namque Salomone in Prouerbijs, *Vinum. & mulieres apoſtatare faciũt*
ſapientes) ſpernat voluptates, iracundiam teneat, coerceat auaritiã, cæteraſq; animi labes
repellat. Tum incipiat alijs imperare, cùm ipſe improbiſſimis dominis, dedecori ſcilicet,
& turpitudini, parêre deſierit. Quandoquidem cum ijs obediet, non modo Imperator,
ſed liber omnino habendus non erit. Quippe cum niſi ſapiens nemo ſit liber. Tullio au-
thore *in Paradoxis c. 5.* Quo pacto eum poteris conſilio iudicare ſuperiorem, quem vides
moribus inferiorem? Nullatenus quidem vt *in l. 58. tit. 5. p. 1.* Supià me ſi quidem eſſe de-
bet cui me ſubmittere paro. An verò eum idoneum iudicabis qui mihi præbeat conſiliũ
quod ſibi non ſeruat? & mihi vacate credam qui ſibi non vacat? Minimè quidem, vt *in l.*
36. tit. 5. part. 2. & per Ambroſ. *2. de offic.* Et paulò poſt, aduertendum, ait, quòd in exquirẽ-
dis conſilijs plerumq; iungatur vitæ probitas, virtutum prærogatiua, beneuolẽtiæ vſus,
facilitatis gratia. Nam quis, inquit, in cœno fontẽ requirat? Quis in turbida aqua potum
petat? Hoc eſt, vbi lidido, vbi intemperantia, vbi vitiorũ confuſio ſcatet, quis ſibi aliquid
inde hauriendum exiſtimet? Quis non deſpiciat morum colluuionem? Aut quis vtilem
alienę arbitrabitur, quem ſuæ videt eſſe inutilem vitæ? Certè ridiculum eſſet eius exqui-
rere conſilium, qui ſuis in reb. alieno indiget. Nam & hic magis in alienis alieno præſu-
mitur indigere conſilio, quàm in proprijs, vt *in l. vlt. C. de leg. tut. l. ſic eueniet. ff. ad legem Iul. de*
adult. Aleiato interprete, *de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 52. nu. 5.* Cæterùm non ita fieri cerni-
mus; Ciceronem in teſtem adduco. Is certè ad Atticum reſcribens, *epiſt.* 197 Iam, inquit,
quibus vtar vel ſocijs, vel miniſtris, ſi ij Prouincias, ſi Reſpublicas regent, quorum nemo
duos mẽſes potuit patrimonium ſuum gubernare? Vtinam liberè explicare poſſem quę
mala paſſim Reipublicæ ex iniqua huiuſmodi iudicũ promotione obuenire ſentio. Sed
5 ſileo, non. n. impunè homini fas eſt verbum adijcere. Caueat tamẽ † interim iudex, ne ei
verè dici poſſit ꝙ Dominum per Ieremiã *eiuſdem c. 4.* dixiſſe fertur principibus: *Principes,*
inquit, *populi mei non cognouerunt me.* Iudices præterea & principes iniqui, teſte Hierony-
mo, non per Dei arbitrium dantur, ſed prout noſtra depoſcũt merita. Vnde *Oſee. 4.* Do-
minus ait: *Fecerunt ſibi Regem, & non per me; Principem, & non per conſilium meum.* Loquebatur
vtique dominus de Saule, quem ipſe elegerat, Regemque fieri iuſſerat: ſed quoniam nõ
ſecundum Dei voluntatẽ, ſed iuxta populi meritũ fuerat electus, negauit ſua voluntate
6 aut conſilio eſſe conſtitutũ, *c. audacter. 8. q. 1.* Verum enimuero † quamuis iniqui prauiq;
iudices præficiantur, cùm à principe & Eccleſia tolerẽtur aſpernandi non ſunt, vt quorũ
non li-

non liceat iudicium ſubterfugere. Non.n.eorum ſunt conſideranda merita, aut quæ tur-
piter agunt, ſed quæ iubẽt ac miniſtrant, *c.ſignificaſtis, & ſeq.1.q.1.* qui text. loquitur de Sa-
cerdote, tamen ad iudicem extendi poteſt; quẽ iura noſtra Sacerdotem appellant, *l.1.ff.*
de iuſt. & iure. Cuius ratio redditur *in Canone vlt.3.q.7.* nẽpe, quia eis tantùm nocent, dum
ſine exemplo ſuæ emendationis, & correctionis aliena vitia corrigere curant. Subditis
autẽ proſunt ſi eorum increpatione correcti, vel ſententia coacti vitã ſuam in melius cõ-
mutare didicerint. Ibiq; quamplurima exempla tam ex veteri, q̃ ex nouo teſtamẽto ad-
ducuntur, quibus praui iudices obtemperabantur. Nec tamen hac in re Ludouici Viuis
iudiciũ admittere dedignabor. Is vtiq; vir prudentiſſimus raræq; eruditionis *in ſua exer-*
citatione in præcepto educationis, pag. mihi 121. per Budæi perſonã Gripherantem quendã in-
terrogans. *Sed hic mihi,* ait, *anno ſunt multi ad dignitatẽ euecti homines indigniſſimi, velut Sacer-*
dotes non reſpondentes tanto titulo, & magiſtratus praui, & ſenes ſtulti ac deliri? Dic quæſo quid ſen-
tiebat Flexibulus, an eodem eſſe honore perſequendos quo potiores? Cui reſpõdit Gripherantes: *Nõ*
ignorabat Flexibulus eſſe tales non paucos, ſed non concedebat ætati noſtræ, vt nos inter eiuſmodi, & a-
lios poneremus diſcrimen. Nondum tantum eſſe nactos nos, vel ingenij vel prudentiæ, vt id poſſimus iu-
dicare. Eam cenſuram & ſapientib. eſſe relinquendam, & ijs quibus illorum eſt regimen commiſſum.
Sic & nobis iudicare non licet nec diſcrimẽ facere ſint ne boni aut iniqui iudices. Meliùs id viderint eo-
rum ductores: quippe quorũ eſt optimos ad magiſtratus euehere, noſtrum autẽ eis indiſcriminatim pa-
rere, ſiue probi ſiue improbi exiſtant. Ex quo † liquidò cernere licebit quib. ſint magiſtratus & 7
honores concedendi nẽpè, & Deum timentibus, & ijs qui prudẽtia vitæquè merito cla-
ruerint, vt *in Canon. innouamus. prope finẽ. 60. diſt. in. c. ſicut. 23. q. 4. c. talia. 8. q. 3.* Nec in eis ſolũ
eſt exquirenda prudentia ſed fides, imò primò fides deinde prudentia. Hinc Bernardus,
libro de conſideratione. 4. Fideli, inquit, *potiùs aliquid committendũ, quam prudenti ſine fide. Nam*
prudentia ſine fide magis aſtutia eſt. Cæterùm † nec hîc longè diſſidet, quod & Bald. dixerat 8
in l.2. nu.15. C. de ſenten. ex pericul. recitan. Nempe, *Iudicem duplicẽ habere oportere ſalem in mente*
ſua, ſcientiæ, videlicet, & conſcientiæ: ne ſine ſcientia ſit inſipidus, ſine conſciẽtia diabolicus. Cuius di-
ctum ſummè commendat Barbat. in *c. quoniam frequenter. §. in aliis, in verbo, prudenter, extra*
vt lite non conteſt. Iaſ. *in l. rem non nouam. 1. notab. C. de iudicijs.* Aymon Sabillianus *de antiquita-*
te temporum, part. 1. in princ. n. 57. vbi refert hoc dictum exaltaſſe Ludou. Rom. in cuius cõ-
firmationem aliqua congerit Nicol. Boer. *deciſ. 153. nu. 31.* Quibus addes † rationẽ huius 9
eſſe, nimirũ, quia conſcientia nil aliud eſt quàm vir bonus intra te loquens in corde tuo,
vt inquit Bal. *in c. cùm cauſam, nu. 61. de teſt.* Quapropter virum † bonum iudicẽ appellant 10
iura & innocentem, *l. cæteræ, §. 1. ff. famil. erciſc.* vbi idem Bald. iudicem iuſtitiam appellat a-
nimatam. Atq; adeo iudex & bonus vir ſunt conuertibilia, tanquã bonũ & æquum. Pa-
ris de Puteo *de offic. ſyndicatorum, in princ. n. 11.* Ex quo ipſe ibidẽ *n. 5.* ait, ſemper pro iudice
præſumi per text. ſingul. *in l. 2. C. de offic. ciu. iudicum,* nec non & ab eo dolum abeſſe, vt *in l.*
1. C. de præd. curial. lib. 10. l. ſi quos. C. de decur. quod fusè Alc. examinat *de præſump. regul. 3. præ-*
ſumpt. 9. Si igitur, quod abſit, iudex conſcientia caruerit, quomodo vir bonus appellabi-
tur? Maximè cum bono viro carere dicatur, qui caret conſcientia: vt per Iaſ. *in §. ſed iſtæ*
quidem. n. 110. Inſt. de act. Quo fit † vt iudex iniuſtus ſicut & indiſcretus refelli, ſeu, vt vul- 11
gò dicitur, recuſari põt, vt adſeuerat Bal. *in c. ad noſtram, ad finem, extrà de probat. arg. text. in c.*

ſolicitudinem verſ. ſi vero, ibi, indiſcretum fuerat vel iniuſtũ. de appell. refert & ſequitur Robertus
Maranta *in Speculo aureo aduocatorum, 6. part. n. 69. & 70.* A quibus ego libenter diſſentio.
Quandoquidẽ difficile admodum, imò impoſſibile eſſet probare iudicem iniuſtum, &
ab omnib. hac de cauſa reijceretur. Quare iuſtiùs (ni fallor) is remouendus eſſet, q̃ talis
aduerſus eum recuſatio admittenda, ne iudex nomine tenus remaneat. Ad v. Quorſum
caput obtundis, aut in his quæ certo certiora ſunt adeo laboras. Laterẽ præfecto (quod
aiunt) lauas. Cui non ſatis cõpertum eſt quanta ex honeſtis iudicib. Deumq; timentibus
vtilitas Reipublicæ obueniat? Sed fruſtra hãc operam ſumis, quandoquidem iam aliter
12 fieri morib. receptum eſt. Vtinam † id noſtra vigeret ætate ꝙ memoriæ prædictum eſt,
Num. 27. nẽpe, vt gubernatio populi ei traderetur, quẽ Deus elegiſſet: homini, videlicet,
tali, qui ſpiritum Dei in ſe haberet, & præcepta eius in conſpectu ſemper, quiq; Moyſi,
hoc eſt, ei cui magiſtratuũ electio cõpetit, not⁹ & familiaris eſſet, *c. ſi ergo. 8. q. 1.* Moyſes. n.
(vt ſcribitur *Exodi. 28.*) viros Deũ timentes, in quib. erat veritas, muneraq; fugiẽtes, con-
ſtituit Tribunos & Centuriones, qui populũ iudicarent. Rel. Nil obeſſe autumo plus ẽt
13 millies repetere, q̃, quo magis nota ſunt omnib. eo plus obliuione conterimus. Vtinã †
cũ admitteret Chriſtiana Reſpublica morẽ, qui apud ethnicos olim Romanos receptus
erat. Quippe qui duo contigua cõſtruxerunt tẽpla in vrbe, vnũ Deæ Virtutis, alterũ Deę
honoris. Ita tñ quod ad tẽplum Deæ honoris, non eſſet aſcẽſus, niſi per tẽplum Deæ vir-
tutis. Hoc ſignificantes nõ niſi virtute p̃dictos ad magiſtrat⁹ & honores eſſe ꝓmouen-
dos: refert Auguſt. 4. *de ciu. Dei.* Bernar. de Buſt. *in 2. parte ſui roſarij. ſer. 9. lit. H.* Chaſ. *in catal.
gloriæ mundi. 1. part. 60. conſider. 2. col. ad medium.* Sola. n. virtus hominib. imperare meretur.
14 Vtinam † ꝙ & leges vbiq; clamant ſeruaretur, ad magiſtrat⁹ vt aſciſcerẽtur quos morũ
honeſtas cõmendat, *l. magiſtros. C. de profeſſ. & med. li. 10. l. 1. in princ. C. de profeſſ. qui in vrbe Cõ-
ſtant. l. proximos. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.* Quiq; vitæ eſſent laudabiles, probiſq; morib. in-
ſtituti, *l. 1. ff. de decr. ab ord. facien.* Porrò nil aliud noſtrates vbiq; ꝓclamant. Ioan. de Platea.
in rub. C. quemad. ad ciuil. mu. indi. in fi. admonet in electione magiſtratuũ hæc conſiderari
oportere, morũ honeſtatẽ, vitam laudabilẽ, laborum ꝓlixitatem, & ſtipendiorũ merita,
cui ſuffragant, Chaſſeneus *in catalog. glor. mũd. 1. par. 44. conſider.* Nõ qui maior fuerit inter
homines ille eſt iuſtior, ſed q iuſtior ille eſt maior. *c. vlt. 40. diſt.* Non n. locus aut gradus,
15 ſed vita & mores faciunt ſanctũ Sacerdotẽ. 40. *diſt. in princ.* Decet † ergo Principes huius
ſeculi iuſtitiæ munera benemeritis cõferre, tũ quia, vt eſt apud Aul. Gelliũ, *beneficiũ digno
conferentes accipiunt:* & apud Eccleſiaſticũ, *ſi bene feceris ſcias cui beneficiũ conferas, & erit gratia
in donis tuis. Multa,* inquit, *benefac iuſto, & inuenies retributionẽ magnam.* Quidquid n. indigno
16 datur, teſte Philoſopho, ꝑditur, quia prauus nõ eſt honore dign⁹. Tum † ẽt, quia ſi iuſti,
quos dignũ & par eſt rerũ publicarũ adminiſtrationi & honorib. p̃fici ad rẽ adminiſtrã-
dam publicã admittantur, ipſi gradui & dignitati conferẽt dubio ꝓcul honorẽ & deco-
rẽ, non ipſis gradus. *c. 1. & vlt. 40. diſt.* Deniq; hac prima radice deficiente arbor nimirum
areſcet nulloſq; aut inſipidos refert fructus. Sin minus defecerit, hoc eſt, timor Dei in iu-
dice abundauerit, alijs licet nõ fuerit radicib. prẽditus, nil obſtabit quominus fructus re-
17 ferat. Imperfectum † ſiquidẽ ſcientiæ ſupplet ꝑfectio charitatis. Nã vt Apoſtolus ait *1. ad
Corinthios c. 8.* Scientia inflat, charitas autẽ ædificat, *c. niſi cum pridẽ. § pro defectu. de renũciat.*
Hactenus de prima radice dictum ſufficiat.

CAPVT

CAPVT VII.

IVRIS SCIENTIAM IN IVDICE EXIGI, ARBORISque eſſe radicem ſecundam aperit.

SVMMARIA.

1 *Iudicem ſcientiam habere oportet.*
2 *Iudices legũ & Canonũ habere ſcientiã oportet*
3 *Scientiæ laus.*
4 *Correctores de nobilibus nõ iuriſperitis creari.*
5 *Iuris imperiti optima natura, hebeti viri docti ingenio ad laudẽ, & imperiũ plerunq; pſtat*
6 *Iuriſperitis & literatis præmia & honores debentur.*
7 *Scientiæ laus, quæ nobiles reddit homines.*
8 *Sapiens tantum liber dici poteſt.*

SEcunda Radix arboris noſtræ eſt, vt prædixi Scientia. Quæ † potiſſimum in iudice, 1
& quocunque alio Rempublicam adminiſtrante requiritur. Nam & naturali iure,
& diuino, in adminiſtratione Reipublicæ iuriſque dictione exercenda, ſcientia & maturitas conſilij potiſſimum exigitur, vt perſpicuum eſt cuilibet ratione vtenti, & ſatis patet apud Philoſophum Politicorum. 5. & per illud *Exodi, c. 18.* ibi: *Proinde autem de omni plebe viros ſapientes,* &c. Vir autem ſapiens dicitur, qui omnibus eſt ornatus virtutibus & inſtructus. Et is ſæpe vir bonus appellatur. Vt Cicero dixerat Tuſculanarum quæſtio-
num, *lib. 5. num.* 41. Leges † itaque ſacroſque Canones callere oportet eum, qui iudi- 2
candi munus obtinuerit, vt Imperator inſinuat *in Authentico de iudicibus, & vt nullatenus in principio, collat. 6.* his verbis: *Non exiſtimauimus oportere, habere iudicium quorundam nomina, maximè legum ineruditorum.* Et rurſus ibidem poſt pauca: *Illi autem,* inquit, *nec nobis miniſtrantes, nec cingulum habentes, niſi potuerint per ſe noſſe quod iuſtum eſt, ſed aliunde emendicare iudicandi honeſtatem: quomodo non maximum vitium erit Reipublicæ non eis, qui ex ſe quod agendum ſit ſciant, lites tradere: ſed ſinere eos quærere alios à quibus liceat diſcere, quæ ipſos iudicando eloqui decet.* Id quod legibus etiam noſtris pręcipitur, vt *in l. 3. tit. 4. p. 3. & in Pragmat.* 58. vbi decem annis iuri operam nauaſſe oportet in Academia inſigni eos, qui ad magi-
ſtratus quoſcunq; ſeu Relatoris munus aſcendere cupiunt. Nam † vbi ſcientia deeſt, 3
non eſt bonum, vt *Prouerbiorum ſcribitur, c. 19.* Vnde Dauid prius ex gratia Spiritus ſancti donum Dei percepit, deinde adminiſtratione Regni conſequutus fuit, 2. *Regum 2. & c. qui Eccleſiaſticus. 36. diſt.* vbi † Gratianus plurima in huius rei teſtimonium congeſſit. Rurſus alibi ipſe idem, inquit, viliſſimus reputandus eſt, niſi præcellat ſcientia & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior, *c. viliſſimus, 1. q. 1.* Malachiæ item 2. ſcriptum eſt: *Labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirit Dominus ex ore eius, qui Angelus Domini exercituũ eſt.* Qua quidem ſi careat iuſtè dicetur ei: tu ſcientiã repuliſti, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi: *Oſea 4. c. niſi cum pridem. §. pro defectu, extra de renunc.* Cũ igitur in Sacerdotibus ſcientia exigatur, & in iudicib. requiri conſequens erit. Quandoquidem ad declarandũ quid ſibi velit lex, non ſufficit eſſe iudicem, ſed iuriſperitum eſſe oportet: ita Bal. *in additio. ad Speculat. titul. de poſitionibus. §. 7. verſ. 13.* Quomodo enim iudicabit ſecun-
dum leges, qui eas ignorauerit? ADV. An † tibi non eſt compertum, poteſtates ſeu ciui- 4
tatum adminiſtratores, quos vulgus correctores appellat, de nobilibus non iuriſperitis creari: quorum ſolertia bonique mores cum experientia inſpiciuntur, non legum peritia,

peritia, vt *in l.4. & 5. tit. 16. lib.2. ordinat. l.1. titul.13. de correctoribus, lib. 2. capitum Curialium,*
deducta ex Regia Pragmat. 93. Pintiæ anno 1523. condita, & ſeptima Toleti anno 525. & alia Ma-
dricia, anno 1523. lata. A quibus † nimirũ ſi rectior ſententia interdum emanauerit, cúm
naturalis ratio quaſi formam legibus afferat, quæ ipſius legis anima dicitur, cuius & iu-
ris imperiti nonnullis caſibus facilè capaces eſſe poſſint, quos ſuperflua quædam ſubti-
litas, ac iuris rigor improbus non fallat. Cui non ab re accedit illud Ciceronis pro Ar-
chia Poeta dicentis: *Ego multos homines excellenti animo & virtute fuiſſe, & ſine doctrina, natu-*
5 *ræ ipſius habitu prope diuino per ſe ipſos, & moderatos, & graues extitiſſe fateor. Etiam illud adiungo*
ſæpius ad laudem, atque virtutem, naturam ſine doctrina quam ſine natura valuiſſe doctrinam. Iu-
ris etenim ſubtilitates quandoque obumbrant veritatem, per eaſque plerumque erra-
tur. *l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verbor. oblig.* Bartol. Socin. *conſil.157. Præſens conſultatio. nu.7.*
lib. 2. l. ſed hæc. ff. de excuſat. tut. REL. Et id ipſe libenter fateor. Iſtis tamen correctori-
bus adſunt modis omnibus aſſeſſores, qui eorum loca tenentes nuncupantur atque ea
quæ legum ſunt explicant & occupationes eorum adimplent. Cumque multis deti-
neantur curis, merito iudiciorum complent partes per ſuorum præſentiam aſſeſſorum,
vt *in auth. de iudicibus, & vt nullatenus, in princ. verſ. noſtris, collat. 6. l. 2. tit. 13. lib.2. capitum*
6 *Curialium.* Viris † ſi quidem literatis debentur præmia, & honores. *Sapientiæ 7.* facit et-
iam text. *in l.1. C. de offic. aſſeſſor.* Quibus iuriſque peritis, & non alijs gubernatio Reipu-
blicæ committenda eſt inquit tex. *in proœmio Inſtitutionum, in fine,* ibique adnotauit An-
gel. Eiſdem princeps honorem exhibet, & non pauca tribuit priuilegia, *l. quidquid. ibi,*
7 *reuerentia ſtudiorum. C. de aduoc. diuer. iudicior.* Nulla † vſquam gentium eſſe poteſt fortu-
na quam non augeat literarum glorioſa notitia, authore Caſſiodoro *Variarum, epiſt.* 10.
Et demum nobiles efficit: qui ipſam conſequuti ſunt, *c. de multa. de præbendis.* gloſſ. *in l.*
ſocietatem, ibiq; expẽdit Salic. *ff. pro ſoc. l. prouidendum. iuncta gl. C. de poſtulan.* plurimiſque
tum rationibus, tum authoritatibus, id probat Tiraq. *de nobilitate, c. 5.* Quinimo omni-
bus eſt nobilibus nobilior ſapientia, vt ſcribitur *Sapientiæ. 7.* Lucas de Penna refert *in l.*
8 *proximos. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.12.* Vnde † Stoici aſſerebant ſapientes tantúm, & do-
ctos liberos eſſe, Tullius in Paradoxis: *Nullus vir,* inquit, *doctus ſeruus, aut ignobilis eſſe po-*
teſt, niſi fortè volutabro vitiorum fuerit infectus. Philoſophus, *1. Polit. Homines,* ait, *ratione &*
intellectu vigentes Domini ſunt, & rectores aliorum. Seneca *ad Lucillum, 12. epiſtol. 86. Beatam,*
inquit, *vitam efficit perfecta ſapientia.* Per eam Salomon obtinuit principatum, & hono-
rem. Per ipſam Alexander potiús quàm viribus ſublimatus eſt: habuit enim Ariſtote-
lem in Doctorem, authore Aulo Gellio, *lib. noctium Atticarum 9. c. 3.* & alia plurima id
genus refert Chaſſanæus, *in ſuo Catal. 10. p. 6. & 7. conſiderat.*

CAPVT VIII.

PRINCIPES AN EGEANT LITERARVM SCIENTIA? & quomodo conſiliarijs vti debeant, demonſtrat.

SVMMARIA.

1 *Principes an egeant literarum ſcientia?*
2 *Philoſophum verè dici poſſe Regem.*
3 *Rex inſipiens prodet populum ſuum.*
4 *Carpuntur qui literas increparunt.*

5 Prin-

5 *Principes recenſentur.*
6 *Principes conſilia prudentum in omnibus cauſis exquirant.*
7 *Conſiliarius bonus optimum reddit Principem eius conſilijs vtentem.*
8 *Conſilium Demetrij Principib. vtile admodũ.*
9 *Principes iuſſa ſenatus clauſis oculis agere debent.*
10 *Magiſtratus concedendi ſunt non petentibus, ſed benemeritis.*
11 *Magiſtratus maiores ijs concedere oportet, qui publica vice commoneri ſolent.*
12 *Principes cauere oportet à perſonatorum hominum impoſturis.*
13 *Reſpublica iuſto imperio & animis in conſulẽdo liberis, potius quã armis cõſeruatur.*
14 *Magiſtratus quibus ſint concedendi.*
15 *Scientia perfecta dicitur, quæ ſolido ac naturali iudicio confirmata eſt.*
16 *Indignum eligens peccat.*
17 *Indignus officium acceptans peccat.*
18 *Idem in Doctore.*

ADVOCATVS.

REges Principesq́ue omnes egent, nî fallor, literarum ſcientia magis quam cæter
homines. Id quod Stobæus *ſerm.46.* latiſſimè probat. Refertq́ue, cùm † ad Muſo- 1
nium aliquando Rex quidam Syriæ ingreſſus eſſet (erant enim adhuc Syriæ Reges ſub
Romanorum Imperio) cùm alia multa apud Regem tum hæc diſſeruiſſe. Ne tibi per-
ſuadeas cui quam eſſe magis, quàm tibi philoſophandũm, nec id ob aliam cauſam ma-
gis, quam quòd Rex es. Duasq́ue admiſit vltimo loco propoſitiones: primam, bonum
Regem & Philoſophum eſſe neceſſariò; ſecundam, Philoſophum ſtatim animo prædi-
tum eſſe Regio: primæ in primis veritatẽ ſpeculemur. An quiſpiam bonus Rex eſſe po-
teſt, niſi idem bonus vir fuerit? haud quaquam. Bonus autem vir eſſe nemo poteſt qui
nec Philoſophus. Siquidem philoſophari eſt boni honeſtiquè ſtudium exercere. Itaq;
bonum Regem continuò & Philoſophum eſſe neceſſariò fatendum eſt. Cæterùm † ſe- 2
cundam quod Philoſophus omnino etiam Rex ſit, hoc modo percipies. Hominis Re-
gij eſt rectè gubernare poſſe gẽtes ac ciuitates, & dignum eſſe qui cæteris imperet. Quis
igitur fuerit magis idoneus ciuitatis præfectus, aut dignior hominibus imperare, quam
Philoſophus? Quippe decet Philoſophum, ſi verè talis ſit, eſſe prudẽtem, temperatum,
iuſta, & decora iudicare, cogitata efficere, dura tolerare, idem & animoſus, intrepidus,
& patiens, eorum quæ grauia videntur, fuerit: præterea beneficus, humanus, candidus:
quo quidem viro quis ad imperandũ aptior & paratior inueniri poſſet, nullus. Quãuis
autem non multi ei obediant, & obtemperent, non propterea tamen Regia priuatur
dignitate. Satis eſt enim ſi amicis imperet, aut vxori, aut liberis, aut ſaltem ſibi ſoli. Nec
enim qui paucos curat, minùs eſt medicus, quam qui multos, modo medendi peritiam
teneat. Et qui vno aut duobus equis vtitur, tam equeſtris eſt, quàm qui multis, modo
equitandi peritiam calleat. Eadẽ ratione is qui vni aut duobus imperat: æque fuerit Re-
gius, ac ille qui multis dominatur, modo regnãdi peritiam teneat. Quibus Muſonij di-
ctis rex oblectatus, petendi quodcunq; vellet ei optionem dedit: nulla enim in re, dixit,
apud me repulſam patieris. Reſp. Muſonius: Peto vt orationi meæ, quam adeo laudas
obſequaris. Nam & mihi hoc pacto maxime gratum facies & tu ipſe maiorem inde, quã
ex vlla re alia vtilitatem conſequeris. Policratus † etiam *lib.* 4. Romanorum imperium, 3

eorumq; Rempublicam aſſeruit tamdiu viguiſſe, quamdiu Imperatores & Duces, ſapientes ſeu literati fuerunt. Ex quo autem in principibus virtus cœpit langueſcere literarũ, armatæ militiæ infirmata eſt manus, & ipſius principatus quaſi præciſa radix. Boetius item *li. 1. de conſolatione*, Beatam aſſeruit eſſe Rempublicam, cui princeps ſapiens dominatur. Salomon quoq; *Sapientiæ 6. Ad vos Reges*, inquit, *ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis Sapientiam, & non excidatis*. Et rurſus *eiuſdem Sapientiæ lib. c. 7.* Venerunt mihi omnia bona, pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius: & Eccleſ. *cap. 10.* Rex inſipiens perdet, ait, populum ſuum. Hinc minor, 25. annis regere non poteſt, abſque curatore, quod latè digerit Carol. Molineus *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 29. num. 5. & ſeqq.* Scientia igitur, tanquam virtutum omnium nobiliſſima, eſt proculdubio regibus neceſſaria. Nam, ſicut qui in tenebris ambulant, luminis claritate indigent, ne quid pedibus offendant, ſic Reges, qui impunè crimina quælibet patrare poſſunt, & iuxta appetitum, & deſiderium quælibet facere, per tenebroſas & difficiles vias quodammodo ambulantes, lumine nimirum indigent ſapientiæ, vt Guillel. Benedict. aſſeruit *in rep. c. Raynuntius: in verbo. duas habens filias. num.* 101.
4 Ex † quo Licinius Imperator valde vituperatur, alias etiam non admodum laudatus, qui literis adeò infeſtus erat, vt virus ac peſtem publicam eas appellaret, vt tradit Aurelius Victor *in vita Conſtantini, Cõſtantij & Helenæ filij.* Eo autem mores apud Hiſpanos deciderunt, vt qui ſe Principes aut nobiles eſſe gloriantur, nihil magis obeſſe nobilitatis decori exiſtiment quam literas, cum nihil contra
5 magis eam illuſtret & ornet, ad quæ iam pridem occalluit animus. Vellem † vt illi ſaltem hiſtorias noſcerent, ex quibus intelligerent maximos Principes, Reges, Imperatores, alios alijs artibus & ſcientijs, alios omnibus inſtructiſſimos fuiſſe, & ex illis nonnullos quoq; libros ſcripſiſſe, quibus ſuam eruditionem teſtatiſſimam poſteris reliquerũt, quos Tiraq. refert *de nobilit. c. 5. in fin.* Hi ſunt, vt breui calamo percurram, Numa Pompilius ſecundus Romanorum Rex, Alexander Magnus, Iubas Mauritaniæ Rex, Mithridates, Iulius Cæſar, cæteriq; XII. Imperatores. Et præterea Hadrianus, Ælius Verus ab ipſo Adriano adoptatus, Aurelius, Antonius Pius, alter item Verus ipſius Antonij in Imperio conſors, Saluius Iulianus, quem iuriſperitiſſimum ſcribit Eutropius, Septimius Seuerus, Peſcennius Niger, Alexander Seuerus, Gordiani, pater & filius, Gallienus, alter Iulianus, cuius extant multi libri, cui magis, vt verum dicam, obfuit eruditio quam profuit, ſed illud non fuit ſcientiæ vitium, ſed hominis, & Liuanij eius præceptoris, & aliorum qui eum à fide, & religione noſtra dimouerunt. Et ne noſtros Reges prætermittamus, Alfonſus X. cognominatus ſapiens, Romanorum Imperator electus, noſtræq; Hiſpaniæ Rex, cuius extant partitarum hiſtoriæq; generalis libri, atq; alij multi, diuus Ferdinandus III. & alij quàm plurimi quos enumerare eſſet faſtidioſum. Deniq; Plutarchus, librum ſcripſit hoc titulo: in Principe requiri doctrinam, breuem quidem illum, ſed dignum, qui noctesq; diesq; in manibus, ore, oculis, memoria, & ſermone
6 principium verſaretur. REL. Ego † autem in principibus ſcientiæ tantum exquirerem dilectionem (neq; id ſanè eſt ex proprio capite præſagium, textum enim habemus Regni noſtri id atteſtantem *in l. 10. tit. 10. lib. 1. ordinat.*) vtque ſapientes, eruditiſſimos viros, nec non adiuodum prudentes ſemper ad latus haberẽt, eorumque conſilia non aſpernerent,

nerent, Alexandrum illum cognomine Seuerum XXII. Romanorum Imperatorem
imitantes, vt qui Rempublicam prudentiſſime adminiſtrauit. Interq. cætera, quæ ſibi
diuinitus egregia contigere: nullam cauſam, niſi viris doctis adhibitis omnia denique
negotia prius à ſcriniorum principibus, & doctiſſimis iuriſperitis, ſibique fidelibus tra-
ctari ordinariq; atq; ita referri ad ſe præcepiſſe fertur. Legesq; proinde multas de iure
populi & fiſci moderatas ſanxiſſe, nec vllam conſtitutionem faciaſſe abſq; iuriſperitis,
doctiſſimis & ſapientibus viris, ijsq; diſertiſſimis non minus quinquaginta, ne paucio-
res in cōſilio eſſent ſententiæ, quā Senatus Conſultū conficerent. Et id quidē ita, vt ire-
tur per ſentētias ſingulorū, ac ſcriberetur ꝙ quiſque dixiſſet, dato tñ temporis interual-
lo ad diſquirendum cogitandūque prius quam dicerent, ne impræmeditati verba face-
re cogerentur de rebus ingentibus. In hoc egregio opere principem habuit Vlpianum,
quem in toto Imperio ita effuſiſſimè dilexit & honorauit, vt familiaris ac ſocius princi-
pis diceretur. Cumque inter ſuos conuiuaretur, Vlpianum frequēter accerſebat. Atque
ideo aulicis infeſtus erat, ꝙ ab Alexandro eius cauſa cohiberētur. Qua de re à milicum
ira Vlpianum necare volentium, eiuſdē ſæpenumero purpuræ obiectu enixè defenſus
eſt. Mirabile † quidē Principibus documentū. Conſtat etenim illum ſummū Impera- 7
torem extitiſſe, ꝙ Vlpiani præcipuè conſilijs rempublicā gubernauit. Id quod Lampri-
dius reſcripſit Cōſtantino Magno quærēti, quare Alexander aliēnigena, & adoleſcens
in talē euaſiſſet Principem, cū alij plures prædeceſſores eius Romani ſanguinis impera-
toriam fœdaſſent dignitatē: Id enim dixit probitatibus ac moribus eorum eſſe accepto
ferendum, quos ille Princeps in conſilio habuerat. Optarim † etiam vt ſanè conſilium 8
Demetrij Phalerij grauiſſimi diſertiſſimique philoſophi principū non exiret memoriā.
Qui † Ptolomæū Regē ſæpe hortari ſolebat, vt multos ſibi emeret libros, qui de regno,
atq; imperio eſſent ſcripti, eosq; perlegeret. Quòd in ijs ea legēdo inueniret, quæ amici
admonere ipſos Reges nō audēt, rarò ſiquidē, aut vt verius dixerim, nunquā Reges ve-
ra de ſe audiūt p familiares, vt Antiochus dixerat authore Plutarch. in apophthegmatis
Imperatorū. Sunt n. nonnulli Principes delicatis ita auribus, ne dicā faſtidioſis, vt ſanū
conſiliū non admittere modo, ſed ne audire quidē vllum velint. Qua vna in re fieri ſæ-
pe videmus, vt ipſi pereant, & ſuos oēs in calamitatem trahāt. Vtinam † Principib. Chri- 9
ſtianis liberet interdū ad hæc animū intendere, vt quos ratio ac religionis, quam profi-
tentur, authoritas non mouet, exempla ſaltem profanorū hominū excitarent. Quo fie-
ret, vt magna operæ pretia facere, mereriq; viderentur aures & oculos eorū, ſi libenter
audientes Senatus conſilia, iuſſa eius abſq, affectu agerent, conſtanterque, tanquā ſi o-
culis carerent, exequi præciperent. (Exemplū ſumentes in Salomonis filio Roboan, qui
ſpreto ſeniorū conſilio, ſequutusq; iuuenum, quib. cum nutritus fuerat, aſperè reſpon-
dit populo cum deprecanti leuius vt faceret iugū ꝙ eius pater impoſuerat, ob idq; re-
gnum amiſſit, vt ſcribitur 3. *Reg. c. 12. & in c. Eccleſ. a. 16. q. 1.*) oculosq; interdū † acres & a- 10
cutos habētes, egregios viros, iuſtos, & honeſtatos, in ſeceſſu latere in vitaq; priuata cō-
ſeneſcere nō ſinerēt, quos dignum & par eſſet retū publicarū adminiſtratione & hono-
rib. præfici, aut ſi, vt iā fieri cœptū eſt (tametſi vna aut altera hirundo ver nō facit, vt di-

citur) eos quos à memoria, à conſilio, aut in moderatores, ſeu Senatui præfectos deligerent, non qui proſtitutæ frontis petitores ambiendo, efflagitando, ſeſe venditando aulicos obtunderent, atque etiam enecarent, ſed eos egregios viros, qui in ſeceſſu latêre, quam turpiter & obnoxiè in prætexta innoteſcere mallent, incautos, honoréſque minimè ambientes, ad magiſtratus euocarent, renuentéſque fortè ad id cogerent. Conſti-
11 tuẽdæ † quippe reipublicæ ſumma in hoc fermè vertitur, ſi ijs hominibus primi imperij magiſtratus concedantur, qui publica vice commoueri ſoleant, atq; (quod rariſſimum genus eſt) qui non ſibi ipſis, ſed alijs laborent, vt Philoſoph. *Ethic.5.c.6.* præclarè admonuit, quique citra aras tantum, vt dicitur, obſequioſi eſſe didicerint. Quippe quorum auribus, oculis, & iudicio, qui Principibus à memoria adſunt Principes omnia fere credunt. Quod niſi tales ad hos offerantur honores nemo non perſpiciet, quanta Reipublicæ calamitas præſentanea ſit, plurima ſiquidem intus, vt Aſpendius ille cithariſtes, id eſt, interiore illo, ac ſanctiore conſilio, canerè poſſent, ſtudijs ſuis ſæpius, aut etiam cõmodis, quam Reipublicæ conſulentés. Quo nimirum fieret, vt quamuis quidem innoteſcerent, & claritate nominis, & integritate famæ, haud vnquam ferme ſola virtutis
12 commendatione apud aulam penitus inſinuarentur. Caueant † igitur Principes ab huiuſmodi perſonatorum hominum impoſturis, qui (vt eſt vicinia quædam virtutum ac vitiorum) aut ſeueritatem ſuperencilioſa fronte, aut charitatem immodica comitate, aut clementiam ambitioſa placabilitate, aut quoduis aliud præſtantis animi ornamentum
13 exquiſito lenocinio ementiri didicerũt. Memoriamq; † eorum minimè prætereant Catonis verba per Saluſtium in Catilinario memoriæ prodita, *Nolite*, inquit, *æſtimare maiores noſtros armis Rempubl. ex parua magnam feciſſe. Si ita eſſet multo pulcherrimam nos haberemus: quippe ſociorum atque ciuium, nec non armorum, & equorum maior copia nobis quam illis eſt. Sed alia illos magnos fecerunt, quæ nobis nulla adſunt: domi induſtria, foris iuſtum imperium, animus conſulendo liber, nec delicto, nec libidini obnoxius. Pro his nos luxuria, auaritia, publica egeſtate, priuata opulentia abundamus. Laudantes diuitias ſequimur inertiam, inter bonos & reprobos diſcrimen nullum, omnia virtutis præmia ambitio poſſidet, ideò ruunt omnia.* refert Auguſt. 4. *de ciuit. Dei, c.* 14. Quibus mirè concinit, quod & Poggius ſcripſit Florent. *in epiſt. ad Nicolaum V. Pontificem maximum miſſa. Quo in loco*, inquit, *doctrinarum ceſſant exercitia, vbi nullum inter doctos & ignaros diſcrimen viget, vbi nullus virtuti locus, nulla ſtudiorum ratio habetur, vitia ibi regnent, torpeſcãt*
14 *ingenia, principatus, & regna decidant, rerumq; omnium dominetur confuſio, neceſſe eſt.* Oportet † igitur non eos qui ambiunt, qui prenſant, qui propinquos & familiares habent, & verò etiam cœnas competitrices, ad id muneris exequendum mitti, ſed bonos, modeſtóſque viros, integros, & incorruptos, qui aut, more maiorum, magiſtratum ſimpliciter, & candidè petant, aut recuſent oblatum. At, ſi placet, quam pauci, vel quam potiùs nulli niſi ex illa importuniſſima ſectatorum turba, vel ex illa colluuie creantur? Nam ſi vera dicere fas eſt, tot circumcurſant apud magiſtratus in curia apparitores, tot apud Regem aſſentatores in aula, vt illorum proſpectum, quò te vertas, fugere non poſſis. Proſpectum autem dico adulationem, blanditias, viſcata munera, ſupplantationem. Ita mittuntur in vrbes, non tam rectores, & iudices, quam ſæpenumero (non audeo dicere, dicam tamen lenius) ſui amantiores quam Reipublicæ. Quò prouident iui, multo præſidii conſi-

lij pu-

lij publici in eam curia incumbendum eſt, vt horum competitorũ ex curia exhauriatur
magna iſta, & pernicioſa ſentina Reipublicæ. Hactenus animi cauſa ineptire nobis li-
cuerit. Adv. Quid iſtud quæſo? ne delires, locus hic ſpinoſus eſt fortaſſe, atque id peri-
culum eſt, ne incautus incedens aculeum quendam moleſtum ferę reſipiſcentię referas.
Non enim licet in alienam, quod aiunt, meſſem falcem immittere, melius viderint eius
ordinis ductores, ad quem ea res pertinet, quid ſui muneris ſit: quoue modo omnia ſibi
officia conſtare poſthac in rempublicam poſſint. Conſultius vtiq; agetur ſi his omiſſis
vltimam cœptis impoſueris manum. Rel. Iamdiu noſti ingenium meum. Rumperer
equidem, niſi euomuiſſem, quod certè ſuffocabat animum virus. Quod enim venenũ
eſſe lethalius poteſt homini non vſquequaq; vecordi & improbo, quam in Reipublicæ
malis audere loqui? Cæterum † tibi vt morem geram, ad idq; quod eſt huius cauſæ ca- 15
put, feſtinet oratio, eam in iudice exquirerem ſcientiam: non modò ab eo ex legum, ca-
nonumue præſcriptis longo tempore conquiſitam, vt Michael Vlcurrinus *in ſuo de regi-
mine mundi, tract. 4. p. 1. q. principali, n. 7.* dicebat, verumetiam quæ ſolido ac naturali iudi-
cio eſt confirmata, quam prudentiam vocant, hæc quippe perfecta dici poteſt. Quini-
mo rectorem Reipublicæ ſatius erit literarum cognitione carere, quam genuina qua-
dam & inſita prudentia, quanquam admirandum eſt, quantum hæc ipſa prudentiæ
virtus literarum tractatione, tanquam riuulis irrigata creſcat, quantoque fiat indies
vberior atque præſtantior, de qua paulò poſt agendum eſt. In ſumma ratio ita
ponenda eſt, radicem iſtam non nudam legum ſcientia, ſed ſolido ac natura-
li iudicio coniunctam & ſolidatam eſſe oportere, vt arbor noſtra fructus iuſtitiæ
& æquitatis referat. Quæ ſane ab noſtri pomarij cultore diligẽter ſunt animaduertenda,
ne ipſe indignum eligendo criminis reus fiat. Peccat † enim beneficium conferens in- 16
digno, ſicq; ad munus aliquod eligens indignum, vt Card. adnotauit *in Clem. 1. num. 10.
de ætate & qualit.* Dec. *in c. cum in cunctis, n. 20. de elect.* atque vltra crimen grauiſſimum, ad
reſtitutionem tenetur his, qui ex iniqua electi adminiſtratione læduntur, vt Adri. atte-
ſtatur *in 4. ſent. tract. de reſt. c. quia iam determinatum eſt, verſ. Secunda concluſio,* Ioann. Lup. *in
c. per veſtras, notabili. 3. §. 26. num. 11.* omnium latiſſime Couarr. *in relectione regulæ, pecca-
tum. 2. p. §. 7. num. 1.* vbi ex communi omnium ſententia aſſeuerat electionem digni non
irritari, licet dignior ſpernatur, vt *in c. monaſterium. 16. q. 7. & c. cum nobis de elect.* nec ob
id tamen præferentem dignum digniori tutum eſſe, & immunem à peccato, vt ipſe
Couarr. probat *ibidem n. 2.* ex Diui Thomæ, Caietani, & frequentiori Theologorum, &
Canoniſtarum ſententia. Quin † & electos ipſos noxiam cõtrahere facit. Peccat enim, 17
qui acceptat magiſtratum, ſi caret ſcientia, & alijs quę ad id munus exercendũ exigun-
tur, ita firmat Archid. *in c. 1. in fin. 48. diſt* Luc. de Pen. *in l. contra publicam. vlt. col. C. de re mi-
lit. li. 12* Innoc. Hoſtien. Panor. & Phil. Dec. *in c. cum in cunctis, in prin. hic, n. 20. extra, de elect.*
Quemadmodum † & in Doctore indigno aſſeuerat glo. *in Clem. 2. in verb. honorem. & ibi* 18
Cardin. de magiſtr. Abb *in c. cum Eccleſia in fi. de immun.* Eccleſ. Iaſ. *in rub. C. vt nemini liceat ſine
iud. ſe vindic* Guill. Bene. *in rep c. Raynutius. in verb. & vxorem nomine Adelaſiam n. 590. de teſt.*
Bonus de Curtili *de nobilitate 3 p. n. 107* Ioa. Neuizani *in ſua ſilua nupt. lib. 5. n. 54.* atq; adeo
affectare quiſq; nõ debet, in quo vel intelligit, vel intelligere tenetur imperitiam ſuam

alijs periculoſam futuram, vt eleganter admonet Gaius *in l. idem iuris. § vltim. ff. ad l. Aquil.* cuius ratio vltra eos eſt: quia humana conditio imitari debet ea, quæ ſunt ſecundum naturam, vtpote quæ ſint ratione diuina ordinata. Atque ea vitio dantur, quę aduerſus ordinem naturalem fiunt. Hoc autem in omnibus rebus naturaliter inuenitur communiter, quod quælibet actio commenſuratur virtuti agentis, nec aliquod agens naturale nititur ad agendum id quod excedit ſuam facultatem. Si ergo indignus conſequitur officium, Doctoratus gradum, aut aliam dignitatem, conatur agere, quæ aut eius correſpondet meritis & virtutibus: & ſic nititur conſequi, quæ excedunt eius facultatem: peccat ergo præſumptione, quod & ipſum nomen inſinuat. Quam lethale crimen eſſe aſſerit D. Thom. 2. 2. *q.* 130 *art.* 1.

CAPVT IX.

RADICEM TERTIAE ARBORIS, HOC EST, EXPErientiam deſignat.

SVMMARIA.

1 *Experiētia paßiue in iudice eligēdo requiritur.*
2 *Fama bona in iudice requiritur.*
3 *Inſeri arborem noſtram oportet, vt ſapidiores ferat fructus.*
4 *Iudicem oportet in omnibus artibus eſſe peritū.*
5 *Experientia actiue in iudicibus requiritur.*
6 *Iudex diligi poteſt non nimis iuris peritus, modo experientiam habeat.*
7 *Stylus pro iure allegari poteſt, legibuſque derogat.*
8 *Stylus circa appellationis deſertionem.*
9 *Experientia facit artem.*
10 *Sapientia eſt filia vſus & memoriæ.*
11 *Experientiam in magnis rebus magis eſſe neceſſariam.*
12 *Experientia in iudicibus neceſſaria.*
13 *Et in nauigatione.*
14 *Et in bellicis.*
15 *Experientia in agricultura neceſſaria.*
16 *Expertis fidem eſſe adhibendam ſine demonſtratione.*
17 *Scientia nobilior eſt experientiâ.*
18 *Empirici medici an rationalib. præferantur?*
19 *Sapientia in quo diſtet à praxi?*
20 Theorica quid?
21 *Practica quid?*
22 *Iudex optimus eſſe nemo poteſt, qui caret ſcientia & experientia.*
23 *Radix ſuam impertitur naturam ei quod producit.*

TErtiam arboris noſtræ radicem dixi eſſe experientiam. Quæ in iūdicibus dupliciter poteſt conſiderari, tū paſſiue, tum actiue. Paſſiue † inquam, ſi de ſe alijs experimen-
1 tū tribuerit. Quod primas ille antiquæ Philoſophiæ Plato 6. *de legib. in princ.* agens de electione magiſtratuum mirè explicabat, inquiēs; *oportet eos qui magiſtratum accepturi ſunt ab adoleſcentia probatos fuiſſe, tam ipſos, quam ſuos vſq; ad ipſam electionem.* Id quod & Iuſtinianus noſter comprobans *in l. vlt. C. de offic. magiſtri mil.* reſcripſit cuidā militū magiſtro, his verbis: *Tuamq; magnitudinē, quæ nobis ex ante geſtis optimè commendata eſt, idoneā ad talē ſore dignitatem confidentes elegimus.* Idq; maximè in maioribus magiſtratib⁹ deligendis exquirer dū eſt, quippe cum ijs mandari debeant, qui in minorib. imperijs continentia & integritate famę pignora multa, magnaque dederint. Hoc idem ſentiens Gratianus *in c. Epiſcopum 61. diſt.* ait; *Non ſunt conſtituendi Reges, niſi quos multo ante nota, probabiliſque vita commen-*

da

dat. Fama † vtique præficiendi exquirenda eſt, tam ab jis, qui eum præficere curant, quã 2
ab ipſomet magiſtratu. Vt cui propria non ſufficiat virtus, niſi bono induatur nomine,
vt *auth. de ind. & vt nullatenus in princ. collat. 6. iuncta glo. in verb. atteſtationẽ. l. 3. tit. 4. p. 3. l. 1. &*
6. tit. 15. lib. 2. ordin. Scriptum eſt *Eccleſiaſtici. ca. 41. Curam habe de bono nomine, hoc. n. magis per-*
manebit tibi, quam mille theſauri pretioſi, & magni. Bona vitæ numerus dierum, bonum autem nomẽ
permanebit in æuum. Melius quippe eſt bonum nomen, quam diuitiæ multæ, repetitur *Prouerb. 22. &*
in l. 55. in fi. tit. 5. part. 1. Neque enim, vt cum Auguſtino loquar, audiendi ſunt viri ſancti,
qui cum de aliquo reprehenduntur, de quo male audiunt apud omnes, eorum ſalua cõ-
ſcientia permanente, coram Deo ſufficere ſibi conſciẽtiam aſſerunt, æſtimationem ho-
minum, non modo impudenter, verum etiã crudeliter contemnentes, animas cum alio-
rum occidant. *cap. non ſunt. 11. q. 3.* Conſcientia nobis, & fama proximis eſt neceſſaria, quo
fit, vt confidens conſcientiæ, negligens tamen famam crudelis dicatur. *c. nolo. 12. q. 1. & in*
l. 53. tit. 5. p. 1. Ex quo Apoſtolus *1. ad Timoth. cap. 2.* Teſtimonium, inquit, nos habere bonũ
oportet ab his qui foris ſunt. *c. iubemus, de conſecr. diſt. 1.* Vera enim gloria (teſte Cicerone
officiorum 2.) radices agit, ac etiam propagatur, ex quo Iſocrates plus tibi, inquit, curæ ſit
vt honeſtam famã, quam diuitias in generes liberis relinquas: nam hæ mortales ſunt, illa
immortalis, & per famã cõparari poſſunt opes: nunq̃ vero pecunijs fama redimitur. Itẽ
diuitiæ et improbis accedunt: at famæ gloria nõ poteſt, niſi ſolis eximijs viris cõtingere,
quamobrẽ ſapientis eſt famæ ſuæ longe diligentius, q̃ opib. ſuis, non minus vero diligẽ-
ter, q vitæ conſulere, minus ſiquidem damni & incõmodi accipit, qui pecuniam, aut etiã
vitam amittit, q̃ qui famam Pecunia n. amiſſa ſarciri poteſt, fama ſemel amiſſa in integrũ
reſtituitur nunq̃. Bene † ergo ſe habebit huius noſtri viridarij, hortulique cultor, ſi ex o- 3
ptima notaque arbore ramum, ſurculumue euellerit, humique fixerit: aut, quod fructus
inſitæ arboris ſapidiores ſunt ijs, qui ex denuo plantata colligũtur, alij inſerere curaue-
rit. Lege quippe naturæ vnumquodque generat tale quale ipſum eſt, quodque inſertum
eſt, facit poma ſuæ ſpeciei non poma radicis. Si igitur ex ante geſtis notus quis fuerit, ſui-
que experimentum dederit, inſeri arbori noſtræ, hoc eſt, magiſtratui proculdubio expe-
dieт. Dignitas enim cum ad expertum venit, eſt compenſatio meritorum, cum vero ad
incognitum, donum eſt, vt inquit Caſſiodorus *1. variarum, epiſtola 13.* opus autem eſt ad
notitiam ſui experimento. Quid enim quiſque poſſet, nemo ſciet alius, nec ipſemet, niſi
tentando didicerit, vt Seneca probat, *in libro de diuina prouidentia, cap. 4. de proſperitate.*
Adv. Valde quidem miror, vt repente inſitor euaſeris. Quid obſecro commune ha-
bet iuriſprudentia cum agricultura? Rel. Nihil prorſus. Sed nemo tam ſine oculis,
tam ſine mente viuit, vt quid ſit ſementis, aut meſſis, quid arborum putatio, & inſitio,
aut vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino neſciat, vt Cicero atte-
ſtatur *1. de oratore, n. 129.* Verum † ne iuriſperitum pudeat, hac cæteriſque artibus eſſe in-
ſtructum. Tantum abeſt, vt ipſi, ſiue iudex, ſiue patronus fuerit, earum obſit eruditio, vt 4
& non parum proſit, cum ad informandam ipſius vitam, tum ad inſtituendam Rempu-
blicam. Quarum ignoratione ſæpe videmus nonnullos rem male geſſiſſe & priuatam,
& publicam. Nam quo quiſque imperitior eſt, eo confidentius quiduis audet.
Rurſus † experientia in iudicibus conſideratur actiue, hoc eſt, quam ipſe fuerit ex alijs 5

conſo-

conſequutus. Hæc in quibuſque magiſtratibus gerendis ſummè eſt neceſſaria, *l. 1. §. ſed cùm ſit neceſſarium. C. de Iuſtin. Cod. confirm. authen. de iudicib. in princ. verſic. non enim, collat. 6.* vbi Imperator eorum iudicio nomina deteſtatur, qui legum peritia carent, cauſarum atque non habent experimentum. Plato *lib. 31. dialogo de republica tertio, col. 5.* bonos, aſſerit, iudices habere perinde oportet in ciuitate, atq; bonos medicos. Eſſe auté tales maximè quicunque fuiſſent cum ſanis plurimis plurimiſque ægrotantibus conuerſati. Iudicéſque ſimiliter, qui varia hominum ingenia eſſent experti, cauſarúmque plurium haberent experimétum. Quod & ius noſtrum Regium inſinuat *in l. 3. tit. 4. part. 3.* his verbis: *E que ayan ſabiduria para iuzgar los pleytos derechamente por ſu ſaber, o por vſo de luengo tiempo.* Imò, quod & amplius eſt, lex illa non requirit copulatè, ſciétiam, experientiámque, ſed diſiunctim &
6 ſeparatim. Ex quo † nimirùm appenditur, iudicem, licet iuris non ſit nimis peritus, magiſtratui præfici poſſe, modò ei non deſit cauſarum experientia. Id quod probat optime text. *in l. certi iuris. C. de iud. l. expertes. C. de decur. lib. 12.* vbi etiam Bart. *authen. de iudic. §. 1. coll. 6. l. quidam. ff. de re iudic. cap. ad audientiam, de conſuet.* Guillel. Duran. *in ſpeculo, tit. de iudice delegato. §. 8. n. 17.* Ex quo Ioan. Fab. *in proœmio Inſtitutionum. §. cumq;* aſſeruit, iudicé reijci non poſſe, quòd iuris fuerit imperitus, modò cauſarum ſit expertus, *arg. dicta l. certi iuris. C. de*
7 *iudi.* Nec id † tandé mirum cuiquam videri pōt, quando longæuus vſus cauſarũ, hoc eſt, ſtylus, poſſit æque vt ius allegari, cum ad litium ordinationem, tum ad earum definitionem, vt Card. Floren. probat *in Clemen. ſæpe. §. qua verò, de verbor. ſignificat.* Matth. Afflict. *deciſ. Neapolit. 76. n. 4.* & ante eos Bart. noſtratum primas *in l. iuriſperitos, in fin. ff. de excuſ. tut.* Ex quo idem Matth. Afflict. *deciſ. 253. ad fin.* ingenue fatetur, ſtylum táti eſſe vigoris, vt le-
8 gibus valeat derogare. Neapoli, † inquit, vſitatum fuiſſe ſtylum, vt appellatio non poſſit actis, cauſæq; proceſſu in curia producto, vt deſerta pronunciari, ſed ex eiſdem actis ſolent cauſæ merita inſpici, atque prout iuſtitia ſuadet definiri, ſitne bene an male ab inferiore iudice iudicatum, quod vtinam huius fori Regij admitteret praxis, ne ſummũ ius, quo non pauci ex Regijs iudicibus vtuntur, ſummam verteretur in iniuriam, pauperum maxime, & eorum, quibus non adeò ſuppetunt facultates, vt appellationem proſequi valeant in tempore à iure præſcripto. Qui dolis forſitan aut fallacijs aduerſariorum impetuntur, eis per ſe, aut per alium & forte cauſæ ipſius notarium, falſo perſuadétium ob nō proſequutam appellationem intra tempus à iure noſtro Regio ſtatutum, cauſam minime amiſſuros. Quod vt expertus loquor, non ſemel vidi. Legib. igitur, vt vnde egreſſa eſt, ſe referat oratio, per ſtylum non ſemel derogatur, vt Aymon Sabillianus probat *conſ. 201. num. 21.* Quid cum & iudex inique agere dicatur, ſi contra fori conſuetudinem pronunciet, vt *in l. vltim. ff. de teſtib.* Bart. *in authen. qui ſemel. C. quom. & quan. iud.* quibus addo
9 plurima circa ſtyli efficaciam per Doctores tradita *in cap. vltim. de conſuet.* Præterea † ſtylus ex nimia experientia procedit, quæ facit artem, vt inquit Philoſ. 1. *Metaph. cap. item. 1.* refert Bart. *in tit. de pace ten. in fin. prim. ipſ.* Hinc idem Philoſ. 8. *Politic. c. 6.* impoſſibile cenſuit eſſe, vel admodum difficile, vt qui opera ipſa non tractat perite, valeat iudicare. Boetius *lib. 1. de diſciplina ſcholarium* aſſeruit, parum prodeſſe ſcientiam abſque vſu, vſum verò abſque ſcientia multum. Ex quo nimirum iura omnia experientiam rerum omnium magiſtram appellant, *cap. quam ſit, in princ. verſ. ex rerum autem, de elect. lib. 6.* Cæſar etiam *in* *com men-*

commentarijs lib. 2. de bello ciuili, vſum rerum omnium aſſerit eſſe magiſtrum, cuius dictum
exclamat Caccialupus *in tract. de debitore fugitiuo. q. 9. num. 3.* vbi idem dixit de praxi per
tex. *in Clemen. Paſtoralis de re iudic.* Cicero de oratore *lib. 1. nu.* 8. Frequens, ait, vſus omnia
ſuperat præcepta magiſtrorum: *& ibidem num.* 73. ſubdit, ſtylum optimum eſſe, & præ-
ſtantiſſimum dicendi effectorē ac magiſtrum. Philoſophus pluribus in locis experien-
tiam ſingularium rerum eſſe adſeuerat cognitionem, artem verò vniuerſalium, nempè
1. Metaph. cap. item 1. & rurſus Phyſicorum 7. c. 3. ad fi. Hæc conſiderans Gregor. *in c. eſtote. in fi.*
1. quæſt. 1. Principes hortabatur, vt cum grauibus & expertis viris haberent conſilium. Vir
quippe in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit, enarrabit intellectum:
qui non eſt expertus, pauca recognoſcit, vt ſcribit Eccleſiaſt. *c.* 24. Denique vt cum Phi-
loſophorum Principe loquar, natura potentem, ars facilem, vſus promptum reddit ar-
tificem. Quibus † mirè concinit, quod Afranius Poeta ſcripſerat, ab Aulio Gellio *lib.* 10
noctium Atticarum 13. relatum, dicens, ſapientiam vſus & memoriæ eſſe filiam. Quo argu-
mento demonſtrat, qui ſapiens eſſe rerum humanarum velit, non libris ſolis, neque
diſciplinis rethoricis, dialecticiſque opus eſſe: ſed oportere eum verſari quoque, exer-
cerique in rebus communibus noſcendis periclitandiſque: eaque omnia acta & euenta
firmiter meminiſſe, vt proinde ſapere ac conſulere, ex his quæ pericula ipſa rerum do-
cuerunt, non quæ libri tantum, aut magiſtri per quaſdam inanitatis verborum, & ima-
ginum tanquam in ſomnio delectauerint. Id quod ipſe Afranius in togata, cui ſellæ no-
men eſt, his carminibus inſinuat:

Vſus me genuit, mater peperit memoria:
Sophiam vocant me Graij, vos Sapientiam.

Huc quoque ſpectat quod eleganter, vt cætera, inquit Tullius *Officiorum lib. 1. n.* 87. Rei
magnitudo † vſum quoq; exercitationemq; deſiderat. Imperatores enim & oratores, 11
quamuis artis præcepta perceperint, quicquā magna laude dignum ſine vſu & exerci-
tatione conſequi non poſſunt. Quibus non ab re iungi poſſet Marcelli ſententia *in l. ſer-
uis legatis. § ornatricibus. ff. de leg. 3.* dicentis, *Omne artificium per exercitium recipit incrementum.*
Vſus (inquit Guillel. Duran. *in ſpeculo, in tit. de libellorum concept. in princ. n. 3.*) & ars docent
quidquid omnes ſapiunt, *l. etiam Regni noſtri* 8. *tit.* 23. *part.* 2. Ad † iuris ergo & iuſtitiæ re- 12
gimen quis inficiabitur experientiam nimis eſſe neceſſariam? nemo ſanè, ni veritati ſe
opponere velit, & Auguſtino contradicere ad Bonifacium reſcribenti, *in cap. vt conſtitue-
retur, verſic. expertus credo.* 50. *diſtinct.* & Speculatori, quo in loco nuper citauimus. Iniquū
quippe † eſſet nauis gubernationem ei tradere, qui remum tenere non nouit, *c. ante.* 40. 13
diſtinct. Atqui † id certum eſt, Scipionem, Annibalem, Pyrrhum, Alexandrum, Pom- 14
peium, Cæſarem de re militari, meliùs diſſerere potuiſſe, quā eos qui de ea reſcripſere,
nec in acie verſati ſunt. Quamobrem, Annibal. fertur deriſiſſe Phormionē, coram ſe de
re militari diſputantem, qui nunquam vidiſſet acies: nec immerito quidem, ſcientia
namq; rei bellicæ excitādo acquiritur, quæ dimicādi nutrit audaciā. Nemo enim facere
metuit, quod ſe bene didiciſſe cōfidit, Dauidis teſtimonio, qui exercitatus in funda &
baculo occidit Philiſteum depoſitis armis, quibus fuerat armatus, quia in illis non erat
expertus, vt habetur 1. *Reg. cap.* 17. Hinc, vt ipſa nos docet experientia, in bellorū certami-

Digitized by Google

ne videmus paucitatem exercitatam ad victoriam eſſe promptiorem, rudem verò & indoctam multitudinem expoſitam ſemper fuiſſe ad cædem. Nam, vt Seneca inquit *ad Lucillum epiſt.* 13. qui poteſt athleta magnos ſpiritus ad certamen afferre, qui nunquam ſigillatus eſt? Ille igitur qui fudit ſanguinem ſuum, cuius dentes crepuerunt ſub pugno, ille qui ſupplantatus aduerſarium toto tulit corpore, nec proiecit animum proiectus: quique quoties cecidit contumacior ſurrexit, magna cum ſpe deſcendit ad pugnam. Multum enim adijcit ſibi virtus laceſſita. Corpus vtique (teſte Hieronymo) aſſuetum tunicis loricæ, onus non fert: caput opertum linteo, galeam recuſat. Mollem otio ma-
15 num durus exaſperat capulus. Hinc † etiam Columella *lib.* 1. ſcribens ad Siluinũ, ipſum inexpertum de agricultura diſputantem carpit, dicens: *Scriptorum monumenta eiuſmodi magis inſtruunt, quàm faciunt artificem. Experientia dominatur,* inquit, *in artibus: nec vlla eſt diſciplina, in qua non parando diſcatur.* ADV. Scio experientiam omnibus in rebus ſummè eſſe
16 neceſſariam, nec † minus eſſe cenſeo expertorum ſententijs inhærendum ſine demonſtratione, quam demonſtrationibus ipſis, vt Ariſtoteles etiam atteſtatur, *lib. Ethicorum* 6. *c.*11. Adrianus *quodlibeto* 2. *puncto* 3 *col.*1. Verùm, ſi credimus Alberico practicæ patri *in ſuo*
17 *dictionario, in verb. argumentum, col.*7. experientia † licet ſit nobilior eloquentia, nõn tamẽ eſt præſtantior ſcientia. Congruentiùs igitur fiet, ſi iuriſperitis magiſtratus mandentur, abſque experientia, quam ſi expertis tantùm. Quandoquidem experientiam & praxim cauſarum multitudine & expeditione breui acquirent, ſcientiam autem non ita breui. Quod & Cicero confirmat *ad Herennium lib.*2. *n.*37. cum eleganter ait, initia inuentionis
18 ab arte debent proficiſci, cætera facile cõparauit exercitatio. Verum † id mihi exploratum velim, vtrum empyrici (qui ſola medebantur experiẽtia, neq; humanam naturam cognitam habebant, nec morborum cauſas inueſtigabant, cuius Empirices inuentor primus fuit Philinus Cous, teſte Galeno) an verò methodici vel rationales, quorũ Princeps extitit Hippocrates, qui naturam morborumq; callebant cauſas, aptiores ſint medici? REL. Ego ſanè morbo cum afficerer rationalem potius medicinæque peritiorem accerſirem, practicum tamen illum & expertum, quàm empyricum tantum. At cum arte medendi peritiſſimus, praxi experientiaque careret, proculdubio empyricum potiſſimè diligerem. Num quæſo, ſi iter eſſes quopiam initurus, à quibus tandem de itinere perconctareris? vtrum ab ijs qui iter illud nunquam vidiſſent, quamuis lectione, aut ab alijs audiſſent, an qui aliquando confeciſſent? ADV. Ab his qui confeciſſent. REL. Tu te
19 ipſum iudicaſti. Ita † ſiquidem ſcientia diſtat à praxi, ſicut tactus à viſu intellectuali. Per theoricam enim videmus, ſed per practicam guſtamus digeſtos rerum exitus. Quia experientia eſt tanquam lapis quo probatur aurum, teſte Galeno, quem refert Ang. *conſ.*
20 110. *cuius exordium, ſanctiſſima num.*4. Præterea † theorica, vt inquit Bald. *in l.* 1. *in princ. ff. de iuſt. & iur.* eſt ſpeculatio veritatis. Hæc domeſtica lectione & iugi ſtudio quæritur, hæc nudam quandam & ab actione remotam intelligentiam præſtat. Practica † autem eſt, qua locos ipſos, quos domi adnotauerimus, ad propoſitas & particulares quæſtiones longa exercitatione applicare didicimus. Non enim, teſte Cicerone ad Trebatium, ex eo quod omnia quæ legerimus intellecta à nobis fuerint, continuò tamen, ſi exercitatione non iuuentur, poterimus ipſa illa media quibus ſit cauſæ ſuccurrendum facile adinue-

inuenire ac proponere. Denique † ciuilis ſapientia ita exercitatione perficitur, vt tamen 22
non minus ipſa exercitatio ſcientiæ coniunctionē deſideret, vt proculdubio conſtituēdum ſit optimum iudicem, ac etiam patronum fuiſſe, non poſſe, aut eſſe neminē, qui nō vtriuſq; præſidio fuerit maxime adiutus. Quare carpendi ſunt nimis aduocati, qui abſq; ſcientia & experientia in Regio foro aduocare incipiunt, quanquam longe illis mōſtroſius ſit, qui inſuper & ad munus iudicandi, cū ſint omnis iuris imperitiſſimi & inexperti, ſeſe ingerunt. Et in † ſumma his tribus radicib. deficientibus, timore videlicet Dei, ſciē- 23
tia, & experientia, aut aliqua earum in arbore noſtra, hoc eſt, iudice, eis ve amputatis ramos decidere, truncumque & frondes ſimul & fructus areſcere opus eſt, eis autem viridibus permanentibus, omnes aliæ arboris partes eius radicis naturam à qua procedunt & hortum habet, vt ſequantur neceſſe eſt. Forma enim & origo quæ à radice ducitur in quolibet deriuatore reperitur, *l. in ratione. la 1. §. ſi filio, ibi, Formam & originem. ff. de ad legē Falcidiam. l. qui id quod. in prin. ff. de donat. l. tutor. ff. de fideiuſſ.* Animaduertant igitur huius pomarij cultores, ne arborem humi figant, cuius non habuerint notas prius radices. Quia ex lege naturæ vnum quodque generat tale quale ipſum eſt.

CAPVT X.

STIPITEM ARBORIS NOSTRAE ESSE AVthoritatem declarat.

SVMMARIA.

1 *Truncus fortitudinem repræſentat, & authoritatem in iudice.*
2 *Iudicis authoritas circa leges condendas.*
3 *Senatus leges quando poſſit condere.*
4 *Iudicum authoritas circa legum executionem & applicationem.*
5 *Iudices in nihilo differre à Principe.*
6 *Principes maiorem in perſonas obtinēt authoritatem, quam iudices.*
7 *Princeps ſolus ponit & deponit iudices.*
8 *Principi reſeruata.*
9 *Iudicis iniquitas in populi perniciem recidit.*
10 *Honor iudicibus impendi ſolitus.*
11 *Iniuria iudicis atrocior cenſetur, quam quæ priuato fit.*
12 *Magiſtratum neceſſarium eſſe, & naturæ conuenientem.*
13 *Magiſtratus apud Gentiles honore habiti.*

ADVOCATVS.

BREVIBVS Colophonem impoſiturum policitus es: quod haud ſic fieri cerno, imo te modo inchoare autumo. Vereor ne id moleſte ferat præfectus noſter. Perge porro, arboriſque tuæ reliquas expone partes. REL. Propoſita hæc expoſcunt, neque me ſinunt eſſe breuiorem, ſed quam potuero citius me expediam. Cæterum † cum de ſtipite, 1
ſeu trunco nobis ſit agendum: operæ pretium eſt, vt exponamus, quid ſtipes in iudice repræſentet. Nempe fortitudinem & authoritatem. Nam ſi in terra feraci & vberrima arbor infodiatur, eaque optimas emiſerit radiculas, nimirum, ſi ſtipitem fortem, amplumque, & procerum produxerit. Cuius altitudine authoritas iudicis ſignificatur, &

latitudine fortitudo. Primum itaque, vt de authoritate iudicis aliquid diſſeram; illud
pręmitto, quo quiſque altiori præpoſitus ſit magiſtratui, eo maiorem obtinere digni-
2 tatem & imperium. Iudicibus † à lege illud inprimis authoritatis tribuitur, vt legibus
condendis adſint, vt *in proœmio Inſtitutionum*, §. *cumque ibi, vt ipſi noſtra authoritate compo-
nant. humanum. C. de legib. 1. ff. eod. tit.* vbi Imperator ad condendas leges procerum &
ſenatorum deliberatione procedit *l. 3. tit. 1. part. 1.* & *l. 5. eod. tit & lib. l.* §. *iubemus. C. de veter.
3 iur. enuclean.* Quas † ſenatoribus, hoc eſt Regijs conſiliarijs tantum, & non alijs Princi-
piſque authoritate, non alias facere licet, vt *in d. l. humanum. C. de legib. & l. vltim. eod. tit.
l. 8. tit. 1. part.* 1. modo Principes abſens non ſit, in eius quippe abſentia licebat olim ſena-
tui, eo inconſulto, leges condere. *non ambigitur. ff. de legib.* §. *lex. Inſtit. de iure natur.* In no-
ſtra vero Hiſpania fas non eſt ſenatoribus leges edere, inconſulto Principe, ſiue præ-
4 ſens fuerit, ſiue abſens. *l. 12. tit. 1. de legibus. part.* 1. Circa † leges autem conditas interpre-
tandas, & exequendas, maximam obtinēt authoritatem (interpretandas, inquam, eas
ad caſus particulares) de quibus controuertitur applicando, æquales fere in hoc ſunt
ipſimet Principi, vt tradit Innoc. *in cap. cum dilecta, nume. 2. de reſcript.* Atque adeo id eſſe
5 verum conſtat: quod in nihilo fere iudex differat à Principe. Conueniunt † namque,
re, authoritate, præmio, vel pœna. Re ſunt æquales, quippe quorum eadem ſit con-
ſcientia, vt Innocent. probat, quo in loco nuper citauimus. Princeps ſiquidem iudicibus
ſuam committit conſcientiam, vt in pacifico ſtatu, degere curet ſibi ſubditos, quod
proprium eſt vnicuique reddentes, *auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. fiant*, §. *quod autem.
collat. 2. &* §. *interdicimus, verſ. oportebit. l. etiam Regni noſtri. 1. tit. 4. par. 3. lex item. 1. in fin. tit.
15. lib. 2. ordin.* Conueniunt quoque authoritate, vt quorum poteſtas ſit ampliſsima &
iuriſdictio latiſsima, quippe qui vitæ ſimul, & cenſus hominum, ſibi ſubditorum pe-
nitus ſint domini conſtituti. *l. 1. & l. imperium. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* nam ſecundum A-
6 poſtolum, qui me iudicat, dominus eſt. Verumenimuero † nemo negare poterit, Prin-
cipem in perſonas maiorem habere quam iudices poteſtatem & imperium, iuxta ſen-
tentiam Apoſtoli, Deum timete Principem honorificate, ſubditi eſtote omni humanæ
creaturæ propter Deum, ſiue Regi tanquam præcellenti, ſibi ducibus ab eo miſsis ad
vindictam malefactorum. *c. ſolita, de maior. & obed. c. omnis anima. de cenſ. c. quam magnam.
7 11. q. 1. l. 5. & 6. tit. 1. p. 2.* Princeps † enim ſolus ponit, & deponit iudices, *authen. de iud.
& vt nulla. in princ. l. 2. titul. 4 part. 3. l. 2 tit. 1. part. 2.* in verbo: *E aun a poder de poner adelanta-
dos. l. 22. tit. 9. par. 2. l. 17. tit. 4. p. 3. l. 1. tit. 13. lt. 2. ordi.* tex. optimus *in l. 15. lib. 2. ordinat.* cuius
verba ſunt. *Tenemos por bien, que todos los iuzgadores para librar los pleytos ſean pueſtos nueſtra
mano, o por los Reyes que deſpues de nos vinieren: porque aquellos que ſon llamados iuezes, o Alcaldes
ordinarios para librar los pleytos, no los puede otro poner, ſaluo los Emperadores o los Reyes, o quien el-
los lo otorgaſſen*, Traditur per Petrum Nunnium, *de mand. exequend. cap. 1 n. 7.* Did. Couar-
ru. *lib pract. queſt. c. 4. n. 3.* Ex his ergo conſtat Principem maiorem obtinere dignitatem &
8 authoritatem circa perſonas, quam ipſos iudices. Alia † inſuper ſunt Principi reſerua-
ta in ſignum ſupremæ poteſtatis, quæ clariſsime enumerat Chaſſaneus *in catalogo glor.
mundi. 5 par. conſid. 24.* & omnium ampliſsimè Reſtaurus Caſtaldi *in tractat. de Imperatore.
q. 110.* vbi tercentum & triginta enumerat caſus ad quem lectores relego. Tertio † con-
ueniunt

neniunt pœna vel premio. Quandoquidem propter culpam iudicis eius imperitia, vel
malitia commiſſam reuelatur ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam 9
hominum, qui veritatem Dei in iuſtitia detinent: vt inquit Apoſtolus *ad Rom.* 1. hæc ira
Dei cadet proculdubio ſuper Principem & populum ipſosque iudices inique munera
miniſtrantes: ſcientia carentes, verſutia, & cupiditate abundantes: comprehendetque
nimirum nos maledictio, de qua *Eſai.* 5. *& in cap. vt qui dicitis.* 11. *quæſt.* 3. Præterea † iu- 10
dicibus, aliisque magiſtratibus propter præcipuam quam habent gubernandæ Reipu-
blicæ curam, maximus ſemper à maioribus noſtris honor haberi conſueuit, quod Calli-
ſtratus inſinuat *in l. ſemper, in prin. ff. de iure immuni.* ſummus Pontifex *in ca. vt debitus, de ap-
pellat.* Quibus concinit text. *in l.* 3. §. 1. *ibi, iure honoris. ff. quod metus cauſa, & in l.* 1. *& in l. obſer-
uandũ, in fi. ff. de off. præſ. & in l. vlt. in pr. C. quan. prou. non eſt nec. l. cui muneris. ff. de muu. & bon. l.* 1.
C. ſi quacunq; præd. pot. l. 1. *in princ. & ibi Bal. C. ſi rector prouinciæ, c. paſtoralis, ibiq; Ioan. Aud. de offi.
ord.* Tãta vtiq; iudicib. tribuitur authoritas, vt ab omnib. ſtatutum ſemper fuerit eſſe ho-
norandos. Sic lege decemuirali, quã 12. vocant tabularum, *c.* 1. *de magiſtr. ciuil.* ſancitũ eſt in
hæc verba. *Iuſta imperia ſunto, iiſq; ciues modeſte ac ſine recuſatione parento. Magiſtratu, nec obediẽ-
tẽ nocuum ciuẽ mulcta, vinculis, verberibusue coercento, ni paret maiorue poteſtas, populusq; prohibu-
eſſit ad quos prouocatio eſto,* huius meminit ſanctionis Cicero 3. *de leg. n.* 7. vbi & illud præter-
ea addit, Charondã inter ſuas leges hanc quoq; ſanxiſſe, ciues vt obtẽperent, obediantq;
magiſtratibus, ac ẽt eos colant, diligantq;. Leges itẽ omnes atq; Pontificum ſanctiones,
q̃ de magiſtratibus, eorumq; munere tractant, hoc idẽ præcipere noſcuntur. Nempe q̃
de ſenatoribus, de officijs Conſulis, Præſidis, Præfecti Prætorio, de iuriſd. omn. iudic. ſi-
quis ius dicenti non obtẽperauerit, tractãt, & cæteris id genus titulis, q̃ Iuſtiniani Codi-
dice, & in Pandectis habentur. Demũ veteris ille Philoſophiæ clariſſimũ lumẽ Plato 6.
de legibus, memoriæ prodidit, poſt Deos immortales eos homines ſecundas & honoris &
gloriæ ſedes decere, qui publici muneris magiſtratus gerunt, & egregia ſua virtute atque
induſtria cæterorũ vitam moderantur. Quo † nimirũ fit, vt atrocior & contumelioſior 11
cenſeatur iniuria q̃ fit magiſtratui, quã quæ priuato, ob idq; magis punienda, vt Ariſt. atte-
ſtatur *lib. Problematon* 19. *c.* 14. *ad fin. l. prætor.* §. *vlt. ff. de iniuriis.* Tiraq. *de nobil. c.* 28. *n.* 6. Porro † 12
nihil grauius dici potuit, & naturæ conuenientius, quã neceſſarium eſſe magiſtratum, cui
omnes obtẽperent. Nam quid ꝓdeſt, multas habere leges, niſi ſint qui moderentur, exe-
quantur, recteq; diſtribuant? Quo circa Pomponius *in l.* 2. §. *poſt originem. ff. de orig. iuris,* lo-
quens de magiſtratibus. Quia, inquit, vt expoſuimus, per eos qui iuri dicẽdo p̃ſunt effe-
ctus rei accipitur. Parum eſt n. ius in ciuitate eſſe, niſi ſint qui iura reddere poſſint. At ſta-
tutum ſine effectu ꝓ non facto habetur, *l.* 1. §. *hæc verba. ff. quod quiſq; iuris,* vbi late Iaſon. 3.
notab. & rurſus *in l. cũ quædam.* §. *quoties. ff. de iuriſd. omni. iudic.* Quin † & apud Ethnicos plu- 13
rimũ honorabantur, author eſt Roder. Zamor. *in ſpeculo vitæ humanæ lib.* 1. *c.* 13. Nam vt Va-
lerius ait, Apollo requiſitus de iuſtis magiſtratibus, reſpõdit ſe neſcire vtrũ Deorũ nume-
ro, an hominũ aggregari debent. Atq; adeo hoc exercitiũ apud eos veneratum fuit, vt il-
lud omni potentatui præferrent. Nulla demũ gens tam impudens vnquã fuit, quæ pror-
ſus imperium repudiaret, quãuis ſæpe nõ tam regni vitio, quã Regis mutatum fuerit. Qui-
bus n. Regia poteſtas, qua omnes ab initio vſi fuerunt, non placuit: nõ ij nemini, ſed vni

parere noluerunt. Nec hominem cenſeri quidem, legitima poteſtas diſpliceat aſſentit Cic. 3. *de legib.* Nec magis, teſte Oldendorpio, ciuitates ſine magiſtratu, quam nauis ſine gubernatore eſſe poteſt ſalua.

CAPVT XI.

IVDICVM AVTHORITATEM ET POTESTATEM demonſtrat.

SVMMARIA.

1 *Iudicis locum agunt Principes.*
2 *Iudices libentius audiendi ſunt à Principe quã priuati.*
3 *Iudices vice Dei funguntur & authoritate.*
4 *Iudicum bonorum laus, vtilitas, & honor.*
5 *Magiſtratus in ſeſſionibus aliis præponuntur.*
6 *Filius iudex præfertur patri in honoribus.*
7 *Iudices in congregationibus aliis præponũtur.*
8 *Magiſtratus eſt lex loquens, lex autem munus magiſtratus.*
9 *Iudicum poteſtas non eſt ſupra legem.*
10 *Iudicis factũ & legis pari ratione procedunt.*
11 *Iudicis poteſtas quandoque ſupra legem.*
12 *Iudex ex officio plurima facere poteſt, etiamſi nemo id petierit.*
13 *Iudices ſuo ingenio augere debent dignitatem & authoritatem ſui muneris.*
14 *Iudicibus conſilium datur ex Cicerone.*
15 *Nobilis & in dignitate cõſtitutus magis quam plebeius peccat, grauiuſque punitur.*
16 *Nobilium & principum vitia trahuntur in exemplum.*

QVID demum † de iudicum authoritate eſt diſceptandum? cum Principis locum
1 repræſentent. *l. 1. in fin. tit. 15. lib. 2. ord. l. ius ſenatorum. C. de dignit. libr. 12.* cuius verba ſunt: *Ius ſenatorum & authoritatem eius ordinis (in quo nos quoſque ipſos numeramus) neceſſe eſt ab omni iniuria defendere.* Hinc † eſt, quòd libentiùs audiendi ſunt iudices à Principe, quam
2 priuati, ne Adminiſtratorum decreſcere videatur authoritas, ſi eorum conſulta veluti profanorum preces à Principe cõtemnantur, *l. vlt. C. de offic. vicarij & præfecti.* Quid † vti-
3 que hæc cõmemorari oportet? cum Dei vice & authoritate fungantur iudices, tanquam eius miniſtri, vt *in cap. nec is 15. q. 1. c. non ſolum. 23. q. 5. & in ſpeculo vitæ humanæ lib. 1. c. 13.* vide quam pulchre hæc accedant ſententiæ Apoſtoli *ad Rom. c. 13.* qui tradit poteſtatẽ ordinationẽ Dei eſſe. Quis igitur non optẽperabit ius dicenti authoritate omnipotẽtis Dei? nõ ſolũ certe obtẽperare, obedireq; magiſtratib. æquiſſimum eſt, ſed etiã eos colere & diligere, vt Cicero, veræ lucis ignarus, admonuit, 3. *de legibus.* Nam ſicut qui imperat paruerit aliquando neceſſe eſt, ita & qui modeſte paret, videtur qui aliquando imperet dignus eſſe. Quod † enim præclarius digniuſque inter mortales exercitium excogitari poteſt, q̃
4 vnum hominẽ in republica reperiri, inquit Cicero, qui cõmunia pro ſuis, & ſua pro cõmunib. habeat? qui cõmuni vtilitati ſeruiat? qui velit & ſciat perſonã ciuitatis gerere, dignitatẽ decuſq; ſuſtinere? Certe cum nõ modo gloriam & honorẽ, ſed & vtilitatẽ conſequi, quam notiſſimum eſt. Huiuſmodi homines Deo pariter & hominib. acceptiſſimi ſunt. Scripſit vtiq; Pſalmiſta *Pſalmo 105.* *Beati qui faciunt iudicium & iuſtitiam omni tempore,*

& Sa-

& Salomon; *Qui cuſtodit & iudicat iuſtitiam, ipſe exaltabitur.* Et alibi, *Iuſtitia eleuat egentem.*
Vnde & Iſidorus, *Magna*, inquit, *eſt laus rectè iudicantis, qui ſicut nocere ciuibus neſcit, ita prodeſ-
ſe omnibus nouit.* Alijs enim præſtat cenſuram iuſtitiæ, alios æquitate iudicij ſine perſona-
rum acceptione ſuſcipit, neque infirmat iuſtitiam auaritiæ flamma. Et paulo poſt ſub-
dit; *Hi ſunt veri iudices, qui ſicut de iuſto iudicio ditari non appetunt, ſic æterno premio coronantur,
honorem etiam maximum conſequuntur, c. vt debitus iunct. a gloſſ. de appell.* Vt † quos ſedere præ 5
alijs oporteat, *c. Epiſcopus. 95. diſt. auth. de iud. §. ſedebant. coll. 6.* imo ad id ratione officij co-
guntur ſecundum Ang. ibi. per text. *in auth. vt ab illuſtribus. §. ſancimus coll. 5. & in l. 1. C. de
offic. ciuil. iud. & l. vlt. C. de offic. diuerſ. iudic. l. quiſquis. §. vlt. C. de poſtulan. l. 1. §. ſedendi. C. vbi ſenat.
vel clariſſ.* Guill. Duran. *in Speculo tit. de ſententia. §. iuxta, verſic. item eſt nulla rationi modi.* Po-
ſtremò † tantus honor à veteribus impendi magiſtratibus ſolitus eſt, vt etiam ipſi à pa- 6
rentibus (ceſſante omni lege naturæ) vt ſuperiores reuerenter colerentur, vt *in l. ille à
quo. §. vltim. & l. ſeq. ff. ad Trebellian.* vbi Accurſius adfert concordantes, & *in l. poſt liminium.
§. filius. ff. de captiuis.* Hinc Aul. Gell. *lib. noctium Atticar. 2. c. 1.* referebat in huius rei teſtimo-
nium exemplum cuiuſdam præſidis Cretæ prouinciæ viri clariſſimi, cui pater ceſſit ac
præſtantiorem locum dedit, quod Tiraq. late proſequitur, optimeque intelligit *in ſuo no-
bilitatis lib. c. 38 n. 8. & deinceps.* Item † in proceſſionibus, pompis, ferijs, & congregationi- 7
bus, vt quibus intereſſe tenentur, alios anteire, vtcunque illuſtres, notiſſimum eſt, vt *in
l. ſi quando. C. de ſtatuis, & imag.* Et in † ſumma nihil ferè differunt magiſtratus ab ipſis le- 8
gibus. Quas mutum magiſtratum Cicero appellat *in ſuo de legibus libro*, magiſtratum au-
tem legem inquit eſſe loquentem. Et hoc Cælius ſentiens *lib. poſt Ariſt. 12. lectionum anti-
quarum. c. 46.* Ire, ait, ad iudicem eſt, ire ad ipſum ius. Vt qui animata debeat eſſe lex, hoc
eſt, ſanctus, inadulabilis, inexorabilis, erectus, & terrificus. A D V. Imo, ſi placet. Lex † 9
eſt ſupra magiſtratum, non econtra. Nam, vt Cic. ait. 3. *de legib. n. 5.* Vt magiſtratibus leges,
ita populo præſunt magiſtratus. Authoritas quippe iudicis legis authoritati non dero-
gat. *l. 1. ff. de ferijs*, vbi Bald. num. 2 illum text. appendit *iunct. a gloſſ. in verbo derogare oportet:*
quod Prætor, Præfectus, vel Conſul, vel etiam legatus à latere, qui poſſunt conſtitutio-
nes & ſtatuta facere in ſuis prouincijs, non tamen poſſunt procedendo tollere iudicio-
rum ordinem, neque iuri partium derogare. Quod probat authoritate gl. *in Clem. ſæpe, in
verbo. mandamus, de verb. ſignific.* non enim plus licet iudici, quam legi, vt Bald. dixerat *in l.
vt. . orum n. 2. ff. de poſtulan.* Nec item maioris eſt potentiæ, quam lex, teſte Paride *de ſyndi-
catu. §. iudices puras. n. 28.* qui antea dixerat *ibidem n. 5.* quod iudex omnia facere tenetur per
regulas artis, hoc eſt, per leges & conſtitutiones, alias punitur, neque eum releuat præ-
tenſa conſcientia, iniuriam quippe facit legibus earumque latori, qui vult ſe meliorem
videri quam ipſæ leges, *auth. de iudic. §. oportet, coll. 6.* Denique iudex non dicitur poſſe, niſi
quod de iure poteſt *gloſſ. in l. 1. C. quo. & quam. iudex.* debet ergo ſequi formam legis, non
ab ea recedere. *l. quæ ſub conditione. §. vlt. & ibi Bald. ff. de condit. inſtit.* quia miniſter legis eſt,
vt ibi per eum. R E L. Fateor ſane iudicem non eſſe ſolutum legibus: attamen † eius 10
factum & legis pari ratione procedunt, vt *in l. ſeruus hac lege. ff. de manum.* Bald. per illum
text. *in l. data opera, n. 19. in fin. C. qui accuſat. non poſſ.* Viua enim vox legis dicitur iudex, *l.
nam & ipſum. ff. de inſt. & iur.* Vbi dixit Bald. quod Prætor ſe habet ad ius ciuile, quandoq;
vt maior

Digitized by Google

vt maior prælator, quando ius corrigit: quandoq; vt ſocius, quando adiuuat: quandoq;
vt pædagogus, quando recitat. §. *de conſtit. Inſt. de actio.* Porrò quod à iudice fit, ab ipſamet
lege fieri dicitur, vt eleganter inquit Bald. *in l. etſi ſeuerior, n. 9. C. de infamibus.* Iuriſconſul-
tuſque verbum iudicis, verbum eſſe legis adſcuerat, *in l. 4. §. duas. ff. de damn. infecto,* Bald.
in dict. l. & ſi ſeuerior. in fin. n. 11. vbi dixit eius poteſtatem, tanquam miniſtri Reipublicæ, le-
11 gis poteſtati adæquari, Paris à Puteo *de ſyndic. tit. de offic. ſyndicator. in princ. n. 6. & 7.* Quin †
etiam quandoque iudicis factum eſt ſupra legem, quandoquidem ex cauſa ei liceat le-
ges tranſgredi. *l. & ſi ſeuerior. & ibi Bald. C. de infam. l. quid ergo. § pœna grauior ff. de his qui notan.
infa.* de quo infra latius. Quare non immerito Plato ſæpenumero magiſtratus optimos
legibus anteponit, vt Marſilius Ficinus aduertit *in argumento libr. 21. de fortitudine eiuſdem*
12 *Platonis.* Quandoque † iudices ſupremam habent poteſtatem aliquid faciendi & exe-
quendi, quamuis id in controuerſo non fecerint iudicio. Nam ſi domum iudex viderit
ruinoſam dominum eius captis pignoribus, & multa indicta cogere poteſt, vt reficiat, *l.
præſes. ff. de offic. præſid. l. procuratoris. ff. de damno infect.* ne vrbs deformetur. *l. ſi vt propoſuis. C. de
ædific. priu.* Vel cogitur eam vendere vt reficiatur. *l. lege. ff. ad Sillan. l. 1. ff. quib. ex cauſ. ſerui pro
præmio libert. accip.* & alia inſuper facere id genus poteſt, quæ refert Paris à Puteo *de ſyndi-
catu, in verbo, iudicis ſuprema poteſtas.* Denique magiſtratuum hæc eſt vis atque poteſtas vt
præſint, præſcribant, quæ ſunt recta, & vtilia coniuncta cum legibus. Qui quidem, ſi ſer-
uata legis litera, repugnantis conſcientię veritatem ſupplantauerint, animam occidunt,
eorumque iudicium ſordeſcit, quia ab ipſis legibus damnatur, quibus præcipitur, verba
legis non eſſe calumnianda, ſed qua mente dicta ſunt cõſideranda. *l. pen. ff. ad exhib.* quod
& nos Deo annuente infra opportunius enucleabimus. Vtcunque † ſit iudices ſum-
13 mopere curare debent, vt authoritatem dignitatemque muneris ſuo ingenio augeant,
ne contemptibiles videantur, vt Iuriſconſultus eleganter admonet *in vulgata. l. obſeruan-
dum. ff. de offic. præſid. l. nec quiquam. §. circa aduocatos. ff. de offic. proconſ. & leg.* vtque honore
ſint contenti, quem ex magiſtratu conſequũtur, vtilitatẽ ſibi ſubditis reſeruantes, iuxta
conſilium Valerij *lib. 4. c. 3.* quod refert Luc. de Penna *in l. 2. C. vt dignit. ordo ſeru. lib. 12.* Ve-
rũ † ne iudicibus, poteſtatẽ & authoritatẽ ſibi traditã vltra iuris metas protendentibus,
14 ita late liceat laxare habenas, ſi placuerit Ciceronẽ adeãt, qui certè *in oratione pro Cluentio
n. 128.* locum magiſtratibus perſtringit, inquiens: *Eſt enim ſapientis iudicis cogitare tantum ſibi
à populo Romano eſſe permiſſum, quantum commiſſum ſit & creditum, & non ſolum ſibi poteſtatẽ da-
tam, verũ etiam fidem habitam eſſe meminiſſe, poſſe quem oderit abſoluere, quẽ non oderit cõdemnare:
& ſemper nõ quid ipſe velit, ſed quid lex & religio cogat cogitare. Animaduertere qua lege reus citetur,
de quo reo cognoſcat, quæ res in quæſtione verſetur. Cũ hæc ſunt videnda, tũ vero illud eſt hominis ma-
gni atq; ſapientis, cũ illam iudicandi cauſ... tabellam ſumpſerit, non ſe putare eſſe ſolum, nec ſibi quod-
cunq; concupierit licere, ſed habere in conſilio legẽ, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autẽ, odiũ,
inuidiã, metum, cupiditateſq; omneis amouere, maximeq; æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quam ab
Dijs immortalibus accepimus, quæ à nobis diuelli non poteſt.* Hæc ille. Quo † nimirũ fit, vt in pœ-
15 nis fori pœnitentialis, quod & forum conſcientiæ appellant, magis puniendus eſt nobilis, &
in dignitate cõſtitutus, vt qui plus cæteris per omnia parib9 peccare videtur, tũ quia ma-
gis cõtemnit, qui pl9 recipit à Deo, nec recognoſcit: atq; adeo maior eſt ingratitudo illi9.
Ex quo illud imprimis iſtis animaduertendum, & in ſcrinio pectoris penitiſſime recon-

dendum.

dendum, *Sapien. 6. Audite Reges terræ, & intelligite. Diſcite iudices finium terræ. Præbete aures vos,*
qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eſt à Domino poteſtas
vobis, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cum
eſſetis miniſtri regni illius non recte iudicaſtis, neque cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, nec ſecundum volunta-
tem Dei ambulaſtis. Horrende & cito apparebit vobis: quoniam iudicium duriſſimum in his qui præ-
ſunt fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur. Tum † 16
item quod nobilium & in dignitate conſtitutorum peccata trahi ſolent ab inferiori-
bus in exemplum, vt inquit text. *in cap. cũ quidam, in princ. de iur. iuran.* vbi glo. Imol. Felin.
& alij ex hoc dicunt quod diximus, magis iſtos puniendos in foro pœnitentiali, & alius
text. *in c. ſicut, & in ca. paſtor. 2. q. 7. & c. ex merito. 6. q. 1.* & omnium optimus *in ca. præcipue. 11.*
qu. 3. quem aureum dicit Barbat. *conſ. 40. clementiſſimum, col. 6 lib. 4.* tex. etiam *in c. magnæ de*
voto, vbi ad hoc citat gl. & *in d. c. ex merito*, illud Claudiani eius tamen nomine tacito, *com-*
ponitur orbis Regis ad exemplum. & alia in hanc rem congerit Tiraq. *de nobil. c. 20 n. 131. & ſeq.*

CAPVT XII.

STIPITIS LATITVDINEM, HOC EST, FORTITV-dinem & integritatem inſinuat.

SVMMARIA.

1. *Fortitudo in iudice & integritas.*
2. *Fortitudinis diffinitio.*
3. *Integritas quid?*
4. *Arboris ſtipes ampliatur radicibus coalitis.*
5. *Fortitudo timore Dei augetur.*
6. *Charitate iudices indui oportet.*
7. *Fortitudo ſciẽtiâ roboratur, & exercitatione.*
8. *Fortitudo maiorum exhortatione iuuatur.*
9. *Et ducis laudibus augetur.*
10. *Et iuſtitiâ fouetur.*

PER arboris autem noſtræ ſtipitis latitudinem fortitudo Iudicis & integritas deſi-
gnatur. Qua non facile ad flatum venti cuiuslibet flecti agitarine poſſit. Tali † ergo 1
debet arbor noſtra, hoc eſt, iudex, conſtare ſtipite, vt fortis ſit, integer, & immobilis vt
columna *cap. re vera. 3. q. 9.* haud enim flecti debet contra legem, ſed eius integritatẽ cu-
ſtodire, vt *in auth. de trien. & ſemiſſe, § ſi quis, coll. 3.* Iudicem itaq; perinde atq; neruum eſſe
oportet, qui non frangitur, & ſi plicatur, non extenditur, nec lenteſcit. Quippe qui fle-
ctitur iudicis nomen non meretur. *c. forus, de verb. ſignific.* ADV. Quam appellas fortitudinẽ
& integritatem? REL. Tibi licet ſit notiſſimum, ne me id latere credas. Reſpondeo cum
Thoma Aquinate, 2. 2. *qu. 123. art. 2.* Fortitudo † eſt, quæ firmitatem & integritatem præ- 2
bet animo ad ſuſtinendum, & repellendum ea, quibus perquam difficile eſt, firmitatem
habere propter bonum virtutis. Inibique Beatus Thomas poſt Ambroſium *lib. 1. de offi-*
ciis ipſam non mediocrem aſſerit eſſe virtutem. Quippe quæ ſola tueatur aliarum orna-
menta virtutum & iudicia: inexpugnabili prælio aduerſus omnia vitia decertans, inui-
cta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduerſus voluptates, auaritiam fugans, de qua
Prou. 30. dicitur. *Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum.* Hæc magnanimitatem,

hæc fiduciam, hæc ſecuritatem hæc magnificētiam, hæc cōſtantiā, hæc tolerantiā, hæc
firmitatem præſtat: vt ex definitione eius patet apud Ciceronem, *lib. 2. de inuentione: For-*
titudo, inquit, *eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum perpeſſio,* Vel (vt idem *Tuſculana-*
rum quaſt. num. 4. definit) *eſt ſcientia rerum perferendarum: vel affectio animi in patiendo, ac perfe-*
3 *rendo ſumma legi parens ſine timore.* Eodem † fere tendit integritas, hęc eſt incorruptio, at-
que innocentia, vel, vt Cicero definit *officiorum. 1.* virtus dicitur pugnans pro æquitate.
4 Adv. Quibus rebus ſtipes arboris tuę ampliabitur? Rel. Audi † ſi placet, tribus radicib.
coalitis, hoc eſt timore Dei, ſcientiā, & experientiā creſcet nimirum, ſtipes, hoc eſt for-
titudo, prolatabiturque nimis. In timore enim Domini fiducia fortitudinis. vt habetur
Prouerb. 14. Radixque timoris Domini conſeruabitur, & coaleſcet, ſi aquâ fidei, ſpei,
5 charitatisque cū expedierit, rigetur. † *Ecce,* inquit Apoſtolus, *fortes facti ſunt in fide.* Et ſcri-
bitur *Paralipom. 2. cap. 15. Confortamini. & non diſſoluentur manus veſtra* Spei autē: dicente E-
ſaia 30. *c. In ſilētio, & in ſpe erit fortitudo veſtra.* Charitatis etiam, dicente Solomone *Prou. 18.*
Frater qui adiuuatur à fratre quaſi ciuitas firma. Charitas. n. eſt aqua, qua arborē rigari opor-
tet, vt ſtipes dilatetur, atq; ita arboris fortitudo augeatur, ita Dñs ait *Euan. Ioan. c. 4. Qui bi-*
berit aquā, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, refert Aug. per Gratianū *in c. charitas, de pæ-*
6 *nit. diſt. 2.* Hæc † cum omnibus, tū maxime iudicib. eſt nimis neceſſaria. Nam vt Apoſto-
lus ait *1. ad Corinthios, c. 13. Si linguis hominū loquar & Angelorum, charitatē autem non habuero,*
ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiam, nouerimq; myſteria omnia ac
omnē ſcientiam: Et ſi habuero omnem fidem, ita vt mōtes transferam, charitatē autē non habuero, ni-
hil ſum. Et paulo poſt: *Charitas,* inquit, *patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperā, non*
inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, nō gaudet ſuper
iniquitate, congaudet autē veritati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Charitas
nunquam excidit, ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabūt, ſiue ſcientia deſtruetur. Imperfe-
ctum n. ſcientiæ ſupplet perfectio charitatis eodem atteſtante, *ad Corinth. c. 8.* Quis ergo,
niſi demens fuerit, inficiabitur his humorib. arboris noſtræ radices eguiſſe, vt eius ſtipes
dilatetur, atque ita fortior fiat, nec vlla ventorum vi labefactari flectiue queat? Cæterū
id proculdubio concedendum eſt, vt idem Apoſtolus atteſtatur, *1. ad Corinthios cap. 3. Nec*
7 *qui plantat, neque qui rigat eſſe aliquid, ſed qui incrementum dat, hoc eſt, Deus.* Secunda † etiam
radice plurimum fortitudo iuuatur, & roboratur. Scriptum eſt *Prouerb. 24. Vir ſapiens for-*
tis eſt, & vir doctus robuſtus. Rurſus *c. 21. Ciuitatem fortium aſcendit ſapiens, detraxitq; robur fidu-*
ciæ eius. Augetur etiam fortitudo exercitatione. Ruſticus enim neruos habet duros, for-
tes & lacertos, vt pote nimis labore exercitatos, vt traditur per Guill. de Rouill. *lib. 1. de*
iuſtitia & iniuſtitia. c. 5. n. 2. vbi quindecim enumerat, quibus fortitudo, tam animi, quam
corporis augetur: quorum aliqua ſilentio non prætermittibo, quippe quæ non parum cōdu-
8 cunt ad ſtipitis noſtri incrementum. Imprimīs † maiorum exhortatione. Nam, vt inquit
9 Hierō. ad Demetriū, puſilla fortitudo clamorib. exercitatur. Item † Ducis laudibus, mi-
lites n. laudati animū augent. Vnde Liuius 2. *ab vrbe cōdita, Addebātur,* inquit. *& laudes quib.*
10 *haud minus quā præmio gaudent militum animi.* Iuſtitia † quoque fortitudo fouetur, ſine qua
fortitudo non cēſetur virtus, ſed temeritatis vitium, vt *in Auth. vt omn. obed. iudic. prouinc. in*
princ. ibi. Itaque neque fortitudinem, quæ non eſt cum iuſtitia, laudabimus, &c. coll. 5.

CAPVT

CAPVT XIII.

IVDICES NON SVSPITIOSOS NIMIVMQVE CREDVLOS eſſe oportere, propriaque non inſpicere commoda, ſed publica docet.

SVMMARIA.

1 *Iudices non propriam, ſed ciuium vtilitatem inſpicere oportet.*
2 *Animi fortitudo quibus dignoſcatur ſignis?*
3 *Diuitias amare anguſti paruique animi eſt.*
4 *Iudices mouebuntur, qui ſpe lucri, aut honoris gratia rempubl. capeſſunt.*
5 *Iudices non partiales, nec factioſos eſſe oportet.*
6 *Acceptio perſonarum an haberi poſſit in iudicio?*
7 *Iudex non ſit facilis ad credendum.*
8 *Præcipitatio nimia quæ ex credulitate facili procedit, carpitur.*
9 *Credulitas deceptionum mater eſt.*
10 *Fœminæ nimis credulæ.*
11 *Suſpitio in iudicibus increpatur.*

ADVOCATVS.

PEnitelim equidem, vt peculiarius ad ſtipitis arboris tuę expoſitionem accederes, & in
quo eius fortitudo conſiſtat, enodares. R E L. Libenter id faciam, modo meam ad-
miſeris ſententiam. Iudices † latum ſtipitem, hoc eſt, fortitudinem & integritatem tunc 1
habere noſcuntur, cum duo Platonis præcepta *lib. 1. de republ. col.* 10. tradita, memoria cō-
diderint, inuiolabiliterq; ſeruauerint à Cicerone, *lib. officiorum.* 1. *n.* 120. memoriæ prodi-
ta, vnum, vt vtilitatem ciuium ſic tueantur, vt quidquid agant, ad eam referant, obliti
commodorum ſuorum. Alterum, vt totum corpus Reipublicæ curent, ne, dum partem
aliquam tuentur, cæteras deſerant. Dixit itaq; Plato, vt ad primum redeam, nullus Prin-
ceps, eo quod eſt Princeps, imperet, quod ſibi vtile ſit, ſed quod ei, qui paret, conducat,
& quæcunque egerit, vel dixerit, illius vtilitatem honoremq; reſpiciat, cui imperet, atq;
illius commodum, nōn ad ſuum omnia referat: quemadmodum nullus ea ratione, qua
medicus eſt, quærit quod vtile ſibi ſit, ſed quod ipſi ægrotanti expediat. Fortitudo itaq;
in hoc conſiſtit, ne pro ſuis commodis & gloria, ſed pro communi ſalute pugnet. Ani-
mus ſiquidem paratus ad periculum, ſi ſua cupiditate nō vtilitate communi impellitur,
audaciæ potius nomen habet quam fortitudinis, vt ab eodem Platone accepit Cicero, 1.
offic. n. 91. Quo ſit, vt vere tyrannus appellari poſſit, qui ad nullam communem reſpicit
vtilitatem, niſi proprij gratia commodi. Rex autem eſt cuſtos, vt qui diuitias habent, ni-
hil iniuſtum patiantur, nec etiam populus afficiatur contumelijs. Eſt itaq; obiectum Ty-
ranni, quod placeat; Regis, quod honeſtum ſit. Quamobrem & illa, in quibus plus ha-
bent, ſunt: tyrannis quidem pecuniæ, Regibus autem honores: & cuſtodia Regis à ci-
uibus eſt, tyranno autem à peregrinis: ita Ariſtot. *libr. 5. Polit. c.* 10. *col.* 2. A D V. Animi † 2
fortitudo in quibus noſci poterit? R E L. Animus fortis & magnus duabus reb. maxime
cernitur, teſte eodē Cicerone, quarum vna in rerum externarū deſpicentia ponitur, cum
perſuaſum ſit, nihil hominem, niſi quod honeſtum decorumque ſit, aut admirari, aut

optare, aut expetere oportere, nullique neque homini, neque perturbationi animi, nec
fortunæ ſuccumbere. Altera eſt res, vt cum ita ſis animo affectus, vt ſupra dixi, res geras
magnas, illas quidem & maxime vtiles, ſed vehementer arduas, plenaſque laborum &
periculorum, cum vitæ, tum multarum rerum, quæ ad vitam pertinent. Nulla autẽ alia
in re, quam in gerendis magiſtratibus magnitudo animi declarari poteſt. Magiſtratus ſi-
quidem eſt ad alium, nam ad ſe ſatis debet eſſe honor, & cui hoc non ſufficit, tyrannus
dicitur, ſi credimus Valerio *lib. 4. c. 3.* Vt enim tutela, ſic procuratio Reipublicæ ad vtili-
tatem eorum qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. Quo
enim pacto, eum fortem iudicem appellabimus, qui ex munere, aut magiſtratu quem
3 gerit, ditari cupit? quive diuitias publicæ vtilitati præferat? Cum † nihil ſit (Tullio at-
teſtante *officiorum lib. 1. num. 97.*) tam anguſti animi tamque parui, quam amare diuitias.
Nihil honeſtius magnificentiuſque, quam pecuniam contemnere, ſi non habeas: ſi ha-
beas, ad beneficentiam liberalitatemq; conferre. Non eſt enim conſentaneum, qui me-
tu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum ſe à labore præſtiterit, vinci
4 à voluptate. Adv. Quid † in his moraris? quis non Rempublicam, niſi ſpe lucri, aut
honoris gratiâ capeſſit? quis non ita gerit, vt quæſtum facere videatur? vtque hoſtem
agat eorum, quibus debuerat etiam vitæ ſuæ diſpendio conſulere? neque putes huius
me fuiſſe authorem, dixit namque id prius Eraſmus *in præfatione ad Ciceronem de officiis.*
Contra quos dicebat Imperator *in l. 1. C. de offic. Comitis ſacrarum largit. Palatinis hæc cura de-
bet eſſe præcipua, vt periculo proprio notariis deſtinatis ſuper negligentia iudicum, ſi ita res exegerit,
conquerantur, ne eorum ſit impunita deſidia. Iudices quoque de eorum nominibus referre conuenit,
quos commodis proprijs magis, quam vtilitatibus publicis ſtudere prouiderint.* Perge porrò, ſecun-
5 dumque Platonis præceptum expone. Rel. Diuinus † ille Plato (nî fallor) eam indi-
cibus cum præſcripſit legem, vt totum Reipublicæ curarent corpus, hoc cum præcepiſſe
autumo, nempe vt communes omnibus, neminique fauorabiles eſſent, partiales, neque
factioſi, quod & Iuſtinianus præcepit *in auth. de indic. in princ. verſ. illi autem. iuncta gloſſ. in
verb. atteſtationem. coll. 6.* text. etiam Regni noſtri *in l. 3. tit. 4. p. 3.* Hinc Bart. *in tract. de Guelphis
& Gebellinis*, *Non decet*, inquit, *honeſto viro aliquid partialitatis aſſumere, maximè ei qui ius dicere
debet in quo eſt deteſtabile.* Nam ſicut lex eſt communis, & ad hunc effectum conſtituta, vt
auth. de non alienan. §. quia vero veriſimile, verſi. oportet: ita etiam iudex intentum habere de-
bet ad vſum communem, nec in eo eſſe debet conſideratio particularis vnius tantum,
ſed nullo habito reſpectu, ad perſonam leges executioni tradere tenetur, ne legis potius
tranſgreſſor, quam executor appelletur: néve incidat in acceptionis perſonarum cri-
6 men. Adv. In iudicijs ſi placet, hoc crimen non contrahitur. Quandoquidem †
grauius puniri debere cõſtat, qui iniurias infert Principi, quam qui priuato, vt *in §. atrox.
Inſtit. de iniurijs*, id quod antea Philoſophus dixerat *Ethicorum lib. 5. cap. item 5.* vbi de reper-
cuſſione agens, inquit, *Si quis magiſtratum gerens, percuſſerit quempiam, non decet eum repercuti.
Et ſi quiſpiam eum qui magiſtratum gerit, percuſſerit, is non ſolum repercutiendus eſt, verum etiam
ſupplicio afficiendus.* Præterea *Eccleſiaſt. 4.* ſcribitur: *In iudicando eſto pupillis miſericors.* Ecce, ac-
cipitur perſona pauperis, ergo acceptio in iudicijs non eſt peccatum. Rel. Prouerb.
cap. 18. inquit Sapiens: *Accipere perſonam in iudicium, non eſt bonum.* Ex quo D. Thomas

2.2.q.

2.2.q.63.art.4. aſſerit, acceptionem perſonarum in iudicijs eſſe peccatum: quippe cum
iudicium corrumpatur. Iudicis enim officium eſt ad æqualitatem iuſtitiæ reducere, quę
inæqualitatem oppoſitam facere poſſunt. Perſonarum tamen acceptio inæqualitatem
quandam præ ſe fert, eo quod attribuitur alicui præter proportionem ſuam, in qua con-
ſiſtit æqualitas iuſtitiæ. Conſtat igitur acceptione perſonarum iudicium corrumpi. Ex
quibus facilè reſpondetur ad obiecta. Diuerſitas ſiquidem proportionis perſonarum,
diuerſitatem nimirum conſtituit rerum. Pauperi ſubueniendum eſt, quoad fieri poſſit,
abſque læſione iuſtitiæ tamen, vt locum habere poſſit, quod ſcribitur Exod.23. *Pauperis
quoque non miſereberis in iudicio.* Latius hæc quæſtio dirimitur per Dominicum à Soto *lib.3.
de iuſt.& iur.q.6.art.5.* vbi in fin. optimè diſſerit, an ſecundum probabiliorem opinionem
iudex teneatur iudicare in dubijs, an vero ſit locus gratificationi: qui omnino eſt ad-
eundus hac in tractatione. Vtcunque tamen ſit, fortis eſſe debet iudex, & firmus, æquúſ-
que vt libra, non declinans, nec claudicans ad dexteram, neque ad ſiniſtram, ſed æqua
lance medius eſſe tenetur inter partes, vt *in l. nullus. C. de Iudæis. c. cum æterni tribunal. de re iu-
dic. lib.6. l.18. tit.9. p.2. in fin.* Qui enim altera de cauſis infra dicendis ad alterutram decli-
nat partium, factioſus partialiſve dicitur, vt per Guill. *in ſpeculo titul. de tregua & pace, verſ.
ſed quid ſi quilibet.* Bart. & Bald. *in l.1. § ſi rector prouinc.* Bald. *in l. cum quæritur. in fin. ff. de ſtatu
hom.* Quam partialitatem iura regni noſtri *Vando* appellant: iudicemque eam ſequen-
tem *Vandero. l.22. tit.9. part.2. l.4. tit.17. part.3.* cuius factionis exempla affatim deſcribun-
tur *in Pragmatica Regni noſtri* 83. Ex quo illud fit, vt & iudices Regni noſtri iurare tenean-
tur non ſequi factiones, vt habetur *in cap.2. correctorum*, vbi Petr. Nunnius Auendanno
modum ponit probandi huiuſmodi partialitatem. Plurima contra factioſos tradit Ioan.
Neuizani *in ſua nuptiali ſylua in parte. Eſt nubendum. num.121. & pluribus ſequentibus.* Conſiſtit 7
tertio † fortitudo & integritas iudicis in hoc nempe, ne ſit facilis ad credendum quere-
las litigantium aliorumve quorumcunque. Sed ſi malè de quopiam audierit, non pro-
tinus denuntianti fidem adhibeat, nec facilè cum tales moueant denuntiationes abſ-
que liquida probatione, ſed ante punitionem diligenter inquirat. Nimia quippe credu-
litas non modica adfert incommoda, vt duo iuris lumina adſeuerant, nempe Azo &
Accurſius *in l. ſi mei cauſa. ff. commodati*, text. optimus Regni noſtri *in l.4. in fin. tit.2. de com-
mo. part.5.* Porrò neruos & artus eſſe ſapientiæ (Cicero affirmat de petitione conſulatus,
n.26.) non temere credere. Quare iudex † nihil agere debet præcipitanter, *c. Deus omni-* 8
potens. 2.q.1. c. graue. c. quamuis. c. eorum. c. non ſolum. 11.q.3. Quo fit, vt precibus eum calamitó-
ſorum illachrymari non deceat, nec facilè credere. Id enim non eſt conſtantis & recti
iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Atque ideo animaduertere eum oportet,
non ſemper vera eſſe, quæ de aliquo malè audiunt. Nam qui conqueruntur, ſæpe do-
loſe id faciunt, ad excuſandam ſuorum ſcelerum animaduerſionem, ob idque prius iu-
dicem adire feſtinant, vt de aduerſarijs malè inſtruatur. Atque in hoc, vt in cæteris re-
bus, plurimum agit prudentia & fortitudo, text. eſt optimus Regni noſtri *in l.13. titul.4.
part.3.* facit etiam *lex obſeruandum. ff. de offic. præſ.* Hinc Dauid Rex ſanctus carpitur, *2. Re-
gum c.16.* quod præcipitanter nimis Miphiboſeth priuauit poſſeſſionibus ſuis ſola rela-
tione ſibi facta. Nec immerito quidem, vtpote † cum credulitas, authore Fulgentio, 9

10 ſit mater deceptionum. In † qua leuitate fœminæ facilimè deprehenduntur: ſunt quip-
pè admodum credulæ, vt atteſtatur Alberic. *in l. filia in orbitate. C. de inoffic. teſtam.* autho-
ritate text. *in l. nimia. C. de act. & obligation.* aliqua in huius teſtimonium tradit Tiraquel-
lus ille, omnium ſcientiarum fons, *in ſuo de legibus connub. lib. l. 9. gloſſ. 1. num.* 137. *& ſeq.*
11 Verum † ne quid præteream, id ſolum optarim, iudices ne facile querelas admitterent
litigantium, ſed vt facinora oculis prius, quam opinione; manibus antè, quam ſuſpitio-
ne deprehenderent. Quo fieret, vt donec cauſam diffinirent, animum ad vnam aut al-
teram partem non verterent. Nam poſtquam verterint, quod abſit, difficilimum erit
profectò, ne dicam impoſſibile, animum ſuſpitione indutum facilè exuere: radiceſque
opinione ipſa & ſuſpitione adnatas, falſaque forſitan ſuggeſtione eorum cordi fixas,
plurimis etiam certiſſimis teſtimonijs eradicare. Credite mihi experto. Quanquam me
non lateat iudicem bonum dici non poſſe, qui ſuſpitione certa non mouetur, vt Cice-
ro ſcripſit *ſeptima in Verrem actione num.* 52.

CAPVT XIV.

FORTITVDINIS EFFECTVS PLVRIMOS CONTINET & ne amici cauſa deuietur à iure iudicibus ſuadet.

SVMMARIA.

1 *Iudex ad flatum venti orientalis, ratione cognationis, aut amicitiæ flecti non debet.*
2 *Amici cauſa non eſt à iure deuiandum.*
3 *Amicitiæ priua lex.*
4 *Iudices in propria cauſa, vel propinquorum, ſeu familiarium ius dicere prohibentur.*
5 *Iudex in cauſa amici an recuſari poſſit?*
6 *Amicitiæ triplex conditio.*
7 *Amicitia inter improbos proprie non eſt.*

ADVOCATVS.

IPſe equidem dictis tuis fidem adhibeo, ſed vana eſt fides: quapropter non amplius
hiſce in rebus eſt dimorandum, ne laterem lauare videaris. Cæterùm id velim expli-
cueris, quorſum exigis in iudice fortitudinem, quoſve operetur effectus? R E L. Cer-
te, niſi me animus fallit, non modicos. Nam quemadmodum naturalis arbor ſtipitem
amplum habens & ita fortem, vi ventorum non quatitur flectiturve: ita & artificialis,
hoc eſt, iudex flecti agitarive minimè poterit, fortitudinis truncum latum habens.
1 Non † quidem ad flatum venti orientalis, ratione affectionis, cognationis, vel amici-
tiæ: Quippe qui conſanguinitate, aut amicitia, vel inimicitijs, ſeu hoſtili odio in iudi-
cando ducitur, inquit Auguſtinus, Chriſti iudicium peruertit, qui eſt iuſtitia, fructum-
que illius in damnationis vertit amaritudinem, *c. quatuor, & c. quicunque.* 11. *q.* 3. Qui amat
patrem, aut filium, aut conſanguineum plus me, (inquit Dominus *Matth.* 10.) non eſt
me dignus. Idem † ergo erit in amico, quippe cuius cauſa non ſit deuiandum à iure,
2 nec propter eum Deus offendendus, *c. miror.* 17. *q.* 2. nec veritas, quam præhonorare ſan-
ctum

dum eſt, vt inquit Philoſo. *Ethicor.1.* Nec licet amico fauere, niſi vſque ad aras, vt habetur apud Martinum Regnault. *in mirouer des princes chart.7.* optimus Regni noſtri textus *in l.6. poſt medium tit. vltim. par.4.* Hanc † primam amicitiæ legem tradit Cicero in eo libro, quem ei peculiariter dicauit, nempe, ne rogemus res turpes neque faciamus rogati. Turpis enim excuſatio eſt, & minimè accipienda, cum in cæteris peccatis, tum ſi quis contra Rempublicam ſe amici cauſa feciſſe fateatur. Cui ſententiæ non parum aſtipulatur, quod Gellius *noctium Atticarum 1.c.3.* refert. *Cum in rebus*, inquit, *aut paribus aut non longè ſecus, vtilitas amici & honeſtas noſtra conſiſtit, honeſtas proculdubio præponderat. Cum vero amici vtilitas nimis eſt amplior, honeſtatis autem noſtræ in re non graui leuis iactura eſt: tunc quod vtile eſt amico, id primum illo quod honeſtum nobis eſt, fit plenius. Sicuti magnum pondus æris parui auri lamina fit pretioſius.* Quibus concinit quod & Valerius *lib.6.* loquens de Retulio dixerat. Is dicenti ſibi: quid mihi opus eſt amicitia tua, ſi quod rogo, non facis? reſpondit; Et quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſte facturus ſum? Quamobrem legum † conditores arborem noſtram ab huiuſmodi periculoſo venti concuſſu tueri volentes, iudicibus interdixere in proprijs, propinquorum, vel familiarium cauſis ius dicere, *l. qui iuriſdicti. vbi late DD. ff. de iuriſdict. omn. iud. cap. poſtremo, de appell. cap. tua, verſ. cognitores. 3.q.7. l.9. tit.4. par.3.* Quo fit, vt in Hiſpania diuturna obtentum ſit conſuetudine, neminem puniri, aut verberari, ſimplicive excommunicatione corripi poſſe ab eo, cuius poteſtati ſubijcitur, ſi in forma agatur iudicij: ne in propria cauſa cuipiam permittatur ius dicere. Cuius rei ſunt teſtes Laud. Hug. & Archidia. *in cap. & qui. num.1. 45. diſtin.* Hinc Reges noſtri, ſummæ iuſtitiæ moderatores, legibus eorumque iudicibus in proprijs cauſis ſubijciuntur, perinde atque quilibet priuati, quamuis nemini non ſatis ſit compertum Regibus proprijs in cauſis ius dicere licere, vt latè probat Corneus *conſ.48. num 6. lib.4.* Sic † etiam & in amicorum cauſis, qui nimia iudici coniunguntur amicitia ius dicere prohibentur; atque ſi aduerſarius obijciat, reijcitur, ex ſententia Bernardi *in ca. accedens. 2. in verbo, nimis inibique Hoſti. Ioann. Andr. & Abbas col.3. in princ. extrà vt lite non cont.* Idem eorundam authoritate atteſtatur Stephanus Aufrerij *in tractatu recuſationum, in princ. num.3. in fin.* per tex. *in cap. ad hæc, de reſcript. & in cap. cum R. de offic. de leg. l. vn. C. ſi quacun. præ. pot.* Rober. Maran. *in ſpeculo aduoc. 6. part. num.43.* optimus text. regni noſtri *in c.44. pratorum*, ibi, *Perſona que con el tenga tal deudo, o tal amiſtad, o razon porque deua ſer recuſado.* A d v. Plurima paſſim in iure videmus ſtatui ſpecialia ratione amicitiæ, priuato iure amicis conceſſa, aliaq; contra amicos præſcripta inueniuntur in legibus, qualia ſunt ea, de quibus proximè meminiſti. Sed illud optarim ſcire, de qua amicitiæ ſpecie ea iura loquantur? R e l. Triplex † eſſe amicitiarum genus Alciatus, ne noſtros omittam, *in l. late. § amicos. ff. de verb ſignific.* cõtendit. Eſt enim maxima, media, & minima. Maxima penitus inhæret animis inuicem ſe amantiũ, cuius multa exempla commemorat Lucianus in Dialogo, qui Toxaris inſcribitur, vt eadem anima duobus corporibus ineſſe videatur, q; idem vterque velit, nolitque, modo neuter appetat inhoneſta, vt gloſſ. aſſerit *in d. l. lata. § amicos.* Eſt enim is vere amicus, qui eſt quaſi alter idem, teſte Cicerone *de amicia*, quẽ Chaſſan. refert *in Catalog. gloriæ mund. 12. par. 53. cõſideratione*, id quod longe antea dixerat Philoſophus *Ethicor. 9. c. 4. & 9. ad fi.* & rurſus *li. magnorũ Moralium*,

ralium 2.c.15. & Ethicorum ad Eudemium, lib.7.col.19. Hæc tamen cum Heſiodi Erigone ad ſuperos receſſit, & nuſquam in humanis habitat, vt ibidem Alciatus opinatur *num.9.* Alia amicitia eſt, non ſanè tam ardens, ſed tamen non leuiter coniuncta, honeſtaq; conſuetudine introducta, de qua loquitur text. *in d. §. amicos, his verbis: amicos appellare omnes debemus non leui notitia coniunctos*, loquuntur etiam omnes leges, quæ amicitiæ cauſa aliquid indulgent, vt *in l. ſciendum. § ſi alicuius. ff. de legation.* vel vetant, prout in ſpecie paulò ante propoſita. Eſt & alia vulgaris, qua congerrones, idque genus ſocij etiamnum vulgo amicos ſe inuicem appellant, hæc ex leui notitia contingit, & inter improbos plerumque. Quæ † (ſi Ciceroni credimus *lib. de amicitia num.16. & 58.*) niſi inter bonos eſſe

7 minimè poteſt, amicitia, inquam, vera, nam vt Ariſt. ait *Ethicorum lib 8.c.4.* propriè amicitia ea eſt, quæ bonorum eſt hominum, ratione ſanè qua boni ſunt, cæteræ autem per ſimilitudinem. Eſt enim bonorum hominum, vt ipſe ſubdit, *c.8 eiuſdem libri*, neq; ipſos delinquere, nec amicos permittere praua adminiſtrare. Praui autem ſtabilitatem quidem non habent, quippe cum neq; ſe ipſis ſimiles perſeuerent: breui verò tempore fiunt amici ſua gaudentes prauitate. Permanent enim quouſq; voluptates, aut commoda ſibi mutuò præſtant. Rurſus *lib. Ethicorum ad Eudemium.7.col.10.* Bonus, ait, ſimilis ſibi ſemper, neque mores mutat: prauus autem & ſtultus ſibi diſpar eſt manè & veſperi. Quocirca horum amicitia firmiſſima non eſt.

CAPVT XV.

AMICITIAE EFFECTVS PLVRIMOS CONTINET, & rationem legis animam eius eſſe, verba autem corpus inſinuat.

SVMMARIA.

1 *Amici propinquis æquiparantur.*
2 *Amici cauſa clauſula codicillaris cenſetur appoſita.*
3 *Amicitiæ cauſa clauſula reuocatoria an cenſeatur appoſita?*
4 *Amicus an admittatur ad agendum ſine mandato?*
5 *Amicitiæ quæ facile tollantur.*
6 *Canonicus in cauſa Canonici recuſari poteſt.*
7 *Spurius non agit pro patre ſine mandato.*
8 *Communis opinio quæ dicatur.*
9 *Amicus pro amico quando ſine mandato agere poteſt?*
10 *Ratio eadem eſt in amico quæ in propinquis.*
11 *Amicus conſanguineis præfertur, interdumq; magis diligitur.*
12 *Amicitia nihil conducibilius.*
13 *Amicis omnes indigent.*
14 *Ratio vbi eſt eadem aliqua in ſpecie non dicitur vere extenſio.*
15 *Ratio vt genus comprehendit diuerſas ſpecies.*
16 *Ratio legis eſt eius mens.*
17 *Idem in ſtatutis.*
18 *Ratio eſt anima legis, & verba corpus.*
19 *Ratio legis eſt eius eſſentia.*
20 *Ratio legis eſt ipſamet lex.*
21 *Ratio eſt cordis facies.*
22 *Ratio ante omnia eſt attendenda in qualibet diſpoſitione.*
23 *Amicitiæ cauſa diſpoſita in coniunctis ſanguine ratione præſumpti amoris locum obtinent in amicis.*

ADVO-

ADVOCATVS.

NOn ab re hîc iungi poſſent, quæ in plurimis iuris locis ſpecialiter inueniuntur ob
amicitiam perfectam ſtatuta. REL. Tui potiſſimum muneris eſt, hoc ipſum eno-
dare: libenter audiam quæ à te proponentur. ADV. Tuæ ſunt modo partes proponendi,
eia, age, inchoata proſequere. REL. Illud imprimis præmittendum cenſeo, vt rectè per-
cipi poſſint quæ dixero, nempe, vt intelligatur de ea amicitia, quæ ſecundo loco expo-
ſita eſt, in ſecundaque ſpecie collocauimus, nam prima ad ſuperos, vt iam dixi, receſſit,
vltima vero non vere dici amicitia poteſt. Sit † itaque primum amicitiæ priuilegium, vt 1
quidquid inter coniunctos ſanguine ob affectionem in iure ſtatuitur, & in amicis ſtatu-
tum cenſeatur, hæc eſt ſententia Bernardi *in c. 2. & c. requiſiſti, de teſtam.* cui cæteri inter-
pretes ſuffragantur, nec id mirum quidem, quandoquidem natura quodammodo ami-
ci, propinqui cenſeantur; vt antiquæ ille philoſophiæ clariſſimum lumen Plato atteſta-
tur *in ſuo Lyſis ſeu de amicitia libro, qui eſt totius operis, 12. col. pen.* Quin & Vlpianus noſter *in l.
is qui. ff. de negot. geſt.* amicos cenſuit loco eſſe parentum, ob idque factum amicitia, quaſi
paterna non venire in negotiorum geſtorum actionem, quibus nimirum ſuffragatur,
tex. *in c. 44. pratorum.* teſte Auileſio, ibi. Hinc † aliqui tradiderunt liciti eius amoris ardo- 2
rem vim clauſulæ codicillaris habere, veluti ſi in teſtamento ſit inſtitutus hæres valde
dilectus teſtatori, cui quinque tantum affuerint teſtes, talem dilectionem codicillaris
clauſulæ vim obtinere. Author fuit huius ſententiæ Bal. *in l. ſi iure. per gloſſ ibi. C. de manum.
teſt.* & licet Bal. hoc omnino firmare non audeat, cum de libertate duntaxat agitur, id
tamen haud cunctanter ac ſine diſcrimine affirmat Roman. *in conſ. 179. cuius exordium
eſt, ampliſsime Doctor, n. 21.* Alex. & Iaſ. *in l. cum alienam. C. de legat.* idem Iaſon. *l. exigendi. 2. col.
in princ. C. de procurat. & in l. Titia. in prin. n. 21. ff. de verbor. obligat.* Alciat. *in l. lata. §. amicos, nu.
11. ff. de verbor. ſignificat.* Didac. Segura *in repet. l. Imperator. 5. & 6 col. ff. ad Trebell.* Tiraquell.
qui alios in hanc rem citat authores *in l. ſi vnquam, in verbo, libertis, num. 87. C. de reuoc. donat.*
Cæterùm eam Baldi & Roma. ſententiam pleriq; intelligunt in legatis procedere non
in inſtitutione. Hi ſunt, Matheſila. *notab. 41.* Iaſ. *in l. non dubium, in fi. C. de teſt.* Guil. Bened.
in repet. c. Raynutius. in verbo, teſtamentum. 3. n. 53. de teſtament. Chaſſaneus *in conſuet. Burgundiæ
rubr. 4. Desdroict. 5. & appar. §. 5. nu. 29. & ſeq.* Cum ad Benedictum ſe refert: quibus ipſe li-
benter aſſentio, quandoquidem in liberis ſit ſpecialiter ſtatutum, vt inſtitutio in minus
ſolemni voluntate facta valeat, vt *in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtam.* quod ad
extraneos, vtcunq; intimos amicos durum admodum & minus iuridicum eſſet exten-
dere, maior quippe affectio eſt ad liberos, quam ad amicos, *l. iſti quidem. ff. quod metus cau-
ſa.* Locus ergo ſit huic ſententiæ quoad legata tantum, in quibus non tot ſpecialitates
concurrunt, vt ita procedat gl. ſingul. *in l. in teſtamento. ab omnib. commun. recepta. ff. de fidei-
commiſ. libertat.* quam plurimi ſequuntur per Tiraq. citati *in d. l. vnquam. in verbo, libertis,
nu. 86. C. de reuocand. donat.* Quinetiam, quod † amplius eſt, non pauci iuris interpretes li- 3
citi amoris ardorem vim reuocationis clauſulæ derogatoriæ in priori teſtamento appo-
ſitæ obtinere audacter adſeuerant, inter quos Iaſon *in l. exigendi. C. de procur. & in d. l. non
dubium, in fin. C. de teſtam.* id aſſerit authoritate Ludo. Rom. *in d. conſ. 179.* vbi tamen, pace
Iaſonis vt verũ dicam, hoc non dixit Lud. Loquitur enim in liberis, quos nemo non ſcit

plus diligere parētes, quam amicos; quippe cum nullus amor vincat paternum, *l. iſti quidem. ff. quod met. cau. in fi. l. ſcripto. ff. vnde lib. l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffic. teſt.* quidquid tamen ſit, eam ſententiam amplectitur Segura *in rep. l. Imperator. ff. ad Trebel col. 9.* Chaſſā. *in conſuet. Burgun. rubr. 4. §. 5. n. 29.* Alciat. *in d. §. amicos.* quod non crederem eſſe tutum, expreſſimq; Iaſon impugnat *in d. l. non dubium. in fin. C. de teſtamen.* quando hoc inter liberos tantum permittatur, vt gloſſ. & Ang. atteſtantur *in auth. de teſtament. imperf. §. & ſi quidem. in verbo. perfecta. collat. 8.* Salic. *in auth. hoc inter liberos. C. de teſtament.* minimè igitur exten-
4 dere oportebit ad amicos. Sunt † & qui ſicut ſanguine aut affinitate coniunctum, ita & amicum non leui amicitia coniunctum admitti credant ad agendum ſine mandato; cuius ſententiæ author fuit Guil. de Cunc. *in l. ſed & hæ. in prin. ff. de proc.* vbi etiam Fulg. Specul. *in titul. de aduocato. §. obijcitur. verſ. eſt & quartus ordo, num. 6.* vbi refert dominum ſuum hoc dixiſſe, is fuit Hoſtienſ. præceptor eius, qui hoc ipſum tradidit *in c. vltim. 2. col. in verbo coniunctis extra de poſtulan.* modo amicus fuerit, qui agere vult, magna amicitia coniunctus, intimaque charitate dilectus, arg. *l. nemo. §. qui frater. ff. de verb. ſignif.* quod tunc maximè admitti poſſe atteſtatur, ſi id non pecuniæ amor, ſed Dei charitas operetur, quibus aſſentitur Ioan. Andr. *in d. c. vlt. ſuper glo. 2. de poſtulan.* Cyn. *num. 2.* Salicet. & Iaſon *in d. l. exigendi. C. de procurat.* Cyn. *in l. inuitus, eo. tit.* Bar. *in l. ſi non ſolum. §. qui alieno. ff. de procur.* Corneus *conſ. 81. num. 41. lib. 1. per legem, ſi pupilli. §. ſed ſi ego, & §. item quæritur. ff. de neg. geſtis,* vbi geſtum ab alio, meo præſumitur nomine geſtum, & mei contemplatione, ratione amicitiæ. Idem profitentur Pet. Rebuf. *de priuil. ſchol. 104. priuilegio. n. 11.* Guil. Bened. *in rep. c. ap. Raynutius, in verbo ſi abſq; liberis moreretur, 1. n. 5. de teſtam.* Alb. *in d. l. ſed & hæ. n. 3. & 4.* vbi tamen dicit non ſeruari in praxi, quandoquidem difficile admodum ſit probare amicitiam, de qua *in d. l. lata. § amicos.* Huic ſententiæ adhæſit quoq; Barthol. Socinus *in l. cum auus. n. 12. ff. de cond. & demonſtr.* Barb. *in rep. l. cum acutiſſimi, col. 17. C. de fideicom.* Iacob de ſancto Georgio *in l. exigendi. C. de procur.* Chaſſaneus *in conſuet. Burgundiæ rub. 4. §. 5. n. 24.* Segura *in repet. l. Imperator. 6. col. ff. ad Trebell.* Alc. *in l. lata. §. amicos n. 7. & ſeq. ff. de verb. ſignif.* quibus non parum ſuffragatur tex. *in l. nemo. § 1. ff. de hæred. inſtit.* cuius verba ſunt, qui frater nō eſt, ſed fraterna charitate diligitur rectè cum ſuo nomine ſub appellatione fratris hæres inſtituitur. Contrariam tamen è diametro tradidere ſententiam Raine. & Alex. *n. 16. in d. l. exigendi.* Bald. *in l. 1. n. 33. C. qui accuſ. non poſſ.* quia hoc non reperitur iure cautum, Ang. quoque *in d. l. ſed & hæ. vlt. verbis. ff. de procur.* Alex. *in l. 1. §. lex Falcidia. n. 6. ff. ad l. Falc.* vbi refert huic adhæſiſſe opinioni Ioan. Imol. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. & in c. vlt. n. 11. extra de poſtul.* vbi tamē contrarium innuere videtur, ſed in priori loco nihil de amico dixit, ſed de filio ſpurio, vt p eum videre licet *n. 13.* Porro huic vltimæ opinioni ſubſcripſere Ant. de Butr. *in d. c. vlt. de poſtul. & in c. coram, de off. deleg.* Panor. etiā ibid. *2. col.* & Felin. *n. 2.* vbi frequētiori interpretū calculo admiſſam eſſe atteſtatur, eamq; late eſſe probatā apud Lud. Rom. *in l. ſi vero. §. de viro. 31. fallentia ff. ſol. matrim.* Domin. de ſancto Gemi. *in c. qui ad agendū. de procur. li. 6.* Quā quidē ſententiā enixè defendere conātur prædicti Doct. rationib. profecto leuibus parumq; vigentibus. Et primū ꝙ non ſit par ratio in amicis & ſanguine ꝓpinquis. Amicitia ſiquidē facilius tollitur q̄ ſanguinis coniunctio, *l. 1. in fi. ff. de adimend. leg. l. ius agnationis. ff. de pact.* Verum ſi vera dicere volumus, quid ineptius vnq̄ dici

potuit?

potuit? Amicitia, de qua hîc agimus, non quæ vtilitatis tãtum, aut voluptatis gratia quęſita eſt, hunc effectum operatur, quandoquidem nõ ficta eſſe intelligitur, ſed vera, quæ bonorũ eſt hominum, ea ratione, quia boni ſunt. Hæc non ita facile ſoluitur, teſte Philoſopho *Ethic. 8. c. 3. 4. & 6. & alibi ſæpe.* Secundo id probare conantur ex *l. tutori. C. de neg. geſt. in verbo amici. iunctis verbis illis, nec agendi*, vbi apparet amicum agere minime poſſe abſque mãdato, & ex *l. 1. C. ſi per vim, vel alio modo.* vbi ſpecialiter odio ſpoliãtis, amic⁹ ad agẽdũ admittitur pro amico. Sed leges illæ nõ loquuntur de amicitia intima affectione intra, ſed de cõmuni leuique. Prętereà ex alio fulciunt eorum opinionẽ: Nempe † cum 5
6 inter Canonicos amicitia præſumatur; hacq; de cauſa Canonicum recuſari poſſe, atteſtetur ſummus Pontifex *in cap. cum R. Canonicus. de offi. leg.* hic tamen agere non poteſt pro Canonico ſine mãdato, gloſſ. eſt ſing & communiter recepta, *in c. cum M. Ferrar. extra de conſtitut.* ſicut nec ſacerdotium obtinens pro Eccleſia, inter quos magna præſumitur amicitia *c. coram. ſecundum verum intellectum, de offic. deleg.* Huc † etiam ſpectare dicũt, 7
quod filius ſpurius non agit in iudicio abſque patris mandato pro ipſo patre, vt eſt autor Innocen. *in cap. nonnulli. de reſcrip.* Bar. *in l. 2. ff. de accuſat.* Imol. *in § ſi quis rogatus. l. ex facto n. 13. ff. ad Treb.* quod communiter aſſerit eſſe receptum Alex. *in d. l. exigendi n. 16 C. de procurat.* verum nemo non ſciet aliud eſſe, quẽ vere dici poſſe amicum, aliud pręſumi amicum, *arg. l. quod Nerua. ff. depoſiti,* præpõderat enim veritas fictioni *l. 4. ſorte. ff. de caſtr. pecul.* Quare nimirum ſi Canonicus pro Canonico, filius ſpurius pro patre (quos amicos eſſe præſumit lex) agere prohibeantur, vere autem amici minime. Solet etiam pro hac ſentẽtia adduci text. *in l. 1. & 2. C. de neg. geſtis.* vbi iuxta vnum gloſſæ intellectũ fauore minoris permittitur amico agere pro amico ad petendum tutorem, ſed (vt pace Accurſij dixerim) in legibus illis verbum nullum de amico. Quare priorem crederẽ, cum veriorẽ, tum receptiorẽ fore ſententiã, à plurib. etenim iuris interpretibus recipitur atq; ijs grauioribus. Qua † in ſpecie, licet pauciores eſſent, cõmunem tamen facerent ſententiam, vt Alexã. 8
conſuluit *conſ. 202. Viſo themate. ante fin. lib. 7.* authoritate Auguſt. *li. 2. de doctr. Chriſt.* vt Gratian. refert *in c. in Canon. 19. diſt. & l. pen. C. de cond.* indeb. Ii ſique grauiores dicuntur, quorũ frequentiores ſunt lectiones & approbatiores in ſcholis, arg. eorum quæ ſcribit Bar. *in l. 1. ff. ſi cer. petat.* vt Alciatus refert *in regula 1. præſumptionum, præſumptione 51. in fin.* ibique ipſe Alciatus *n. 4.* intelligit hoc procedere, vbi tales authores firmant illam opinionem, diſputando & arguendo circa ipſius veritatem, & deinde ſe reſoluendo iuxta *legẽ vltimam §. miſſa. ff. de muner. & honor.* Nam quamuis dicant aliquid incidenter, forte ad colorem alicuius ſui propoſiti, præſertim in conſilijs, non propter hoc dicuntur talem opinionem approbaſſe Vt idem Alciatus atteſtatur *Parergorum 4. capit. 17.* Ioann. Oroſcius Regius Senator vir mehercle acri & ſubtili iudicio variaque eruditione præditus *in l. 1. ff. de off. q. n. 9.* vbi hanc quæſtionem belliſſime diſcutit poſt Salomonium *in §. reſponſa. Inſt. de de iur. natur. gen. & ciu.* Matheſil. *in tract. de elect. vernor. opin.* Purpur. *in l. 1. ff. ſi cer. pet. n. 138.* Sicut in ſimili dicimus de cõfeſſione incidẽter facta, vel quę fit ad aliũ finẽ, q̃ nõ præiudicat, iuxta glo. *in c. ex pœnitẽtibus. 50. diſt.* Doct. *in c. at ſi clerici. in prin. de iud.* Alc. *in l. 1. § ſi quis ita in fin. ff. de verb. obligat.* Illud † tñ ſumme notandum eſt, quod licet amicus pro 9
amico, cõiunctus pro coniuncto admittatur ad agendum ſine mandato, tñ ſi tanquam

procurator agit proceſſus eſt haud dubie nullus. Imputet enim ſibi quare talem agendi
viam elegerit tanquam procurator qui non erat, cum tanquam amicus agere poterat, ita
egregie conſuluit Lud. Rom. *conſ.* 446. cui ſubſcripſit Robertus Maranta in ſpeculo au-
reo aduocatorum, 4. *par.* 16. *diſtinct. iudiciorum, n.* 17. ADV. Quanam ratione qui priorem
ſequuntur ſententiam abſque expreſſa legis deciſione ad eam amplectendam mouen-
tur? REL. Haud minima quidem, nec vna tantũ, ſed pluribus, atq; ijs vrgẽtiſſimis: qua-
rum aliquas ſi placet, referam. ADV. Nihil magis ſcire cupio. REL. In primis quo hæc lu-
cidiora fiant, illud conſiderandum eſt, hæc quæ diximus amicitiæ ſpecialia, ad eam ami-
citiam eſſe referenda, quæ magis apud mortales verſatur, quã principio mediã inter duo
extrema conſtituimus, vt ad ea iura adaptentur, quæ frequentius accidunt, vt fieri præci-
pit Iuriſconſultus *in l. nam ad ea. ff. de legib.* non (prout Alciatus opinabatur *in d. §. amicos, n.*
13.) ad eam arctiſſimam, quæ vſq; adeo noſtris temporibus rarã eſt, vt cuiuſdã prodigij
loco ſit, ſi vſquam gentium reperiatur. Quod ſi verum eſſet fruſtra huiuſmodi amicitiæ
10 ſpecialia conceſſa fuiſſent. Sit † igitur ratio prima quare amicus intima amicitia coniun-
ctus admittitur ad agendum ſine mandato, quia Iuriſconſultus *in d. l. ſed & hæ. ff. de procur.*
ideo permittit coniunctis ſanguine agere ſine mandato, quod arbitratus fuit fideliter
cauſas propinqui acturos, eoſq; pro quo egerint facile approbaturos, vt ſic iudicium nõ
reddatur fruſtratorium. Si hoc in propinquis ratione præſumptæ affectionis ſtatuitur,
quanto igitur magis & in amicis id ſtatui æquum erit, in quib. non legis præſumptione,
ſed ipſa rei veritate adeo diliguntur, vt vna anima teſte Diogene, in duobus corporibus
eſſe cenſeatur, vt Philoſ. probat *Ethicorum ad Eudemium lib.* 7. *col.* 12. vnumque velle & nol-
le, teſte Salluſtio. Rurſus ſi liberi, parentes, fratres, affines, & liberti admittuntur ad agẽ-
dum pro patre, filio, fratre, affini, & patrono, vt *in dict. l. ſed & hæ*, & maritus pro vxore ſi-
ne mandato, vt *in l. maritus. C. de procuratorib.* qui non eſt affinis, ſed cauſa affinitatis, vt *in
l. Iuriſconſultus. ff. de grad.* Quidni idem quoque erit amico non leui amicitia coniuncto? In
quo adeſt non modo eadem ratio (vt qui propinquis adæquetur, vt ex *l. cum allegas. C. de
caſtr. pecul. lib.* 12. atteſtatur Bar. *in l. Titia. ff. de verb. oblig. & in l. hæres meus. §. vlt. ff. de condit. &
11 demonſtr.*) verum interdũ maior. Nam † vt in Prouerbijs ſcribit Salomon, *c.* 18. *in fin.* Vir
amicabilis ad ſocietatem magis amicus erit quam frater. Qui amicum talem inuenit,
beatus dicitur, *Prouerb.* 25. vtque eius animam diligere debet, *Deuter. c.* 3. quandoquidem
bonis eius conſilijs anima dulcoratur, *Prouerb.* 27. atque in amicitia tali, delectatio bona,
& in operib. manuum ipſorum honeſtas adeſt ſine defectione, *Sapient.* 8. quocirca haud
immerito Greg *lib. de officijs. c.* 18. *in fi.* dicebat. Tantum valere beneuolentiam, vt plerum-
que pignora vincat naturæ. Tullius quoq; *li.* 1. *de amicitia*, eam ſanguini facile eſſe prepo-
nendã cenſet, cui Vlpianus aſſentire videtur *in l. ſi plures. §. in arrogato, in fin. ff. de vulg. & pup.*
& Imperator in *d. l. cũ allegas. C. de caſtr. pecul. li.* 12. his verbis: *Etenim peregrinationis labor ſocia-
tus cõmilitoni eius, & obeundorũ munerũ conſortium affectioni paterne nonnihil addidiſſe: quinimo
vice mutua chariores inuicẽ ſibi reddidiſſe credendũ eſt.* Quod ſi mihi electio cõcederetur, mallẽ
vtiq; fidũ amicum, q̃ decem conſanguineos, qui forte mihi omnino infeſti eſſent. Quid
plura? † Amicitia nihil ſane cõducibili⁹. Qualiter quis, inquit Cicero, *de amicitia*, ſaluabi-
tur & ſeruabitur ſine amico? quãto. n. maior fortuna, tãto minus ſecur⁹. Atq; vt Ariſt. p-
ba.

Digitized by Google

bat Eth.8.c.1 Res eſt amicitia ſumme neceſſaria in vita. Nemo † ſiquidē habens cætera bona ſine ami- 13
cis expeteret viuere. Nā & locupletes, & in principatu, poteſtateq; conſtituti, plurimū amicis indigere
vidētur. Quid.n.prodeſt talis proſperitas beneficio ſublato, quod fit in amicos, aut maxime cōmenda-
tur? aut quonā modo ſine amicis cuſtodiri conſeruarique poteſt? Quo namque magis abundas, eo magis
periculis ſubiaces. In paupertate quoque cæteriſque calamitatibus vnicum eſſe confugium amici putā-
tur. Iuuenibus etiam conferunt ad compeſcenda peccata, & ſenibus ad obſequium, atque eos actus perfi-
ciendos, quos ob imbecillitatem ipſi peragere nequeunt. Et his item qui ſunt in ſtatu ad actiones hone-
ſtas. Hæc ille. Cęterum cum eadem maiorque ratio interdum in amicis, quam in con-
ſanguineis inueniatur, lex ſed & hæ. ff. de procur. in conſanguineis loquens non dicetur
extendi ad amicos; ſed de amicis loqui. Nam † vbi eſt omnimoda ratio, ibi non dici- 14
tur extenſio, nec ampliatio, iuxta gloſ. egregiam in cap. 1. in verb. Italia de tempor. ordinat.
li.6. etiam in pœnalibus, vt ibidem probatur ex c. poſtquam, de elect. in 6. Idem fere volue-
runt Pet. & Cynus in l. iura non in ſingulas. ff. de legib. cum ſignanter aiunt: † Quoties plurib. 15
caſibus ineſt eadem ratio, ea decidit omnes, non quidem per extenſionem ſed ſicut genus comprehendit
omnes eius ſpecies, ſic & generalis ratio, diuerſas ſpecies caſuum. Cum autem rationes ſunt ſpecie
differentes, tamen ſimiles, tunc dicitur extenſio id eſt, progreſſio de termino ad termi-
num per adæquationem: ijdem Pet. & Cyn. rurſus in l. quod vero contra rationem, ibique
Bald. in priore lectione col.2. verſ. item veriſimile eſt. ff. eod titul. Paul. Caſtrenſ. conſil.83. Præſens
caſus. col.2.n.1.verſ. conſtat lib.2. vbi id pulchre declarat Tiraq. in l. ſi vnquam. in ver. libertis. n.
45. C. de reuocan. don. vbi plura in eam rem congerit: rurſus idem Tiraq. in libello qui in-
ſcribitur: cauſa ceſſante, p. 1. n.137. Horum autem omnium in promptu eſt ratio. Quando- 16
quidem † legis ratio appellatur ipſius legis mens, vt voluit Dynus in cap. vlt. ad fin. de reg.
iur. lib.6. & Cynus in l. non dubium. col vlt. verſ.1. quæro. & ibi clarius Bart. n.10. & Bal. n.1. C. de
leg. per text. in l. cum mulier. ff. ſol. matr. gl. etiam in l. ff. de cond. & demonſt. Bonus text. in l. ſcire
oportet. §. aliud autem, verſ. ſed ſi maxime, ibi mens legislatoris, inibique eum text. ad hoc expendit
Bald. Rurſus idem Bald. in l.1. circa fin. ff. ſi cert. pet. Vbi † inquit, rationem ſtatuti mentem 17
medullamque eius eſſe. Alibi quoque ſcribit idem Bal. nempe, in l. ſi quis ſeruo. n.7. C de
furt. Rationem † ſiue mentem legis ſicut animam, verbum autem ſuperficiem & cor- 18
pus. Hæc ſemper attendi debet tanquam virtus intrinſeca legis, & tanquam genus præ-
dicans de ſuis ſingulis ſpeciebus, authore Bal. in authent. poſt fratres.2.n.1. verſ. item frater.
C. de legit. hæred. per tex. inſtit. de legit. part. tutel. in princ. ibique notatur. Rurſus † idem Bal. 19
in ca.1 & quia vidimus. n. 12. ad fin. verſ. extra quæritur. de his qui feud. dare poſſ. eſſentiam, ait,
eſſe legis in mente ſtatuentium. Ratio denique legis inducit diſpoſitionem, facitque
ius, & verbis dominatur, ſicut anima corpori, vt affatim traditur per Tiraq. cauſa ceſſante.
1. par. n.134. Sunt præterea multi, vt ipſe refert, nu. ſeq. qui aſſerunt mentem & rationem 20
legis, eſſe legem ipſam, quod non obſcure voluit, gloſ. in l.2. in verbo, rationem vel legē, paulo
poſt princ. C. quæ ſit long. conſuet. Bald. in conſi.467. de iure communi. & in fi. lib.2. per notata in l.
cum tale. §. pen. ff. de cond. & demonſtr. alijq; plures, quos eſſe faſtidioſum referre, vbi eos ci-
tatos inueniet, qui authoritate gl. & Bart. non fuerit contentus. Nec † tamen interim o- 21
mittā ꝙ voluit glo. in §. gibboſus, in verbo faciē. 49. diſt. Ratio, inquit, eſt cordis facies. Quę † 22
omnia cum ita ſe habeant, ratio ſiue cauſa in legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, & alijs

quibuſuis diſpoſitionibus maxime, & in primis attendenda eſt, & ſeruanda, vt dixit Bar. *in l. contra legem poſt medium. ff. de leg.* authoritate Iac. de Are. & Cyni *in l. quicunque. C. de ſeru fugitiu.* & ante eos, Accurſij *in l. 2. in verbo rationem aut legem. C. quæ ſit longa conſuet.* quibus Iaſon ſuffragatur *in l. de quibus col. 1. verſ. alij intelligunt. ff. de leg.* Hinc dixit glo. *in l. ſed ſi lege. §. itē ſi rem diſtraxerit. ff. de pet. hæred.* non eſſe curandū de ſpecierum diuerſitate, modo eadem ſit in omnib. ratio, q̃ quidem cōmunis lex dicitur ad omnes caſus, *c. conſuet. 1. diſt.*
23 Calder. *conſ. 1. ſub titulo, vt lite pendente, & in titulo de regularib. conſil. itidem primo:* Aymon Sabillianus *conſ. 190. n. 1. n. 2.* Diſpoſita † igitur in conſanguineis ratione præſumpti amoris & dilectionis, prout in ſpecie dictæ legis, *ſed & hæ,* diſpoſita nimirū cenſeri debēt in amicis magna intimaq; & non leui amicitia coniunctis, vt licet cernere in caſibus ſupra traditis, & in alijs pluribus, quorum aliquos hic referre non grauabor.

CAPVT XVI.

AMICITIAE CAVSA PLVRIMA INDVLGERI DOCET.

SVMMARIA.

1 *Legatum amico intimo factum rei alienæ, quā teſtator putabat eſſe ſuam, an valeat.*
2 *Amicus an poſſit appellare pro amico abſente?*
3 *Et an electionis petere confirmationem.*
4 *Legatum amici contemplatione cenſetur factum non Eccleſiæ.*
5 *Amicis omnia debent eſſe communia.*
6 *Amici cauſa taciturnitas habetur pro cōſenſu.*
7 *Amicitia an ſanguinis cōiunctioni præferatur*
8 *Reſolutio ex diuo Thoma.*

1 LEgatum rei alienæ quam teſtator putabat eſſe ſuā iure non valet, niſi † proximæ relinquatur perſonæ: vxori, videlicet, vel alij, cui veriſimiliter teſtator legaſſet, etiamſi alienā eſſe non ignoraſſet, vt *in l. cum alienam. C. de leg.* ꝙ vltimum intelligūt ibi Guill. elm. Fulg. Paul. Caſtrēſ. Alexand. & Iaſ. ꝓcedere in amico valde dilecto, cui teſtator ſępe plus afficitur, q̃ coniūctis ſanguine. Id ꝙ Guill. Benedict. approbat *in repet. c. Raynutius, in verbo, teſtam. 3. n. 51. de teſtam.* & Chaſſan. *in conſuet. Burgūdiæ rubr. 4. Des droictz. & Appart. §. 5. n. 32.* Petr. Rebuff. *de priuil. ſcholariū. 104. priuilegio, n. 7.* Tiraq. *in repe. l. ſi vnquā in verbo libertis, n. 78. C. de reuoc. don.* Præterea † amicus pro amico abſente contra quē eſt lata ſentētia pōt
2 appellare, iuxta glo. *in c. 1.* vbi Archid. *de elect. li. 6.* eſtq; ad id text. *in l. non tantum. ff. de appell.*
3 Poteſt † ēt amicus electionis petere confirmationē pro amico gloſ. eſt *in c. quā ſit, in verbo,*
4 *petere, de elect. li. 6.* Eſt † & aliud amicitiæ priuilegiū non modicum, vt queādmodū ſiquis legat rectori alicuius Eccleſiæ affini ſuo, eius p̃ſumitur contēplatione relictū non Eccleſiæ: atq; ideo legatarius ad libitū diſponere pōt de legato, vt *in auth. licentia. C. de ſacroſ. Eccleſ. c. requiſiſti. 1. de teſtam.* & tradunt Bar. & cæteri interpretes, inter quos Soc. multa egregia cōgerit *in l. ciuib. ff. de reb. dubiis, n. 14.* ita & ſi rectori legatū fuerit intimo teſtatoris amico, nec leui amicitia coniuncto, eius nimirū contēplatione potius q̃ Eccleſiæ factū cenſebitur, vt ibi Socinus arbitratur author. glo. *in dict. ca. requiſiſti.* ab Ant. de Butrio cæteriſq; Doctorib. cōmuniter receptæ. Idē cenſet Alcia. *in reg. 1. præſumptionū. 28. præſumpt. n. 1. & 2.* Barb. *de præſtātia Cardinaliū, 3. par. 1. par.* Cuius ratio in prōptu eſt. Legatū ſiquidē in dubio ꝑ benemerita factū cēſetur, vt *in l. nec adiecit. ff. pro ſocio.* Sed quis obſecro magis benemeritus

ritus eſſe pôt, quam verus amicus? Quippe † cuius bona omnia cômunia eſſe oportet? 5
Conſortiũ (inquit Seneca *epiſt.48.*) rerum omnium inter nos facit amicitia, & omnia cũ
amico cômunia amicus habebit iuxta Pythagoricorum opinionẽ, vt idem Seneca atte-
ſtatur *lib.7. de benefic.c.12.* & Cicero *lib.1. de offic. n. 77.* & Hieron. contra Ruphinum: At-
que vt idem Seneca ait *lib.6. de benef.c.23. neſcis quantum ſit amicitiæ pretium, niſi intelligas te ei
daturum quem diligis.* Nec demum eſt amicus, qui amico cor ſuum non præbet, teſte Ci-
cerone *officiorum* 1. Propterea quippe amicitia (authore Auguſtino lib.2. de officijs) dul-
cis eſt, quia amicus communicat cor ſuum & bona. Octauo † ſingularis amicitia ope- 6
ratur, vt taciturnitas habeatur pro conſenſu, quando hoc ſuadet ratio dilectionis, vt
quia coniunctus, vel valde amicus, vt *in l. ſi ſeruus communis. ff. de donationib. inter vir. & vxor.*
cuius authoritate id firmat Cynus *in l. inuitus num.8. Cod. de procur.* Bartol. etiam 2. *lection.*
& Bald. ibidem *num.* 4. qui ex hoc inferunt, quod ſi amicus meus vel coniunctus ali-
quid depoſuit apud me in camera mea quamuis tacuero, video nihilominus ſuſcepiſſe
cuſtodiam, & tenebor ex depoſito. Hinc etiam fit, vt amicus perinde atque conſangui-
neus non repetat expenſas pro amico valde ſibi dilecto factas, vt *in l. ex duobus. §. vltim.
C. de neg. geſt.* quam ad id expendit Socin. *conſ.26. n.4. lib.1.* Nil mirum ergo ſi diſpoſita in
coniunctis locum ſibi vendicent in amicis, quippe cum, vt iam non ſemel diximus, ami-
cus vere diligitur, coniunctus verò ex legis præſumptione. Quin etiam tantum abeſt, vt
non ſemper diligatur, vt & odio ſæpe habeatur. Nam, † vt Tullius ait *officiorum 1. num.* 7
79. *ſanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines: magnum eſt enim, eadem ha-
bere monumenta maiorum, eiſdem vti ſacris, ſepulchra habere communia: ſed omnium ſocietatum
nulla præſtantior, nulla firmior, quam cum viri boni, moribus ſimiles, ſunt familiaritate coniuncti.* Et
Valerius ille Maximus caput ſeptimum libri quarti ſic exorditur: *Conuertamur nunc ami-
citiæ vinculum potens & præualidum, neq; vlla ex parte ſanguinis viribus inferius: hoc etiam certius
& exploratius, quod illud naſcendi fortuitum opus, hoc vniuſcuiuſq; ſolido iudicio inchoata voluntas
contrahit.* Quo fit, vt recte dixerit Alberic. *in l. ſed hæ. n.3. & 4. ff. de procurat.* cum magnam
amicitiam maioris aſſeruit eſſe ponderis, quam fraternitatem: Imperatoris authoritate
fretus, *in l. cum alleg.* *C. de Caſtrenſ. pecul. lib.* 10. Quin & hoc manifeſtius fit, ſi confidere-
mus paſſim in iure reperiri, amicos in ordine ſcripturæ anteponi conſanguineis, nem-
pe *in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ibi, amicus vel cognatus. ff. de vulg. & in l. Theopompus. ibi, amici
mei & cognati. ff. de dote præleg. & in l. affectionis. ibi.* Amicos vel neceſſarios. *ff. de don. & in l.
ſi ſeruus plurium. §. vltim. ibi, Legatarij charitas vel neceſſitudo. ff. de legat.* 1. cum alijs pluribus
ibi in gloſſ. citatis, vbi ad interpretandam dubiam teſtatoris diſpoſitionem, ſicut con-
ſanguinitas, ita & affectio ſiue amicitia, imo prius amicitia perpenditur, & conſideratur.
At nemini dubium eſt argumentum ab ordine literę, vt prius nominatus poſteriori prę-
ferendus veniat, iure communi validum eſſe, vt *in l. quoties cum ſimilibus ab Accurſio ibidem
citatis. ff. de vſufructu.* Quin etiam teſtè Accurſio *in l. 1. C. de negot. geſtis, in verbo, domeſtica:*
maior eſt certe amicitia domeſtica, quam paterna. Nam æqualem facit Imperator
in prælicata l. 1. ex quo ſumptus affectione domeſtica factos negat actione neg. geſto-
rum poſſe repetere. In ſumma Diuus Thom. hac in re diſſerens. 2.2. *quæſt. 26. art.* 8. cen-
ſet coniunctos ſanguine in his duntaxat quæ naturam ipſam concernunt amicis fore
ante-

anteponendos,in cæteris poſtponendos,quem ſequitur Ant.Floren.*in 4.part.ſumma,tit.* *6.cap.5.§.6.*

CAPVT XVII.

AMICITIAE PLVRIMA ALIA ENVMERAT priuilegia.

SVMMARIA.

1 *Amicitiæ cauſa non vitiatur legatum incertum.*

2 *Amicus amicum offendentem impune occidere poteſt, ſicut ſi conſanguineum offenderet.*

3 *Iniuria conſanguineo facta & mihi fieri cenſetur.*

4 *Amico meo iniuria facta mihi fieri cenſetur.*

5 *Amicus poteſt iniuriam amici in iudicio vindicare.*

6 *Amicus poteſt pro prouocato reſpondere.*

7 *Monachus agit pro amico monaſterij.*

8 *Legatum amicis aut propinquis vxoris factum ſub conditione ſi non nupſerit, valet & reijcitur conditio.*

9 *Amicus pro amico ſtipulari poteſt, licet ſecus ſit in coniunctis.*

10 *Amicitiæ cauſa maior ſumma in dubio intelligitur legata.*

11 *Donatio amicæ magno facta an reuocetur per filiorum ſuperuenientiam.*

SVnt & aliæ amicitiæ ſpecialitates.Nam licet alias incertitudo circa perſonas vitiet vl-
1 timam † voluntatem,vt ſi Titius in teſtamento tutor nominetur,eiuſmodi nominatio non valet,vt *in l.duo ſunt Titij.ff.de teſtament.tutel.* tamen ſi vnus ex Titijs eſt amicus teſtatoris,ille præſumitur nominatus authore Bart.*in d.l.duo ſunt Titij,in fin.*ex quo Bald.infert *in l.voluntatis,vlt.col.u.pen.C.de fideicomm.*quod legatum præſumitur relictum ob amicitiam,quapropter ſi inter duos eiuſdem nominis dubitetur, cui potius dari oporteat,ſi ambo ſunt æque amici teſtatoris,hæres eligere debet, cui ſoluat, vt *in l.ſi quis ſeruum. §.ſi inter duos.ff.de leg.2.*ſed ſi alter eorum eſt magis dilectus, ei debetur legatur, vt *in l.ſi fuerit.*
2 *verſic.ſed ſi legatum.*ibique Socin.notat.*n.3.ad fin.ff.de rebus dub.* Ex † eadem quoque radice procedit aliud amicitiæ priuilegium. Nam quemadmodum conſanguineus meus me ipſum aut bona defendendo poteſt impune occidere offenſorem , perinde atque ſi ſe ipſum defendere conaretur,authore Cyno,quem ſequitur Bald.*in l.raptores.2.no.per text. ibi.C.de Epiſc.& cler.*eodem Bald.*in l.vt vim.n.4.ff.de iuſt. & iur.* & alijs non paucis quos re-
3 fert Ant.Gom.*in lib.variarum reſolut. tom.3.c.3.num.21.* qui optime loquitur: † hac innixis ratione,quandoquidem ipſimet conſanguineo iniuria facta videatur, ex notatis *in l. lex Cornelia. in princ.ff.de iniurijs,*maxime per Bart.ibi,qui ex lege illa deducit hanc concluſionem, nempe,paria eſſe aliquid in perſonam alicuius committi, vel in conſanguineos eius, quam pluribus ornat (vt cætera ſolet.) Iaſon *in l. 1. col. 2. in princ. verſic. hinc eſt, quod*
4 *gloſſ. C.de indicta viduit. tollend.* Ita † eadem ratione eum qui offendere vult amicum mihi intima charitate deuinctum defendere poſſum , defendendoque impune occidere , ſiquidem iniuria amico meo facta,& mihi fieri cenſeatur,authore Bald. *in d.l. vt vim, n. 6.*

ff.de

ff.de iuſt. & iur. nam vt ipſe ait, amici vna anima in duobus corporibus eſſe cēſentur, teſte Phil. Ethic. ad Eudemium *lib.6. col.12.* cui ſuffragatur Hippolyt. *in ſing.251. in fine, & rurſus in repet. l. vnica, C. de raptu virginum, n.210.* licet contrarium innuerit Salic. *in l. nullus. C. de maleſi. & mathem.* vbi inquit, quod inueterata amicitia non excuſat recipientem bannitum per illum text. Cui tamen facile reſpondetur, ex ipſiuſmet verbis, dicentis amicitiam reproborum admittendam non eſſe, cæterum de vera nos loquimur amicitia, quæ inter bonos virtuteque præditos contrahitur, vt iam non ſemel diximus, vel reſponderi poteſt, reprobando Saliceti ſententiam, vt Hippol. cenſuit *in l. vnic. n.210. C. de raptu virg. & n.206.* Auileſius *in c.44. Pretorum, in gloſ. verbo, Amiſtad,* per text. ibi, quem dicit non eſſe alibi in iure noſtro Regio ad hoc quod maxima amicitia idem operatur quod affinitas. Quibus † fit, vt & iniuriam amico intimo factam, quis proſequi poſſit, tanquam quę fit eius conſanguineis, ex ſententia Bal. *in c. ſi pater in rep. de teſtam. li.6.* quem refert & ſequitur Alciat. *regul.1. præſumpt. præſumpt.28. num.4.* Andr. Siculus late *in relectione l. cum acutiſſimi, col.42. & 50. C. de fideicom.* & ante eos hoc ipſum voluit Archid. *in cap.1. col.5. de elect. lib.6.* quibus ſubſcripſit Segura *in rep. l. Imperator, in princ. ver.3. fuit ratio, ff. ad Treb.* Pet. Rebuf. *de priuileg. ſcholarium, priuilegio centeſimo quarto, n.8.* quibus addo tex. *in l.1. §. item aut per ſemetipſum. ff. de iniuriis,* cum ſic ait: *Spectat enim ad nos iniuria quæ his fit, qui vel poteſtati noſtræ, vel affectui ſubiecti ſunt.* Cæterum † nec hinc longe abeſt, quod iure noſtro Regio traditur, quo ſane nobilis Hiſpanus, (quem nos hidalgo appellamus) qui iniuriam eius corpori factam per proditionem, poteſt coram Rege repetere, & proditorē prouocare ad duellum, vt *in l.1.2. & 3. tit.3. par.7. & in l.1. tit.9. lib.4. ordin.* quod tamen non ſemper facere licet, ſed ex cauſis dumtaxat traditis *in l.9. tit.4. lib.4. ordin.* hic, inquam, licet per amicū, vel alium eius nomine id explicare nequeat, vt *in d. l.2. tit.3. part.7.* reſpondere tamen pro amico abſente haud dubie poterit, vt *in d. l.2. & 5. tit.3. par.7.* Aliud † amicitiæ priuilegium traditur ab Innocentio *in cap. cum I. & A. de ſenten. & re iudic. n.2.* nempe, quod licet monachus non poſſit negotia forenſiū agere, Abbate ſibi nihilominus imperante, niſi id monaſterij expoſcat vtilitas, vt *in c. monachi à monaſterio 16. q.1. & in cap. pen. de accuſ.* credit tamen Innocen. cum pro laico patrono, vel Principe, magnoue monaſterij defenſore, ſeu vtili amico poſſe cauſam agere tanquam eius procuratorem, quippe cum & Archiepiſcopus hoc poſſit, vt *in c. per venerabilem, qui filij ſint legit.* Porro † & illud iudicio meo huic tractationi addi poteſt, conditionem viduitatis, hoc eſt, ſi non nupſerit legato vxori facto adiectam reijci præcipiunt de legato, *leges omnes. C. de indicta vid. tollend.* ſi legato ipſi vxori facto conditio fuerit appoſita, vt *in l.1. eiuſdem tituli,* nam ſi alij maritus legauerit ſub conditione, ſi eiuſdem teſtatoris vxor non nupſerit, non reijcitur conditio, ſed legatum conditionale redditur. Ceſſat enim ea in ſpecie timoris ratio, qui alias ipſi mulieri ingerebantur, ne forte, nubendo amitteret legatum, quandoquidem nihil ſua interſit, ſi tertius ille legatum amiſerit, quod egregie decidit Imperator *in d. l.1. C. de indict. vid.* ex quo glo. ibidem optime infertur, quod ſi tertius ille eſſet pater, frater, vel propinquus vxoris (quorum affectio eam forte legis præſumptione à matrimonio abſtinere faceret, ne pater aliiue ſibi coniuncti amitterent legatum) conditio viduitatis reijcitur perinde, atque ſi ipſi vxori legatum foret, quod Accurſius atteſtatur authoritate Papiniani Iuriſ-

conſulti celeberrimi *in l. heres meus. §. vltimo. ff. de condi. & demonſtrat.* Qua nixus ratione
idem per omnia eſſe cenſeo, ſi amico aut amicæ vxoris, vicinitatis cauſa, vel alia honeſta
cauſa ſibi deuinctis & dilectis legatum huiuſmodi conditione adiecta relinqueretur re-
ijceretur vtique conditio. ne matrimonium impediatur amici cauſa, non enim nuberet
ne ne ſibi dilecti legatum amitterent. Perinde atque non valet pœnæ promiſſio, quam
quis ſtipulatur à patre, matre, aut conſanguineo ſeu amico cuiuſpiam niſi cum Berta cō-
traxerit ne metu pœnæ contrahat, & matrimonio conſentiat alias non contracturus, vt
d. l. Titia. ff. de verb. oblig. vt ibi no. Bar *n. 1.* cuiui cæteri ſufragantur, text. Regni noſtri *in l. 39.*
tit. 11. par. 5. Couar *de ſponſ. 2. par. cap. 5.* Et † hæc quoque ex eo fulciuntur quod licet id
9 quod intereſt ob affectionem ſanguinis aut alias non tanti ſit, vt quis pro altero ſti-
pulari poſſit per id, quod voluit gloſ. *in l. fide iuſſoris in verbo quoquo modo, & ibi. Bar. ff. de pact.*
& in l. ſtipulatio iſta. § alteri. vbi Nicol. de Neapolis. ff. de verb. obligat. & eſt bonus tex. *in l. 3. § ſed*
ſi forte. ff. iudic. ſolui, habemus tamen gloſſam quæ id negat procedere in eo quod intereſt
ob amicitiam, id enim ſatis eſſe, vt pro altero ſtipulari poſſit: ea eſt *in l. ſi vnus. § 1. in verb.*
videamus. ff. de pact. & ibi Bald. Ang. & Alex. Ex quo Iaſ. id animaduertens *in l. 1. col. 2. ver. ca-*
pio glo. finalē. ff. de in litē iuran. illud notat, quod dicit mirabile, id quod intereſt ratione a-
micitiæ, eſſe fortius eo quod intereſt ratione coniunctionis ſanguinis, refert Tiraquel. *in*
repet. l. ſi vnquam in verb. libertis, n. 82. C. de reuoc. don. Bonus enim amicus quod poteſt amico
ſuo ignoranti acquirit: † argum. text. *in l. ſi ſeruus plurim. § vlt. ff. de legat. 1.* vbi, licet in legatis
10 ſtatutum ſit minorē ſummam deberi propter ambiguitatē, tamen propter magnā ami-
citiam quandoque interpretabimur maiorē deberi, quod & in ſtipulatione receptū eſt
l. capienda. in fi. ff. de regul. iur. atque ita Alciat. notat *in lib. 1. de verb. ſignif. col. 18. verſ. 53.* Hinc †
11 etiam Socinus *conſ. 39. in qu. col. vlt. lib. 3. n. 11. poſt principium* videtur voluiſſe donationem
amico magno factā ſuperuenientia filiorum non reuocari, quod lex præſumat donantē
donaturum fuiſſe etiam ſi de liberis cogitaſſet. Non tamen ſolam amicitiam Soc. aſſerit
ſatis eſſe vt ceſſet preſumptio *l. ſi vnquam. C de reuoc. don.* & eius diſpoſitio: nec, ſi aſſereret,
verum eſſet ex ſententia Tiraq. *in rep. d. l. ſi vnquam in verbo libertis, n. 89.* cui ipſe libenter aſ-
ſentio, omnia etenim quæ dicta ſunt de æquanda aut præponenda amicitia conſangui-
nitati, intelliguntur in ijs tantum, quæ nihil ad naturā pertinēt, vt & nos quoq; diximus
ſupra proximo capite in fine ex Diuo Thoma Aquinate. At naturæ ſimul & parentum
verū filios ad bona ipſorū parentum admittit, vt *in l. ſcripto. ff. vnde liberi,* ideo & hic liberi
amicis ſunt præponendi. Quod probe intelligens Solon Athenienſium legiſlator per-
miſſit pro voluntate cuiuſque. niſi ſupereſſent filij, hæredes cōſtitui. Et ſic viſus eſt, vt ait
Plutarch. amicitiam propinquitati, & gratiā neceſſitudini etiā in bonorum ſucceſſioni-
bus præferre, præterquam tamen filiorum, quos nuncupatim excepit. Quo etiam iure
Romani, nos quoq; vtimur, vt § 1. *Inſtit. de inoffic. teſtam. & in l. 1. ff. eodē tit.* verum ſi cum in-
modica amicitia alia quoq; concurrerent, ex quib. veriſimile eſſet arbitrio boni viri do-
naturum fuiſſe qui donauit etiam ſi de futuris liberis cogitaſſet, vt in ſpecie quam Socin.
proponit *d. conſ. 39.* tunc dubium non eſſet quod donatio filiorum ſuperuenientia mini-
me reuocaretur. Atque ideo Bald. *in dict. l. ſi vnquam in 2. lectione in addit. Angel. etiam ibidē,*
dicunt, q; ſi donatio eſt parua, & donans & donatarius ſint magna affectione cōiuncti,

ita

Ita vt veriſimiliter donans hanc donationem feciſſet, etiamſi de liberis cogitaſſet per ſuperuenientiam filiorum non reuocabitur. Quæ autem ſit iſta modicitas traditur in alio propoſito per Tiraq. *in rep. l. ſi vnquam. in verbo, omnia, vel partem aliquam. Cod. de reuocand. donat.*

CAPVT XVIII.

ALIOS AMICITIAE EFFECTVS PRO SEQVITVR, AMIcoſque appellatione ſuorum contineri, filiſque carnem patris eſſe auctam probat.

SVMMARIA.

1 *An l. cum auus. ff. de condit. & de. ad amicos extendatur?*
2 *Amici ſuorum appellatione continentur.*
3 *Amicitia non cenſetur eadem erga deſcendentes amici que eſt erga amicum.*
4 *Filius eadem perſona cum patre eſſe intelligitur.*
5 *Filij caro eſt caro patris aucta.*
6 *Pater non dicitur omnino extinctus ſuperſtite filio.*
7 *Nepos natus dici poteſt ex aui corpore.*
8 *Idem in auo materno.*
9 *Filius non cenſetur extinctus, nepote ſuperſtite.*
10 *Amici mei filius amicus non dicitur meus ſemper.*
11 *Annuum legatum, vel promiſſio an ad hæredes tranſeat?*

CÆterum, quod amplius eſt, intrepide aſſerere non erubuit And. Siculus, Barb. *in rep. l. cum acutiſſimi. col. 14. & ſeq. C. de fideicomm.* Eius † legis diſpoſitionem ad amicos ex- 1
tendi nempe, vt ſoboles amici hæredis inſtituti in teſtamento amici magna amicitia coniuncti, & reſtituere hæreditatem poſt mortem grauati, ſubſtitutum excludat, ſicut & ſoboles filij, vt *in l. cum auus. ff. de condit. & dem. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de Inſtit. & ſi bſt. ſub condit. fact. & in d. l. cum acutiſſimi.* Quod † ex eo probare nititur, quod amici ſuo- 2
rum appellatione continentur, vt Accurſius adnotauit *in l. 2. C in quib. cauſ. coloni cenſ. lib. 11.* quod tamen Iaſon non admittit, tranſit vero cum Barb. ſententia quam etiam abſolute ſequitur Chaſſanæus, *in conſuet. Burgundiæ rubr. 4. Desdroits 9 §. 5. n. 3. 4.* Guil. Bened. *in rep. cap. Raynutius, in verbo, ſi abſque liberu moreretur. 1. n. 4. extra de teſtam.* Contrariam tamen ſententiam veriorem eſſe atteſtatur ſubtiliſſimus ille legum interpres Bartholomæus Socinus *in l. cum auus. num. 11. & ſeq. ff. de cond. & demonſtr.* motus ea potiſſimum ratione, quod prædictæ leges non modo intuitæ ſunt perſonam inſtituti, verum etiam perpenderunt ſobolem eius, quæ quidem fecit fideicommiſſum deficere. Ratio enim ſanguinis in deſcendentes extenditur. At † vero amicitia non cenſetur eadem erga deſcen- 3
dentes amici, quæ eſt erga amicum: quippe quæ habitus ſit virtutis qui non extenditur: facit quod notatur *in l. qui filiabus, in princip. ff. de legat. 1.* Hæc ille: Nec aliter probat, credens ſatis eſſe ita dixiſſe, nec fallitur quidem, ita eſt non modicæ authoritatis vir. Veriſſimum enim eſt, quod Socinus adeo compendioſe nobis tradidit, ſiquidem pietas illa, qua Papinianus inductus *in d. l. cum auus*, ad diſponendum id, quod ibi

4 ſtatuitur, æque procedit in filio teſtatoris atque in nepote. Natura † enim filius & pater
eadem eſſe perſona penè intelliguntur. *l. vlt. C. de impub. & alijs.* vna etiam caro, vnaque
vtriuſq; vox. Alterum etiam alterius eſſe partem, dominumque filium in vita patris ex-
iſtimari, ſolamq; ei deeſſe adminiſtrationem, & alia in eam rem copioſe congregauit, vt
cætera, Tiraq *in rep. l. ſi vnquam. in princ. num. 15. & ſeq. C. de reuoc. don.* Vnus præterea eſt cum
5 patre ipſo, *c. iam itaque. ibi: Vnus erat cum illo. 1. q. 4.* Quocirca † non ineleganter dixerat
Paul. Caſtrenſ. *conſ. 164. cuius exordium, in præſenti cauſa. n. 3. lib. 2.* Carnem filij eſſe veluti
6 carnem patris auctam, ita † quidem, vt licet efficiatur nouus homo propter nouam ani-
mam, non tamen dicitur nouus homo omnino extinctus, remanet enim in filio ſuper-
ſtite quædam portio patris, quam ab eo accepit. Sicuti in ſimili dicimus, quod nec ar-
bor ob id mortua dicitur, quod antiquis radicibus mortuis, quæ loco animæ ſunt, cum
vitam ſuppeditent, nouas egerint, *arg. l. adeo. § vlt. & l. qua ratione. in princip. ff. de acquir. rer.
dom.* licet alio reſpectu noua dicatur arbor propter nouas, quas emiſit radices. *l. ſed ex
7 meis. § arbor. ff. eod. tit.* Ita † pari modo nepos dicitur natus ex corpore aui, vt & ipſemet fi-
lius, *l. 1. C. de cond. inſer. iuncta l. Lucius. la. 2.* ibi, *ex ſe natum. ff. de hær. inſt.* vbi conditio, ſi deceſ-
ſerit ſine filijs ex ſe natis, deficit æque, ſi reliquerit liberos, ac nepotes, qui liberorum ap-
pellatione continerentur, *l. liberorum. ff. de verb. ſign.* Ita illum text. *in l. Lucius*, ad id appen-
dit, Bart. *in d. l. liberorum.* vbi etiam Alc. Bald. quoque Paul. & Corn. *in l. 1. C. de cond. inſert.*
vbi Bald. rationem aſſignat, nempe, quia in nepote eſt ſanguinis continuatio. Loqui-
8 turque, † quod fortius eſt, in auo materno, vt inquit Paul. *in d. conſil. 164. n. 4. lib. 2.* quod
probat optime text. *iuncta gl. in auth. de hæred. ab inteſt. in princip.* tradit ſignanter Ripa *libr. 2.
reſponſorum, de reſcr. c. 26. n. 1.* alia plura in hanc rem ingenti aceruo cumulat Tiraq. *in tra-
9 ctatu de iure primogeniorum. q. 40. n. 33.* Cum † igitur filius non cenſeatur extinctus nepote
ſuperſtite ex eo, vt in quem ſubſtantia patris transfuſa fuerit, (quod aperte ſignificat
illud Eccleſiaſtic. c. 30. *Mortuus*, inquit, *eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim
relinquit poſt ſe*, vtque aliquid dici poſſit extare, ſufficit aliquid vtcunque modicum ex
illo extare, *l. domum, verſ. ſi vero quantacunque pars. ff. de contr. ab. empt. l. ſi cui vſusfructus inſula. ff.
de vſufr.*) nimirum ſi ceſſet grauamen filio appoſitum, de reſtituenda cuicunque alteri
hæreditate, etiam ipſi fratri ex frequentiori Iuriſperitorum ſententia, quos plene refert
Tiraquel. *dicta quæſt. 40. num. 91. & latius in relectione, l. ſi vnquam. in verbo, donatione largitus,
num. 240. C. de reuocand. donatio.* nimirum etiamſi fideicommiſſi conditio deficiat nepote,
aut pro nepote ſuperſtite, ex dicto filio, aut nepote grauato. Quæ ſane quis non videbit
10 in amici filio procedere minime poſſe? Certe † amicus dici haud poteſt ſuperſtes filio
eius viuente, vtpote qui nullam carnis portionem ſumpſerit ab amico patris, ſed ex alia
prorſus radice fuerit propagatus. Conſtat igitur amici mei filium meum non eſſe ami-
cum ex eo tantum, quod amicus patris eius iam defuncti fuerim. Amicitia namque ex-
tincta fuit morte, nam eſt genita, ergo corruptibilis, *c. Moyſes. 32. q. 2. c. in quadam, de celebr.
11 Miſſ.* Ex † quo forſitan Iuriſconſultus legati annui pro eo tantum anno, quo mortem
obijt legatarius concedit ad hæredem fieri tranſmiſſionem, non vero quoad ſequentes:
ſiquidem conditionale eſſe cenſeatur. *l. ſi in ſingulos. ff. de annuis leg.* licet ſecus ſit in contra-
ctibus, quia perpetua eſt obligatio & tranſmittitur, vt *in l. ſi Stichum. § ſtipulatio. ff. de verb.
oblig.*

Digitized by Google

oblig. vbi frequentius Doct. hoc adſcuerant: legatum etenim amico ſemper relictum cenſetur ei propter benemerita, *l. nec adiecit. ff. pro ſoc.* quare ad alium non ita benemeritũ nõ tranſit. In cõtractibus vero, nõ merita attendũtur, ſed vinculũ & verba contrahẽtiũ, vt fuſiꝰ tradit Ant. Gomez *in lib. variar. reſol. tom. 2 c. 11. n. 46.* Et quis non deſint, qui afferãt amicitiam non extingui morte alterius ex amicis, vt refert Ioan. à Lignano *in ſuo de amicitia libello, tit. de amicitia propter honeſtum, maxime n.* 4. tamen id verum eſt, quoad ipſummet amicum mortuum, anima enim eius viuit, non quoad alium, licet ſit amici filius. Quia forſitan non ea conueniunt in filio, quæ in patre, ſcientia vtique aut virtus, quapropter pater diligebatur. Quo nimirum fit, vt cum in amico ceſſet omnino ratio Iuriſconſulti *in præcitata l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat.* ceſſare quoque debeat eius diſpoſitio, vt *in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. c. cum ceſſante. de appell.*

CAPVT XIX.

AMICI CAVSA PLVRIMA TOLERARI, QVAE ALIAS non licerent, oſtendit.

SVMMARIA.

1 *Amicis gratum facere poteſt iudex quandoque.*
2 *Amico an poſſit pœna remitti per iudicem?*
3 *Amico honeſta poſſunt à iudice concedi.*
4 *Iniuria non fit ei, cui prohibuero honore aut magiſtratu affici, vt amico conferatur.*
5 *Amicitiæ vſuræ præſumptionem excludit.*
6 *Amicitia efficit, homicidam non dolo, ſed caſu feciſſe homicidium.*

PRæterea † quoties gratificationi locus eſt, amicitia proderit ſemper, vt in pari proba- 1
tione, *l. duo iudices dati. in gl. 1. ff. de re iudic.* quam pro ſingulari commendat Bald. *in c. li-*
cet cauſam, col. 7. verſ. gloſſ. dicit. de probat. & in conſil. 420. verba Principis. col. 2. libr. 1. & in alijs
pluribus caſibus coacervatim collectis per Tiraq. *de iure primogeniorum, q. 17. opinione 2.*
Certe in his omnibus iudex gratificabitur amico: ſicut in arbitrarijs, de quibus *in §. præ-*
terea, Inſt. de action. & per Ioan. Lup. *in relect. rubr. de don. int. vir. & vxor. §. 11. num. 11. & ſeq.*
in quibus ſalua conſcientia amicis poterit prodeſſe multum, vt Petr. Rebuff. adnotauit
in dict. §. præterea, & de priuileg. ſcholar. 104. priuileg. num. 23. In dubijs tamen opinionibus
peccatum contrahit iudex in amici gratiam ſententiam proferens, antequam certus ſit,
vel credat ius eſſe amico, vel ſaltem pro eo eſſe iudicandum, vt ex mente Adriani *quod-*
libeto 2. probat optime Martinus ab Azpilcueta *in c. ſi quis autem. num. 130. & ſeq. de pœnit.*
diſt. 7 Quo † fit, vt quod Rebuff. cenſet *in d. 104 priuilegio, n. 21.* nempe iudicem amico 2
ſuo ſalua conſcientia poſſe pœnam remittere ex gloſſ. ſingul. *in c. niſi, de offic. deleg.* quam
ſequitur, & commendat Barbat. *in rub. de reſcript. in Clem. col. 10. & in c. Raynaldus, col. 117.*
de teſtam. & in repet. l. cum acutiſſimi. col. 12. C. de fideicom. falſiſſimum eſſe nulloque iure nec
ratione probatum, quandoquidem text. *in d. c. niſi,* in ſummo Pontifice loquitur, prout
& text. *in c. clerici, 50. diſtinct. & in c. veniam. 35. q. 9.* cui nimirum permittitur, ſicut & cui-

Digitized by Google

libet Principi, ex ſpeciali dilectione quam habet ad reum, abſque vlla alia cauſa
pœnam indulgere delicto condignam: modo affectio, vt dixit Abbat. *in d. c. ni-*
ſi, cauſetur ex virtute hominis. Nam ex affectione carnali Princeps moueri non
debet ad ignoſcendum reo: ſiquidem ſcriptum eſt *Deuteronom.* 1. *Ita iudicabis ma-*
gnum ſicut paruum, neq; erit apud te acceptio perſonarum, vt in c. nouit. de iud. de quo ſatis dixi-
3 mus *ſupra cap.13.num.6.* Id † quod non obſcurè ſentire videtur Cicero *lib. 3. offic. num. 56.*
cum ſic ait: *At neque contra Rempublicam, neque contra iusiurandum, ac fidem, amici cauſa vir bo-*
nus faciet, ne ſi iudex quidem erit de ipſo amico. Ponit enim perſonam amici, cum induit iudi-
cis. Tantum dabit amicitiæ, vt veram amici cauſam eſſe malit, & orandæ liti tempus
quoad per leges liceat, accommodet. Cum vero iurato ſententia dicenda ſit, memine-
rit ſe Deum habere teſtem. Honeſta itaq; amico à iudice concedi poſſunt, nam ſi omnia
facienda ſint, quæ amici velint, nõ amicitiæ tales, ſed coniurationes putandæ ſunt. Hinc
beatus inquit Bernardus: *Iuſtitia non nouit patrem, neque matrem, amicos, neque inimicos diui-*
tias, nec paupertatem, & in c. in iudicijs, de reg. iur. lib.6. vbi Dyn. & alij Alber. *in l. vlt. ff. de rerum*
diuiſ. & in l. illicitas. §. vlt. n. 4. ff. de off. praſ. vbi tenet contra gloſ. *in d. c. niſi ſpecialis*, de quo
infra latius. Verum enimuero antequam iudex definiat, nec non & poſt ſententiam,
pœnam ſibi applicatam remittere poteſt, vel ſi arbitraria eſt pœna, ſine graui detrimen-
to partis aduerſæ eam poterit minuere, ex ſententia Hoſtien. *in d. c. niſi ſpecialis, de offic. de-*
leg. vbi Abb. in fin. latius diſtinguit. Quid tamen in arbitrarijs facere debeat iudex infra
copioſius explicabo. Porro † vſque adeo vtilem eſſe amicitiam conſtat, vt iniuriam fa-
4 cere non dicatur, qui amici ſui cauſa honorem aut magiſtratum alicui decerni paſſus nõ
fuerit, imo impedierit, pro amico intercedendo eum aſſerens aptiorem eſſe. Animo e-
nim alterum iniuriandi feciſſe non creditur, ſed amici honorandi & ſublimandi cauſa,
vt optimus Regni noſtri text. probat 7. *p. tit.* 9. *l.* 19. Quando autem impediens digno
cõferri beneficium teneatur ad reſtitutionem ei quem prohibuit præfici, optimè expli-
cat omnium latiſſimè Couarr. *in relect. regula peccatum.* 2 *p.* §. 7. *n.* 3. & 8 *de reg. iu. li. 6.* Matt.
Azpilcueta *in manual. confeßor c* 17. *n.* 69. *& deinceps.* Alia † ruſus non minor cæteris ſpe-
5 cialitas amicitiæ enarratur per Caiet. 2 2. *q.* 78 *art.* 1. *& in paruis opuſculis tomo* 3. *quaſt.* 2. *&* 3.
de vſuris: nempe, vt vſuræ & fraudis præſumptionem excludat, quin etiam non modo vt
amicitia conſeruetur, ſed vt acquiratur, poteſt quis alicui mutuare, ſi hoc agit præcipue,
licet in conſequentiam conſiderauerit lucrum æſtimabile, quod ex eius amicitia conſe-
qui poſſit, cui ſubſcribit Dominicus à Soto *lib.6. de iuſt. & iur. q.* 1. *art.* 2. & egregius ille, &
non ſatis laudatus vir Martinus ab Azpilcueta Nauarrus *in repet. c.* 1. 14. *q.* 1. *nu.* 22. *& rurſus*
in manuali confeſſorum. c. 17. *n.* 210. *&* 222. poſt Diuum Thomam, 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. *ad* 2. *& ad*
6 3. Gabriel. *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 11 *art.* 3. *dubio.* 8. Amicitia † item facit homicidam præſumi nõ do-
lo feciſſe homicidium, ſed caſu, glo. 1 *in l.* 1. *C. ad l. Cornel. de ſicarijs*, Cæpola *conſ.* 29. *viſo pro-*
ceſſu. Iacob. Butr. & Salic. *n.* 4. & Hippol. *n.* 86. *in d. l.* 1. *C. ad l. Corn. de ſicc.* Lud. Rom. vbi eam
dicit ſingularem *in l. in illa. ff. de verb. oblig.* Felin. *in c. vltim. de hom.* Iaſon *in l.* 1. *pen. col. verſ. &*
nota dil gener. vbi plura alleg. ff. de legib. gloſſ. tandem communiter recipitur teſte Mar.
Socino iuniore *conſ.* 58. *n.* 8. *lib.* 1. Quam tamen veram eſſe crederem, quando ex qualita-
te facti iudex eſſet indifferens, cui ex litigatoribus deberet animum applicare, an ei qui

facis

Digitized by Google

facit dolum præſumi, an ei qui minus, cum pro vtraque parte, ſint coniecturæ, tunc etenim pro ea parte, quam amicitia & affinitas fauorem ſuperaddit, cauſam decidere debet, ex mente Iacob. Butr. & Salic. ibidem, & per illam gl. dixit Petr. Reb. *in ſæpe citato priuilegio ſcholarium* 104 *nu*.13. defendiſſe alias quendam ſcholarem, qui ſocium interfecerat, quam gloſ. ſequitur etiam inter cæteros Didacus Segura *in d. repet. l. Imperator. col. 6. ff. a. l Treb.* Antonius Gomezius *li. variarum reſolutionum, tom. 3. c. 3. n. 17.*

CAPVT XX.

AMICORVM PRAESENTIAM, DOLVM ET METVM ceſſare, etiam quem reuerentialem dicunt, inſinuabit.

SVMMARIA.

1 *Amicorũ præſentia doli & metus præſumptionem ceſſare facit, ſicut & iudicis.*
2 *Metus reuerentialis an ſufficiat ad reſcindendum contractum?*
3 *Quid ſi læſio enormis interueniat.*
4 *Religionis ingreſſum an vitiet metus reuerentialis patris.*
5 *Tacens actus qui fit per eum cui reuerentia debetur, an conſentire videatur?*
6 *Metum reuerentialem qui dicantur inferre?*
7 *Amicorum præſentia an ceſſare faciat metus reuerentialis præſumptionem?*
8 *Læſio grauiſſima admodumq; enormis facit reſcindi contractum iuratum.*
9 *Quid in tranſactione?*
10 *Læſio admodum enormis reſcindi faciat cõtractum iuratum.*
11 *Læſio enormiſſima intra quod tempus peti poſſit?*
12 *Dictio plus, vel minus ad modicam refertur quantitatem.*
13 *Idem in dictionibus vltra, & citra.*
14 *Quid ſi Eccleſia, fiſcus, vel reſpub. enormiter lædatur.*
15 *Paterfamil. an poſſit emere à filio bona, in quibus habet vſumfructum.*
16 *Dotalis fundi alienatio ab vxore cum iuramento facta, quando valeat metu reuerentiali ceſſante?*
17 *Vxori quo pacto ſuccurratur, vt libere teſtari poſſit.*
18 *Metus an interueniat reuerentiæ, plurimum ex iudicis coniectura pendet.*
19 *Amicitia apud quoſcunq; in rebus dubijs plurimum valet.*
20 *Amici fauore verbum, volo, inducit diſpoſitionem.*

ALius præterea & non minor amicitiæ effectus in iure reperitur, nempe † quod amicorum præſentia ſicut & cõſanguineorum, doli, fraudis, & metus præſumptionem ceſſare facit, vt *in l. tranſactionem. C. de tranſact.* Perinde atque iudicis præſentia, *l. 1. vbi notat Bart. C. de præd. curial. lib.* 10. Bald. Salic. & Moderni *in l. pacta nouiſſima. C. de pactis*, vbi Iaſon 3. *notabil. &* 4. plurima congerit ſingularia. Ex quo Bart. & Doct. *in l. hac autem. §. non defendere. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur*, amicos, propinquos, & affines per publicum proclama citandos eſſe atteſtantur, quoties miſſio fiet in poſſeſſionem ex primo decreto contra pupillum indefenſum, vt veniant ad ipſum defendendum, idem & in maiore abſente minimeque defenſo, vt *in l. item ait Prætor. & in l. ergo. ibique Bar. Bal. & DD. ff. ex quib. cauſ. maiores.* Hinc † etiam idem Bartol. cenſet *in d. l. tranſactionem*, quod licet actus geſtus per filium, aut vxorem poſſit reſcindi ob reuerentialem, quem vocant,

Digitized by Google

quibusſuis diſpoſitionibus maxime, & in primis attendenda eſt, & ſeruanda, vt dixit
Bar. *in l. contra legem poſt medium. ff. de leg.* authoritate Iac. de Are. & Cyni *in l. quicunque. C.*
de ſeru fugitiu. & ante eos, Accurſij *in l. 2. in verbo rationem aut legem. C. quæ ſit longa conſuet.*
quibus Iaſon ſuffragatur *in l. de quibus col. 1. verſ. alij intelligunt. ff. de leg.* Hinc dixit glo. *in l. ſed*
ſi lege. §. itẽ ſi rem diſtraxerit. ff. de pet. hæred. non eſſe curandũ de ſpecierum diuerſitate, modo
eadem ſit in omnib. ratio, q̃ quidem cõmunis lex dicitur ad omnes caſus, *c. conſuet. 1. diſt.*
23 Calder. *conſ. 1. ſub titulo, vt lite pendente, & in titulo de regularib. conſil. itidem primo:* Aymon Sa-
billianus *conſ. 190. li. 1. n. 2.* Diſpoſita † igitur in conſanguineis ratione præſumpti amoris
& dilectionis, prout in ſpecie dictæ legis, *ſed & hæ,* diſpoſita nimirũ cenſeri debẽt in ami-
cis magna intimaq; & non leui amicitia coniunctis, vt licet cernere in caſibus ſupra tra-
ditis, & in alijs pluribus, quorum aliquos hic referre non grauabor.

CAPVT XVI.

AMICITIAE CAVSA PLVRIMA INDVLGERI DOCET.

SVMMARIA.

1 *Legatum amico intimo factum rei alienæ, quã teſtator putabat eſſe ſuam, an valeat.*
2 *Amicus an poſſit appellare pro amico abſente?*
3 *Et an electionis petere confirmationem.*
4 *Legatum amici contemplatione cenſetur factum non Eccleſiæ.*
5 *Amicis omnia debent eſſe communia.*
6 *Amici cauſa taciturnitas habetur pro cõſenſu.*
7 *Amicitia an ſanguinis cõiunctioni præferatur*
8 *Reſolutio ex diuo Thoma.*

1 LEgatum rei alienæ quam teſtator putabat eſſe ſuã iure non valet, niſi † proximæ re-
linquatur perſonæ: vxori, videlicet, vel alij, cui veriſimiliter teſtator legaſſet, etiamſi
alienã eſſe non ignoraſſet, vt *in l. cum alienam. C. de leg.* ꝙ vltimum intelligũt ibi Guill. elm.
Fulg. Paul. Caſtrẽſ. Alexand. & Iaſ. ꝓcedere in amico valde dilecto, cui teſtator ſæpe plus
afficitur, q̃ coniũctis ſanguine. Id ꝙ Guill. Benedict. approbat *in repet. c. Raynutius, in ver-*
bo, teſtam. 3. n. 51. de teſtam. & Chaſſan. *in conſuet. Burgũdiæ rubr. 4. Des droictz. & Appart. §. 5. n.*
32. Petr. Rebuff. *de priuil. ſcholariũ. 104. priuilegio, n. 7.* Tiraq. *in repe. l. ſi vnquã in verbo libertis,*
2 *n. 78. C. de reuoc. don.* Præterea † amicus pro amico abſente contra quẽ eſt lata ſẽtẽtia põt
appellare, iuxta glo. *in c. 1.* vbi Archid. *de elect. li. 6.* eſtq; ad id text. *in l. non tantum. ff. de appell.*
3 Poteſt † ẽt amicus electionis petere confirmationẽ pro amico gloſ. eſt *in c. quã ſit, in verbo,*
4 *petere, de elect. li. 6.* Eſt † & aliud amicitiæ priuilegiũ non modicum, vt quẽadmodũ ſiquis
legat rectori alicuius Eccleſiæ affini ſuo, eius pſumitur contẽplatione relictũ non Eccle-
ſiæ: atq; ideo legatarius ad libitũ diſponere põt de legato, vt *in auth. licentia. C. de ſacroſ. Ec-*
cleſ. c. requiſiſti. 1. de teſtam. & tradunt Bar. & cæteri interpretes, inter quos Soc. multa egre-
gia cõgerit *in l. ciuib. ff. de reb. dubiis, n. 14.* ita & ſi rectori legatũ fuerit intimo teſtatoris ami-
co, nec leui amicitia coniuncto, eius nimirũ contẽplatione potius q̃ Eccleſiæ factũ cen-
ſebitur, vt ibi Socinus arbitratur author. glo. *in dict. ca. requiſiſti.* ab Ant. de Butrio cæteriſq;
Doctorib. cõmuniter receptæ. Idẽ cenſet Alcia. *in reg. 1. præſumptionũ. 28. præſumpt. n. 1. & 2.*
Barb. *de præſtãtia Cardinaliũ, 3. par. 1. par.* Cuius ratio in prõptu eſt. Legatũ ſiquidẽ in dubio
pp benemerita factũ cẽſetur, vt *in l. nec adiecit. ff. pro ſocio.* Sed quis obſecro magis beneme-
ritus

ritus eſſe pōt, quam verus amicus? Quippe † cuius bona omnia cōmunia eſſe oportet? 5
Conſortiū (inquit Seneca *epiſt.* 48.) rerum omnium inter nos facit amicitia, & omnia cū
amico cōmunia amicus habebit iuxta Pythagoricorum opinionē, vt idem Seneca atte-
ſtatur *lib.* 7. *de benefic. c.* 12. & Cicero *lib.* 1. *de offic. n.* 77. & Hieron. contra Ruphinum: At-
que vt idem Seneca ait *lib.* 6. *de benef. c.* 23. *neſcis quantum ſit amicitiæ pretium, niſi intelligas te ei
daturum quem diligis.* Nec demum eſt amicus, qui amico cor ſuum non præbet, teſte Ci-
cerone *officiorum* 1. Propterea quippe amicitia (authore Auguſtino lib. 2. de officijs) dul-
cis eſt, quia amicus communicat cor ſuum & bona. Octauo † ſingularis amicitia ope- 6
ratur, vt taciturnitas habeatur pro conſenſu, quando hoc ſuadet ratio dilectionis, vt
quia coniunctus, vel valde amicus, vt *in l. ſi ſeruus communis. ff. de donationib. inter vir. & vxor.*
cuius authoritate id firmat Cynus *in l. inuitus num.* 8. *Cod. de procur.* Bartol. etiam 2. *lection.*
& Bald. ibidem *num.* 4. qui ex hoc inferunt, quod ſi amicus meus vel coniunctus ali-
quid depoſuit apud me in camera mea quamuis tacuero, video nihilominus ſuſcepiſſe
cuſtodiam, & tenebor ex depoſito. Hinc etiam fit, vt amicus perinde atque conſangui-
neus non repetat expenſas pro amico valde ſibi dilecto factas, vt *in l. ex duobus. §. vltim.
C. de neg. geſt.* quam ad id expendit Socin. *conſ.* 26 *n.* 4. *lib.* 1. Nil mirum ergo ſi diſpoſita in
coniunctis locum ſibi vendicent in amicis, quippe cum, vt iam non ſemel diximus, ami-
cus vere diligitur, coniunctus verò ex legis præſumptione. Quin etiam tantum abeſt, vt
non ſemper diligatur, vt & odio ſæpe habeatur. Nam, † vt Tullius ait *officiorum* 1. *num.* 7
79. *ſanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines: magnum eſt enim, eadem ha-
bere monumenta maiorum, eiſdem vti ſacris, ſepulchra habere communia: ſed omnium ſocietatum
nulla præſtantior, nulla firmior, quam cum viri boni, moribus ſimiles, ſunt familiaritate coniuncti.* Et
Valerius ille Maximus caput ſeptimum libri quarti ſic exorditur: *Contemplemur nunc ami-
citiæ vinculum potens & prævalidum, neq; vlla ex parte ſanguinis viribus inferius: hoc etiam certius
& exploratius, quod illud naſcendi fortuitum opus, hoc vniuſcuiuſq; ſolido iudicio inchoata voluntas
contrahit.* Quo fit, vt recte dixerit Alberic. *in l. ſed hæ. n.* 3. *&* 4. *ff. de procurat.* cum magnam
amicitiam maioris aſſeruit eſſe ponderis, quam fraternitatem: Imperatoris authoritate
fretus, *in l. cum alleg. as. C. de Caſtrenſ. pecul. lib.* 10. Quin & hoc manifeſtius fit, ſi conſidere-
mus paſſim in iure reperiri, amicos in ordine ſcripturæ anteponi conſanguineis, nem-
pe *in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ibi, amicus vel cognatus. ff. de vulg. & in l.* Theopompus. *ibi, amici
mei & cognati. ff. de dote prælcg. & in l. affectionis. ibi.* Amicos vel neceſſarios. *ff. de don. & in l.
ſi ſeruus plurium. §. vltim. ibi, Legatarij charitas vel neceſſitudo. ff. de legat.* 1. cum alijs pluribus
ibi in gloſſ. citatis, vbi ad interpretandam dubiam teſtatoris diſpoſitionem, ſicut con-
ſanguinitas, ita & affectio ſiue amicitia, imo prius amicitia perpenditur, & conſideratur.
At nemini dubium eſt argumentum ab ordine literę, vt prius nominatus poſteriori prę-
ferendus veniat, iure communi validum eſſe, vt *in l. quoties cum ſimilibus ab Accurſio ibidem
citatis. ff. de vſufructu.* Quin etiam teſte Accurſio *in l.* 1. *C. de negot. geſtis, in verbo, domeſtica:*
maior eſt certe amicitia domeſtica, quam paterna. Nam æqualem facit Imperator
in præcitata l. 1. ex quo ſumptus affectione domeſtica factos negat actione neg. geſto-
rum poſſe repetere. In ſumma Diuus Thom. hac in re diſſerens. 2. 2. *quæſt.* 26. *art.* 8. cen-
ſet coniunctos ſanguine in his duntaxat quæ naturam ipſam concernunt amicis fore
ante-

anteponendos,in cæteris poſtponendos,quem ſequitur Ant.Floren.*in 4.part.ſumma,tit. 6.cap.5.§.6.*

CAPVT XVII.

AMICITIAE PLVRIMA ALIA ENVMERAT priuilegia.

SVMMARIA.

1 *Amicitiæ cauſa non vitiatur legatum incertum.*
2 *Amicus amicum offendentem impune occidere poteſt, ſicut ſi conſanguineum offenderet.*
3 *Iniuria conſanguineo facta & mihi fieri cenſetur.*
4 *Amico meo iniuria facta mihi fieri cenſetur.*
5 *Amicus poteſt iniuriam amici in iudicio vindicare.*
6 *Amicus poteſt pro prouocato reſpondere.*
7 *Monachus agit pro amico monaſterij.*
8 *Legatum amicis aut propinquis vxoris factum ſub conditione ſi non nupſerit, valet & reijcitur conditio.*
9 *Amicus pro amico ſtipulari poteſt., licet ſecus ſit in coniunctis.*
10 *Amicitiæ cauſa maior ſumma in dubio intelligitur legata.*
11 *Donatio amico magno facta an reuocetur per filiorum ſuperuenientiam.*

SVnt & aliæ amicitiæ ſpecialitates.Nam licet alias incertitudo circa perſonas vitiet vl-
1 timam † voluntatem,vt ſi Titius in teſtamento tutor nominetur,eiuſmodi nominatio non valet,vt *in l.duo ſunt Titij.ff.de teſtament.tutel.* tamen ſi vnus ex Titijs eſt amicus teſtatoris,ille præſumitur nominatus authore Bart.*in d.l.duo ſunt Titij,in fin.*ex quo Bald.infert *in l.voluntatis,vlt.col.u.pen.C.de fideicomm.*quod legatum præſumitur relictum ob amicitiam,quapropter ſi inter duos eiuſdem nominis dubitetur, cui potius dari oporteat,ſi ambo ſunt æque amici teſtatoris,hæres eligere debet, cui ſoluat, vt *in l.ſi quis ſeruum. §.ſi inter duos.ff.de leg.2.*ſed ſi alter eorum eſt magis dilectus, ei debetur legatur, vt *in l.ſi fuerit.*
2 *verſic.ſed ſi legatum.*ibique Socin.notat.*n.3.ad fin.ff.de rebus dub.* Ex † eadem quoque radice procedit aliud amicitiæ priuilegium. Nam quemadmodum conſanguineus meus me ipſum aut bona defendendo poteſt impune occidere offenſorem , perindeatque ſi ſe ipſum defendere conaretur,authore Cyno,quem ſequitur Bald.*in l.raptores.2.no.per text. ibi.C.de Epiſc.& cler.*eodem Bald.*in l.vt vim.n.4.ff.de iuſt. & iur.* & alijs non paucis quos re-
3 fert Ant.Gom.*in lib.variarum reſolut.tom.3.c.3.num.21.* qui optime loquitur: † hac innixis ratione,quandoquidem ipſimet conſanguineo iniuria facta videatur, ex notatis *in l. lex Cornelia.in princ.ff.de iniurijs,*maxime per Bart.ibi, qui ex lege illa deducit hanc concluſionem, nempe,paria eſſe aliquid in perſonam alicuius committi, vel in conſanguineos eius, quam pluribus ornat (vt cætera ſolet.) Iaſon *in l.1.col.2.in princ.verſic.hinc eſt, quod*
4 *gloſſ.C.de indicta viduit.tollend.* Ita † eadem ratione eum qui offendere vult amicum mihi intima charitate deuinctum defendere poſſum, defendendoque impune occidere, ſiquidem iniuria amico meo facta,& mihi fieri cenſeatur,authore Bald. *in d.l. vt vim, n.6.*

ff.de

ff. de iuſt. & iur. nam vt ipſe ait, amici vna anima in duobus corporibus eſſe cēſentur, teſte Phil. Ethic. ad Eudemium *lib. 6. col. 12.* cui ſuffragatur Hippolyt. *in ſing. 251. in fine, & rurſus in repet. l. vnica, C. de raptu virginum, n. 210.* licet contrarium innuerit Salic. *in l. nullus. C. de maleſi. & mathem.* vbi inquit, quod inueterata amicitia non excuſat recipientem bannitum per illum text. Cui tamen facile reſpondetur, ex ipſiuſmet verbis, dicentis amicitiam reproborum admittendam non eſſe, cæterum de vera nos loquimur amicitia, quæ inter bonos virtuteque præditos contrahitur, vt iam non ſemel diximus, vel reſponderi poteſt, reprobando Saliceti ſententiam, vt Hippol. cenſuit *in l. vnic. n. 210. C. de raptu virg. & n. 206.* Auileſius *in c. 44. Pratorum, in gloſ. verbo, Amiſtad,* per text. ibi, quem dicit non eſſe alibi in iure noſtro Regio ad hoc quod maxima amicitia idem operatur quod affinitas. Quibus † fit, vt & iniuriam amico intimo factam, quis proſequi poſſit, tanquam quę ſit eius conſanguineis, ex ſententia Bal. *in c. ſi pater in rep. de teſtam. li. 6.* quem refert & ſequitur Alciat. *regul. 1. præſumpt. præſumpt. 28. num. 4.* Andr. Siculus late *in relectione l. cum acutiſſimi, col. 42. & 50. C. de fideicom.* & ante eos hoc ipſum voluit Archid. *in cap. 1. col. 5. de elect. lib. 6.* quibus ſubſcripſit Segura *in rep. l. Imperator, in princ. ver. 3. fuit ratio, ff. ad Treb.* Pet. Rebuf. *de priuileg. ſcholarium, priuilegio centeſimo quarto, n. 8.* quibus addo tex. *in l. 1. §. item aut per ſemetipſum. ff. de iniuriis,* cum ſic ait: *Spectat enim ad nos iniuria quæ his fit, qui vel poteſtati noſtræ, vel affectui ſubiecti ſunt.* Cæterum † nec hinc longe abeſt, quod iure noſtro Regio traditur, quo ſane nobilis Hiſpanus, (quem nos hidalgo appellamus) qui iniuriam eius corpori factam per proditionem, poteſt coram Rege repetere, & proditorē prouocare ad duellum, vt *in l. 1. 2. & 3. tit. 3. par. 7. & in l. 1. tit. 9. lib. 4. ordin.* quod tamen non ſemper facere licet, ſed ex cauſis dumtaxat traditis *in l. 9. tit. 4. lib. 4. ordin.* hic, inquam, licet per amicū, vel alium eius nomine id explicare nequeat, vt *in d. l. 2. tit. 3. part. 7.* reſpondere tamen pro amico abſente haud dubie poterit, vt *in d. l. 2. & 5. tit. 3. par. 7.* Aliud † amicitiæ priuilegium traditur ab Innocentio *in cap. cum. I. & A. de ſenten. & re iudic. n. 2.* nempe, quod licet monachus non poſſit negotia forenſiū agere, Abbate ſibi nihilominus imperante, niſi id monaſterij expoſcat vtilitas, vt *in c. monachi à monaſterio. 16. q. 1. & in cap. pen. de accuſ.* credit tamen Innocen. eum pro laico patrono, vel Principe, magnoue monaſterij defenſore, ſeu vtili amico poſſe cauſam agere tanquam eius procuratorem, quippe cum & Archiepiſcopus hoc poſſit, vt *in c. per venerabilem, qui filij ſint legit.* Porro † & illud iudicio meo huic tractationi addi poteſt, conditionem viduitatis, hoc eſt, ſi non nupſerit legato vxori facto adiectam reijci præcipiunt de legato, *leges omnes. C. de indicta vid. tollend.* ſi legato ipſi vxori facto conditio fuerit appoſita, vt *in l. 1. eiuſdem tituli,* nam ſi alij maritus legauerit ſub conditione, ſi eiuſdem teſtatoris vxor non nupſerit, non reijcitur conditio, ſed legatum conditionale redditur. Ceſſat enim ea in ſpecie timoris ratio, qui alias ipſi mulieri ingerebantur, ne forte, nubendo amitteret legatum, quandoquidem nihil ſua interſit, ſi tertius ille legatum amiſerit, quod egregie decidit Imperator *in d. l. 1. C. de indict. vid.* ex quo glo. ibidem optime infertur, quod ſi tertius ille eſſet pater, frater, vel propinquus vxoris (quorum affectio eam forte legis præſumptione à matrimonio abſtinere faceret, ne pater aliiue ſibi coniuncti amitterent legatum) conditio viduitatis reijcitur perinde, atque ſi ipſi vxori legatum foret, quod Accurſius atteſtatur authoritate Papiniani Iuriſ-

N conſulti

Digitized by Google

conſulti celeberrimi *in l. hæres meus. §. vltimo.ff. de condi. & demonſtrar.* Qua nixus ratione idem per omnia eſſe cenſeo, ſi amico aut amicæ vxoris, viciniratis cauſa, vel alia honeſta cauſa ſibì deuinctis & dilectis legatum huiuſmodi conditione adiecta relinqueretu reijceretur vtique conditio. ne matrimonium impediatur amici cauſa, non enim nuberet ne ne ſibi dilecti legatum amitterent. Perinde atque non valet pœnæ promiſſio, quam quis ſtipulatur à patre, matre, aut conſanguineo ſeu amico cuiuſpiam niſi cum Berta cōtraxerit ne metu pœnæ contrahat, & matrimonio conſentiat alias non contracturus, vt *d.l.Titia.ff. de verb.oblig.* vt ibi no. Bar *n.*1. cuius cæteri ſuffragantur, text. Regni noſtri *in.l.*39. *tit.*11. *par.*5. Conar *de ſponſ.* 2.*par. cap.*3. Et † hæc quoque ex eo fulciuntur quod licet id
9 quod intereſt ob affectionem ſanguinis aut alias non tanti ſit, vt quis pro altero ſtipulari poſſit per id, quod voluit gloſ. *in l. ſide iuſſoris in verbo quoquo modo, & ibi. Bar. ff. de pact. & in l. ſtipulatio iſta. § alteri. vbi* Nicol. de Neapolis. *ff. de verb.obligat.* & eſt bonus tex. *in l.*3. *§. ſed ſi forte. ff. iudic. ſolui*, habemus tamen gloſſam quæ id negat procedere in eo quod intereſt ob amicitiam, id enim ſatis eſſe, vt pro altero ſtipulari poſſit: ea eſt *in l. ſi vnus. §.*1. *in verb. videamus. ff. de pact.* & ibi Bald. Ang. & Alex. Ex quo Iaſ. id animaduertens *in l.*1. *col.*2. *ver. capio glo. finalē. ff. de in litē iuran.* illud notat, quod dicit mirabile, id quod intereſt ratione amicitiæ, eſſe fortius eo quod intereſt ratione coniunctionis ſanguinis, refert Tiraquel. *in repet. l. ſi vnquam in verb. libertis, n.*82. *C. de reuoc. don.* Bonus enim amicus quod poteſt amico ſuo ignoranti acquirit: † argum. text. *in l. ſi ſeruus plurim. §. vlt. ff. de legat.*1. vbi, licet in legatis
10 ſtatutum ſit minorē ſummam deberi propter ambiguitatē, tamen propter magnā amicitiam quandoque interpretabimur maiorē deberi, quod & in ſtipulatione receptū eſt *l. capienda. in fi. ff. de regul. iur.* atque ita Alciat. notat *in lib.*1. *de verb. ſignif. col.*18. *verſ.*35. Hinc †
11 etiam Socinus *conſ.*39. *in qu. col. vlt. lib.*3. *n.*11. *poſt principium* videtur voluiſſe donationem amico magno factā ſuperuenientia filiorum non reuocari, quod lex præſumat donantē donaturum fuiſſe etiam ſi de liberis cogitaſſet. Non tamen ſolam amicitiam Soc. aſſerit ſatis eſſe vt eſſet præſumptio *l. ſi vnquam. C de reuoc. don.* & eius diſpoſitio: nec, ſi aſſereret, verum eſſet ex ſententia Tiraq. *in rep. d. l. ſi vnquam in verbo libertu, n.*89. cui ipſe libenter aſſentio, omnia etenim quæ dicta ſunt de æquanda aut præponenda amicitia conſanguinitati, intelliguntur in ijs tantum, quæ nihil ad naturā pertinēt, vt & nos quoq; diximus ſupra proximo capite in fine ex Diuo Thoma Aquinate. At naturæ ſimul & parentum votū filios ad bona ipſorū parentum admittit, vt *in l. ſcrip; to. ff. vnde liberi*, ideo & hic liberi amicis ſunt præponendi. Quod probe intelligens Solon Athenienſium legiſlator permiſſit pro voluntate cuiuſque. niſi ſupereſſent filij, hæredes cōſtitui. Et ſic viſus eſt, vt ait Plutarch. amicitiam propinquitati, & gratiā neceſſitudini etiā in bonorum ſucceſſionibus præferre, prærerquam tamen filiorum, quos nuncupatim excepit. Quo etiam iure Romani, nos quoq; vtimur, vt §.1. *Inſtit. de inoffic. teſtam. & in l.*1. *ff. codē tit.* verum ſi cum modica amicitia alia quoq; concurrerent, ex quib. veriſimile eſſet arbitrio boni viri donaturum fuiſſe qui donauit etiam ſi de futuris liberis cogitaſſet, vt in ſpecie quam Socin. proponit *d. conſ.*39. tunc dubium non eſſet quod donatio filiorum ſuperuenientia minime reuocaretur. Atque ideo Bald. *in dict. l. ſi vnquam in* 2. *lectione in addit. Angel. etiam ibidē*, dicunt, q̃ ſi donatio eſt parua, & donans & donatarius ſint magna affectione cōiuncti,

ita

Digitized by Google

ita vt veriſimiliter donans hanc donationem feciſſet, etiamſi de liberis cogitaſſet per ſuperuenientiam filiorum non reuocabitur. Quæ autem ſit iſta modicitas traditur in alio propoſito per Tiraq. *in rep. l. ſi vnquam in verbo, omnia, vel partem aliquam. Cod. de reuocand. donat.*

CAPVT XVIII.

ALIOS AMICITIAE EFFECTVS PROSEQVITVR, AMIcoſque appellatione ſuorum contineri, filiiſque carnem patris eſſe auctam probat.

SVMMARIA.

1 *An l. cum auus. ff. de condit. & de. ad amicos extendatur?*
2 *Amici ſuorum appellatione continentur.*
3 *Amicitia non cenſetur eadem erga deſcendentes amici quæ eſt erga amicum.*
4 *Filius eadem perſona cum patre eſſe intelligitur.*
5 *Filij caro eſt caro patris aucta.*
6 *Pater non dicitur omnino extinctus ſuperſtite filio.*
7 *Nepos natus dici poteſt ex aui corpore.*
8 *Idem in auo materno.*
9 *Filius non cenſetur extinctus, nepote ſuperſtite.*
10 *Amici mei filius amicus non dicitur meus ſemper.*
11 *Annuum legatum, vel prouiſio an ad hæredes tranſeat?*

CÆterum, quod amplius eſt, intrepide aſſerere non erubuit And. Siculus, Barb. *in rep. l. cum acutiſſimi. col. 14. & ſeq. C. de fideicomm.* Eius † legis diſpoſitionem ad amicos extendi nempe, vt ſoboles amici hæredis inſtituti in teſtamento amici magna amicitia coniuncti, & reſtituere hæreditatem poſt mortem grauati, ſubſtitutum excludat, ſicut & ſoboles filij, vt *in l. cum auus. ff. de condit. & dem. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de Inſtit. & ſubſt. ſub condit. fact. & in d. l. cum acutiſſimi.* Quod † ex eo probare nititur, quod amici ſuorum appellatione continentur, vt Accurſius adnotauit *in l. 2. C. in quib. cauſ. coloni cenſ. lib. 11.* quod tamen Iaſon non admittit, tranſit vero cum Barb. ſententia quam etiam abſolute ſequitur Chaſſanæus, *in conſuet. Burgundiæ rubr. 4. Desdroits 9. §. 5. n. 3. 4.* Guil. Bened. *in rep. cap. Raynutius, in verbo, ſi abſque liberis moreretur. 1. n. 4. extra de teſtam.* Contrariam tamen ſententiam veriorem eſſe atteſtatur ſubtiliſſimus ille legum interpres Bartholomæus Socinus *in l. cum auus. num. 11. & ſeq. ff. de cond. & demonſtr.* motus ea potiſſimum ratione, quod prædictæ leges non modo intuitæ ſunt perſonam inſtituti, verum etiam perpenderunt ſobolem eius, quæ quidem fecit fideicommiſſum deficere. Ratio enim ſanguinis in deſcendentes extenditur. At † vero amicitia non cenſetur eadem erga deſcendentes amici, quæ eſt erga amicum: quippe quæ habitus ſit virtutis qui non extenditur: facit quod notatur *in l. qui filiabus, in princip. ff. de legat.* 1. Hæc ille: Nec aliter probat, credens ſatis eſſe ita dixiſſe, nec fallitur quidem, ita eſt non modicæ authoritatis vir. Veriſſimum enim eſt, quod S[illegible]nus adeo compendioſe nobis tradidit, ſiquidem pietas illa, qua Papinianus induc[illegible] *in d. l.* [illegible], ad diſponendum id, quod ibi 3

4 ſtatuitur, æque procedit in filio teſtatoris atque in nepote. Natura † enim filius & pater
eadem eſſe perſona penè intelliguntur. *l. vlt. C. de impub. & alijs.* vna etiam caro, vnaque
vtriuſq; vox. Alterum etiam alterius eſſe partem, dominumque filium in vita patris ex-
iſtimari, ſolamq; ei deeſſe adminiſtrationem, & alia in eam rem copioſe congregauit, vt
cætera, Tiraq *in rep. l. ſi vnquam. in princ. num. 15. & ſeq. C. de reuoc. don.* Vnus præterea eſt cum
5 patre ipſo, *c. iam itaque. ibi: Vnus erat cum illo. 1. q. 4.* Quocirca † non ineleganter dixerat
Paul. Caſtrenſ. *conſ. 164. cuius exordium, in præſenti cauſa. n. 3. lib. 2.* Carnem filij eſſe veluti
6 carnem patris auctam, ita † quidem, vt licet efficiatur nouus homo propter nouam ani-
mam, non tamen dicitur nouus homo omnino extinctus, remanet enim in filio ſuper-
ſtite quædam portio patris, quam ab eo accepit. Sicuti in ſimili dicimus, quod nec ar-
bor ob id mortua dicitur, quod antiquis radicibus mortuis, quæ loco animæ ſunt, cum
vitam ſuppeditent, nouas egerint, *arg. l. adeo. § vlt. & l. qua ratione. in princip. ff. de acquir. rer.
dom.* licet alio reſpectu noua dicatur arbor propter nouas, quas emiſit radices. *l. ſed ex
7 meis. § arbor. ff. eod. tit.* Ita † pari modo nepos dicitur natus ex corpore aui, vt & ipſemet fi-
lius, *l. 1. C. de cond. inſer. iuncta l. Lucius. la 2.* ibi, *ex ſe natum. ff. de hær. inſt.* vbi conditio, ſi deceſ-
ſerit ſine filijs ex ſe natis, deficit æque, ſi reliquerit liberos, ac nepotes, qui liberorum ap-
pellatione continerentur, *l. liberorum. ff. de verb. ſign.* Ita illum text. *in l. Lucius,* ad id appen-
dit, Batt. *in d. l. liberorum.* vbi etiam Alc. Bald. quoque Paul. & Corn. *in l. 1. C. de cond. inſert.*
vbi Bald. rationem aſſignat, nempe, quia in nepote eſt ſanguinis continuatio. Loqui-
8 turque, † quod fortius eſt, in auo materno, vt inquit Paul. *in d. conſil. 164. n. 4. lib. 2.* quod
probat optime text. *iuncta gl. in auth. de hæred. ab inteſt. in princip.* tradit ſignanter Ripa *libr. 2.
reſponſorum, de reſcr. c. 26. n. 1.* alia plura in hanc rem ingenti aceruo cumulat Tiraq. *in tra-
9 ctatu de iure primogeniorum. q. 40. n. 33.* Cum † igitur filius non cenſeatur extinctus nepote
ſuperſtite ex eo, vt in quem ſubſtantia patris transfuſa fuerit, (quod aperte ſignificat
illud Eccleſiaſtic. c. 30. *Mortuus,* inquit, *eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim
relinquit poſt ſe,* vtque aliquid dici poſſit extare, ſufficit aliquid vtcunque modicum ex
illo extare, *l. domum, verſ. ſi vero quantacunque pars. ff. de contrah. empt. l. ſi cui vſusfructus inſula. ff.
de vſufr.*) nimirum ſi ceſſet grauamen filio appoſitum, de reſtituenda cuicunque alteri
hæreditate, etiam ipſi fratri ex frequentiori Iuriſperitorum ſententia, quos plene refert
Tiraquel. *dicta quæſt. 40. num. 91. & latius in relectione, l. ſi vnquam. in verbo, donatione largitus,
num. 240. C. de reuocand. donatio.* nimirum etiamſi fideicommiſſi conditio deficiat nepote,
aut pro nepote ſuperſtite, ex dicto filio, aut nepote grauato. Quæ ſane quis non videbit
10 in amici filio procedere minime poſſe? Certe † amicus dici haud poteſt ſuperſtes filio
eius viuente, vtpote qui nullam carnis portionem ſumpſerit ab amico patris, ſed ex alia
prorſus radice fuerit propagatus. Conſtat igitur amici mei filium meum non eſſe ami-
cum ex eo tantum, quod amicus patris eius iam defuncti fuerim. Amicitia namque ex-
tincta fuit morte, nam eſt genita, ergo corruptibilis, *c. Moyſes. 32. q. 2. c. in quadam, de celebr.
11 Miſſ.* Ex † quo forſitan Iuriſconſultus legati annui pro eo tantum anno, quo mortem
obijt legatarius concedit ad hæredem fieri transmiſſionem, non vero quoad ſequentes:
ſiquidem conditionale eſſe cenſeatur *l. ſi in ſingulos. ff. de annuis leg.* licet ſecus ſit in contra-
ctibus, quia perpetua eſt obligatio & tranſmittitur, vt *in l. ſi Stichum. § ſtipulatio. ff. de verb.
oblig.*

oblig. vbi frequentius Doct. hoc adſueuerant: legatum etenim amico ſemper relictum cenſetur ei propter benemerita, *l. nec adiecit. ff. pro ſoc.* quare ad alium non ita benemeritū nō tranſit. In cōtractibus vero, nō merita attendūtur, ſed vinculū & verba contrahētiū, vt fuſi⁹ tradit Ant. Gomez *in lib. variar. reſol. tom. 2 c. 11. n. 46.* Et q̄uis non deſint, qui aſſerāt amicitiam non extingui morte alterius ex amicis, vt refert Ioan. à Lignano *in ſuo de amicitia libello, tit. de amicitia propter honeſtum, maxime n. 4.* tamen id verum eſt, quoad ipſummet amicum mortuum, anima enim eius viuit, non quoad alium, licet ſit amici filius. Quia forſitan non ea conueniunt in filio, quæ in patre, ſcientia vtique aut virtus, quapropter pater diligebatur. Quo nimirum fit, vt cum in amico ceſſet omnino ratio Iuriſconſulti *in pracitata l. cum auus. ff. de condit. & demonſtrat.* ceſſare quoque debeat eius diſpoſitio, vt *in l. adigere. § quamuis. ff. de iure patron. c. cum ceſſante. de appell.*

CAPVT XIX.

AMICI CAVSA PLVRIMA TOLERARI, QVAE ALIAS non licerent, oſtendit.

SVMMARIA.

1 *Amicis gratum facere poteſt iudex quandoque.*
2 *Amico an poſſit pœna remitti per iudicem?*
3 *Amico honeſta poſſunt à iudice concedi.*
4 *Iniuria non fit ei, cui prohibuero honore aut magiſtratu affici, vt amico conferatur.*
5 *Amicitiæ vſuræ præſumptionem excludit.*
6 *Amicitia efficit, homicidam non dolo, ſed caſu feciſſe homicidium.*

PRæterea † quoties gratificationi locus eſt, amicitia proderit ſemper, vt in pari proba- 1
tione, *l. duo iudices dati. in gl. 1. ff. de re iudic.* quam pro ſingulari commendat Bald. *in c. licet cauſam, col. 7. verſ. gloſſ. dicit. de probat. & in conſil. 420. verba Principis. col. 2. libr. 1.* & in alijs pluribus caſibus coaceruatim collectis per Tiraq. *de iure primogeniorum, q. 17. opinione 2.* Certe in his omnibus iudex gratificabitur amico: ſicut in arbitrarijs, de quibus *in § præterea, Inſt. de action.* & per Ioan. Lup. *in relect. rubr. de don. int. vit. & vxor. § 11. num. 11. & ſeq.* in quibus ſalua conſcientia amicis poterit prodeſſe multum, vt Petr. Rebuff. adnotauit *in dict. § præterea, & de priuileg. ſcholar. 104. priuileg. num. 23.* In dubijs tamen opinionibus peccatum contrahit iudex in amici gratiam ſententiam proferens, antequam certus ſit, vel credat ius eſſe amico, vel ſaltem pro eo eſſe iudicandum, vt ex mente Adriani *quodlibeto 2.* probat optime Martinus ab Azpilcueta *in c. ſi quis autem. num. 130. & ſeq. de pœnit.*
diſt. 7. Quo † fit, vt quod Rebuff. cenſet *in d. 104. priuilegio, n. 21.* nempe iudicem amico 2
ſuo ſalua conſcientia poſſe pœnam remittere ex gloſſ. ſingul. *in c. niſi, de offic. deleg.* quam ſequitur, & commendat Barbat. *in rub. de reſcript. in Clem. col. 10. & in c. Raynaldus, col. 117. de teſtam. & in repet. l. cum acutiſſimi. col. 12. C. de fideicom.* falſiſſimum eſſe nulloque iure nec ratione probatum, quandoquidem text. *in d. c. niſi,* in ſummo Pontifice loquitur, prout & text. *in c. clerici. 50. diſtinct. & in c. veniam. 35. q. 9.* cui nimirum permittitur, ſicut & cui-

Digitized by Google

facit dolum præſumi, an ei qui minus, cum pro vtraque parte, ſint coniecturæ, tunc etenim pro ea parte, quam amicitia & affinitas fauorem ſuperaddit, cauſam decidere debet, ex mente Iacob. Butr. & Salic. ibidem, & per illam gl. dixit Petr. Reb. *in ſæpe citato priuilegio ſcholarium* 104 *nu.*13. defendiſſe alias quendam ſcholarem, qui ſocium interfecerat, quam gloſ. ſequitur etiam inter cæteros Didacus Segura *in d. repet. l. Imperator. col.* 6. *ff. a. l. Treb.* Antonius Gomezius *li. variarum reſolutionum, tom.* 3. *c.* 3. *n.* 17.

CAPVT XX.

AMICORVM PRAESENTIAM, DOLVM ET METVM ceſſare, etiam quem reuerentialem dicunt, inſinuabit.

SVMMARIA.

1 *Amicorũ præſentia doli & metus præſumptionem ceſſare facit, ſicut & iudicis.*

2 *Metus reuerentialis an ſufficiat ad reſcindendum contractum?*

3 *Quid ſi læſio enormis interueniat.*

4 *Religionis ingreſſum an vitiet metus reuerentialis patris.*

5 *Taceus actui qui fit per eum cui reuerentia debetur, an conſentire videatur?*

6 *Metum reuerentialem qui dicantur inferre?*

7 *Amicorum præſentia an ceſſare faciat metus reuerentialis præſumptionem?*

8 *Læſio grauiſſima admodumq́ enormis facit reſcindi contractum iuratum.*

9 *Quid in tranſactione?*

10 *Læſio admodum enormis reſcindi faciat cõtractum iuratum.*

11 *Læſio enormiſſima intra quod tempus peti poſſit?*

12 *Dictio plus, vel minus ad modicam refertur quantitatem.*

13 *Idem in dictionibus vltra, & citra.*

14 *Quid ſi Eccleſia, fiſcus, vel reſpub. enormiter lædatur.*

15 *Paterfamil. an poſſit emere à filio bona, in quibus habet vſumfructum.*

16 *Dotalis fundi alienatio ab vxore cum iuramento facta, quando valeat metu reuerentiali ceſſante?*

17 *Vxori quo pacto ſuccurratur, vt libere teſtari poſſit.*

18 *Metus an interueniat reuerentia, plurimum ex iudicis coniectura pendet.*

19 *Amicitia apud quoſcunq́, in rebus dubijs plurimum valet.*

20 *Amici fauore verbum, volo, inducit diſpoſitionem.*

ALius præterea & non minor amicitiæ effectus in iure reperitur, nempe † quod amicorum præſentia ſicut & cõſanguineorum, doli, fraudis, & metus præſumptionem ceſſare facit, vt *in l. tranſactionem. C. de tranſact.* Perinde atque iudicis præſentia, *l.* 1. *vbi notat Bart. C. de præd. curial. lib.* 10. Bald. Salic. & Moderni *in l. pacta nouiſſima. C. de pactis,* vbi Iaſon 3. *notabil. &* 4. plurima congerit ſingularia. Ex quo Bart. & Doct. *in l. hac autem.* §. *non defendere. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur,* amicos, propinquos, & affines per publicum proclama citandos eſſe atteſtantur, quoties miſſio fiet in poſſeſſionem ex primo decreto contra pupillum indefenſum, vt veniant ad ipſum defendendum, idem & in maiore abſente minimeque defenſo, vt *in l. item ait Prætor. & in l. ergo. ibique Bar. Bal. & DD. ff. ex quib. cauſ. maiores.* Hinc † etiam idem Bartol. cenſet *in d. l. tranſactionem,* quod licet actus geſtus per filium, aut vxorem poſſit reſcindi ob reuerentialem, quem vocant, 1
2

Digitized by Google

vocant, metum, *l.1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur,* quoties minæ, aut verbera præceſſerint ipſius patris aut mariti, authore Bar. *ibidem, & in l. interpoſitas.* quem Alex. ſequitur *n.5.* & Iacob.& Curtius Iunior *vlt. conſ. C. de tranſact.* Innoc. & magis comm. DD. *in cap. cauſa matrimonij, de offic. deleg.* Ant. Gomez *libro variarum reſolutionum 2. tomo de contractibus, c.14. num. 27.* Id quod probari videtur *in cap.1. & c. accedens, de conuerſ. coniugat.* Bart. cui frequentiori iudicio cæteri ſuffragantur, *in l. ad inuidiam. C. quod metus cauſa,* eamque receptiorem fuiſſe ſententiam aſſerunt Alex. *in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore, n.11.* vbi quamplurimos refert eius authores, *ff. ſol. matr.* Bartholo. Socin. *conſ. 263. lib 2.* Ripa *lib.3. reſponſ. c.15. nu.8.* Ant. Capicius *deciſ. Neap. 159. nu. 34.* Rod. Xuar. *in alleg. 24. ad fin.* Couarruu. *in epitome de ſponſal. part. 2. c.3. §. 6. num. 4.* Phil. Francus *in c. quamuis pactum. 3. notab.*
3 & Gregorius Natam *2. not. de pactis lib.6.* Hi † vero omnes qui hanc fatentur communem eandem intelligunt, niſi enormis læſio in contractu contingat cum metu obſequij & reuerentiæ: hoc enim ſolum etiam minis non probatis ſufficiet ad reſcindendum contractum: quod eleganter admiſit Aret. *conſ. 24. col. 2.* etiam ſi iuratus eſſet contractus, cui ſuffragatur Aymon Sabillianus vir ſanè in iure conſultiſſimus *conſ. 11. col. penult.* Id tamẽ hac in tractatione animaduertendum eſt, ſatis eſſe, minas & verbera, quæ requiruntur ad reſcindendum contractum ab vxore metu reuerentiali factum, fieri ex maximo interuallo ante contractum, vnde quocunque in tempore conſtante matrimonio vxor minata aut verberata à marito conſentiat, contractus reſcinditur ex communi opinio-
4 ne, vt atteſtatur Anton. Gomez *de contractibus. c.14. num. 27.* Metus † tamen obſequij ſeu reuerentiæ patris abſque minis ſufficit ad vitiandum religionis ingreſſum, qui actus omnimodam exigit libertatem, *c. cum virum, de regular.* Quapropter religionis ingreſſus vitiatur per patris præſentiam eiuſque reuerentiam, quæ præſumitur metum ingeſſiſſe filio, & maximè filiæ, abſque eo quod minæ præceſſerint, iuxta gloſſ. reputatam ſingularem *in c. præſens clericus, in verb. patrem. in fi. 20. q. 3.* Ita firmat Anton. *in c. cum virum. per tex. ibid. extra de regul.* quem in generalitate ſua reprehendit Alex. *in d. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore, num. 11. ff. ſol. matr.* dum aſſeruit, hoc eſſe verum in omni actu, requirente omnimodam libertatem. Nam in matrimonio requiritur omnimoda libertas, vt *in l. Titia ff. de verb. oblig. & in c. gemma. cum alijs, de ſponſal.* & tamen præſentia patris non reddit matrimonij contractum meticuloſum, *l. ſi patre cogente. ff. de ritu nupt. gl.* præcitata *in d. c. præſens.* Et denique in religionis ingreſſu hæc eſt crebior opinio, vt profitetur Didacus à Leiua *in epitome de ſponſal. p.2. cap.3. §. 6. num. 7.* qui tamen aſſerit contrariam eſſe veriorem poſt Felin & Dec. *in c. cauſam matrimonij. de offic. deleg.* & alios per eum citatos: imo quod neutro caſu metus ſufficiat reuerentialis ad annullandum vel religionis ingreſſum, vel matrimonij contractum, niſi minæ, aut verbera præceſſerint, quod verius puto, quandoquidem filius ipſe fecit actum tacente patre, ſecus ſi pater feciſſet tacente filio,
5 vt infra dicetur *nu. ſequ.* Cæterum † illud ſignanter hac in ſpecie eſt adnotandum, quod licet alias taciturnitas & patientia inducat iuris præſumptione conſenſum, vt in regula *qui tacet, de reg. iur. lib.6.* nunquam tamen ſibi locum vendicat regula hæc in eo qui reuerentiam exhibere tenetur. Nam quamuis taceat & patiatur, vt is cui reuerentiam debet actum gerat, conſenſum actui præſtare non cenſebitur, & ſi minæ non præceſſerint, ita notat

Digitized by Google

notat Bart. *in l. qua dotis, ad fin. ff. de ſolut. matrim.* Bald. *in l. ſi ſine. C. ad Vell.* Ant. *in c. non ne, de præſumpt. per gl. in l. filiusfam. §. inuitus*, vbi etiam Bal. *ff. de procur.* & tex. *in c. 1. in fin. de ſponſal. impub. lib. 6.* quod ſequitur Couarr. *de ſponſalib. 2. par. c. 3. §. 6. n. 5. & 6.* Quibus minimè obeſt, quod Panor. dixerat *in dict. cap. nonne, de præſumpt.* cui ſubſcripſit Alexan. *in l. quæ dotis, num. 27. verſ. item in quantum. ff. ſolut. matrim.* nempe quod hæc etiam in ſpecie minæ, aut verbera præcedere debent vt actus vitietur, cum taciti & expreſſi idem ſit iudicium, vt *in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* pro qua ſententia allegant ipſi tex. *in l. vltim. vbi Bald.* (qui nulli vnquam defuit ſententiæ.) *C. de adopt.* Nam, vt Couarr. ait, quo loco nuper citauimus, facilius elidítur conſenſus in tacente præſumptus, cum expreſſus non fuit, quam cum exprimitur, vbi per eum, qui plures huius ſententiæ authores refert, id quod, dubie tamen aſſerit Tiraq. *de legib. connub. gl. 5. n. 38.* Metus † autem reuerentialis non ſolum præſumitur in vxore in maritum, verum etiam in liberis erga parentes, per gl. Bart. & alios *in l. 1. §. quæ honorandæ. ff. quar. rer. actio non detur.* Quin etiam in fratribus & ſororibus iunioribus metus reuerentialis præſumitur erga fratrẽ, vt egregie conſuluit Fra. Aret. *conſ. 24. Quatuor dubia in fin.* & Claudius Seyſſel. *in rep. l. vt vim col. 15. verſ. & illud quod dicitur in paruis. ff. de iuſt. & iur.* Carolus Ruinus *conſ. 98. viſa renuntiatione. n. 14. li. 1. & in conſ. 70. de trib. n. 16. eo. lib.* vbi ita dicit fuiſſe conſultũ à Ioan. Bapt. Caccialup. & idem Ruinus *conſ. 60. de re quidem. n. 18. li. 3.* vbi & ita quoq; refert fuiſſe conſultum à Socin. & Doct. Senenſibus & Peruſinis, Andr. Tiraq. *de leg. connub. gl. 5. nu. 36.* de quo eſt videndus Guill. Benedict. *in rep. c. Raynuntius. in verbo, duas habens fil[illegible], n. 256. & ſeq. de teſt.* Cæterũ † vt ad inſtituta redeã, amicorum, ſicur & conſanguineorum præſentia reuerentialem facit ceſſare metũ iuris 6

7

præſumptionẽ, authore Bartol. legũ anteſignano *in d. l. tranſactionem. 1. col. C. de tranſact. & in l. vlt. verſ. item quæro. ff. ſi quis aliq. teſt. prob.* cui ſuffragatur Ant. *in c. cauſam matrimonij, extra de offic. deleg.* Vitalis de Cambanis *in tractatu clauſularũ, fol. 442. cum de metu vxoris agit, n. 60.* Bart. Socin. *conſ. 263. Cæpio primum, li. 2.* Iaſon *in l. interpoſitas. 2. not. C. de tranſact.* Idem enim efficit amicorum atque conſanguineorum præſentia, quod & ipſius iudicis, vt idem Bart. profitetur *in l. frater à fratre, verſic. tertio quæro quid de contractu emptionis, nu. 50. & ſeq. ff. de condict. indeb.* Nec tamen caret refractario hæc ſententia, ſunt etenim qui cenſent præſentiam iudicis, amicorum, vel conſanguineorum non ſufficere ad tollendam metus præſumptionem, ſed quod mulierem, vel filium, vel perſonam ſubiectam grauet onere probandi, ita vt teneatur probare duriorem & grauiorẽ metum, quod Bald. & Paul. contendunt *in d. l. tranſactionem. C. de tranſact.* Felin. quoque *in præcitato c. cauſam matrimonij. 3. col. num. 6. de offic. deleg.* Anton. Gomez. *in lib. variarum reſolut. tom. 2. de contractib. cap. 14. num. 27.* Quam ſententiam libenter admitterem in metu reuerentiæ patris, qui cæteris omnibus præponderat, per legem, *veluti. ff. de iuſt. & iur.* quem metum & reuerentiam Salic. ait, eſſe tanti momenti *in d. l. tranſactionem, C. de tranſact.* vt etiam non tollatur ex præſentia amicorum vel conſanguineorum, quem tamen ibi Alex. impugnat, leuibus (vt dicit Iaſon *in l. pactum. C. de collat.*) rationibus, licet ipſemet Iaſon *in d. l. tranſactionem* poſt Alexand. hoc quoque Saliceti dictum impugnet, adeo ſibi parum hac in re conſtat. At hoc Salicet. dictum ſingulare dicit, & ſequitur Catel. Cotta *in memoriali, incip. contractus mulierum, in princ.* Tiraquel. *de legib. connub. gloſſ. 3. num. 37.* cuius Saliceti

Digitized by Google

ſententiam admitto cum moderamine, quod ſupra tradidi, nempè quod amicorum præſentia grauet filium onere probandi duriorem & grauiorem metum. Idemq́; cenſerem in muliere, quæ virum haberet auſterum, & crudelem, ſolitumq́; minas exequi, cuius timore veriſimiliter duraret poſt amicorum vel conſanguineorũ abſentiam, tunc etenim eorum præſentia non omnino tolleret metus præſumptionem, ſed vxorem grauaret onere grauiorem metum probandi. Verumenimuero † ſi enormis deceptio interuenerit, ſufficit metus dumtaxat reuerentialis abſq; eo quod minæ procedant, vt *ſupra n.3.* diximus, neq, hac in ſpecie ſufficiet amicorum præſentia ad doli metusve præſumptionem elidendam, etiamſi iuramentum interuenerit, maximè in vxore (quippe qui facilius terreatur propter eius debilem animum, vt voluit gloſ. ſing. ibique Ant. *in c. cum locum exeq. de ſponſal.*) ita eleganter conſuluit Paul. Caſtren. *in conſ.* 174. *Contra ſuperius conſult. nu.1. & deinceps lib.*1. Barthol. Socinus *conſ.* 263. *Capio primum num.* 4. *& ſeq. libr.* 2.

9 Quin etiam † reuerentiali metu ceſſante maior 25. annis iuramento præſtito renuntians hæreditati acquiſitæ vel adquirendæ, aut emptionis, vel venditionis contractum faciens, ſi læſio grauiſſima, quam noſtrates enormiſſimam appellant, vt ſic multo maior quam vltra dimidiam iuſti pretij partem contigerit, ex æquitate abſoluendus eſt à iuramento, agereque poterit ad reſciſſionem contractus, vel ad læſionis compenſationem, ita adſeuerant Ant. & Abbas *in cap. cum contingat, de iure iurand.* Guill. Caſſadorus *deciſ. vnic. de empt. & vend. nu.* 2. quam eſſe communem ſententiam atteſtantur Decius *in cap. in præſentia. n.36. de probat.* Fran. Ripa *lib.3. reſponſorum. ca.* 25. Matth. de Afflict. *in rub. de feud. dato inuicem legis commiſſoria. c. ſi quis inueſ. fuerit, n.*25. Aymon. Sabill. *conſ.7. n.5. & conſ.*221. *in fin. & optimè conſ.*192. *li.*1. Couarr. qui plurium Doctorum cateruam alleg. *in 3. par. relectionis ſuæ in c. quamuis pactum. §.4. n.2. & 5. de pact. lib. 6.* Quorum ea, inquit, eſt concors ratio, quod iurans non videatur in tantam læſionem cõſenſiſſe, nec de ea præcogitaſſe. Præſertim, quia ita grauis læſio haud poteſt abſq; vero dolo alterius contrahentis contingere, *l. omnes. § Lucius. ff. quæ in fraud. cred.* Bar. *in l. vlt. ff. de Pret. ſtip. Regia l. 7. tit. 15. par. 5.* tex. elegans *in l. ſi ſuperſtite in fin. C. de dolo*, atque ita in Romæ prætorio fuiſſe iudicatum atteſtatur Caſſadorus *d. deciſio. vnic. in tit. de empt. & vend.*

10 Quin etiã † in tranſactione hæc ꝓcedere adſeuerat Vdalric. Zaſius *in conſ.18. n.16. & deinceps, & rurſus n.17. & ſeq.* æſtimari tamen debet dubius euentus litis, vt Bart. probat *in l. ſi quis cum aliter. n.5. ff. de verb. oblig. & num.6.* Corn. *conſ. 66. libr.* 1. Decius *conſ.* 203. *& conſ.*216. Quod durum admodum eſſet aſſerere in noſtro Regno. Lex ſiquidem 34. *tit.14. par.5.* tranſactionem ſtatuit non reſcindi etiamſi in ea grauiſſima admodumq́ue enormis læſio contigerit, quam ita intelligit Gregor. Lup. ibidem in verbo, *Quantoquier.* Eius tamen deciſio reſtringi poteſt, vt procedat in tranſactione ſuper vera controuerſia & lite facta, vt verba eiuſdem legis in prin. inſinuat, cum ſic ait: *Verdaderos pleytos mueuen, &c.* Conſequitur ergo præcitatam Regni noſtri conſtitutionem non procedere in tranſactione, quæ non fit ſuper vera lite mota vel mouenda, veluti ſi quis paternæ peteret hæreditatis proportionem, qua certè controuerſia nihil certius, nihilq́; ex parte rei iniuſtius. Tranſactio igitur ſuper huiuſmodi iniqua & indubia lite facta reſcinditur haud dubiè, ſi læſio admodum enormis contigerit, etiam ſi iurata fuerit, rationibus de quibus ſuprà. Et ita vidi in practica ſeruatũ

Digitized by Google

uari hoc in foro Regio in quadam renuntiatione hęreditatis maternæ cum iuramento
ipſimet matri in vita ipſius facta admodum vili pretio, & poſt mortem ipſius matris
per viam tranſactionis ratificata grauiſſima admodumque enormis fuit probata læſio,
ob idque reſcindendam fore fui pronuntiatum in prima, & in ſecunda ſupplicationis
ſententijs. Sed & locus non eſt dictæ legis Partitæ deciſioni, quando lis nōdum mota e-
rat, vel in muliere, ruſtico, aut minore, vt ibi eam intelligit Greg. Lup. *in gloſſ.* 1. vel ſi ad-
uerſari⁹ doloſe inſtrumēta abſtulit, aut teſtib. impedimento fuit, vt in fine legis excipitur,
vel ſi forte inſtrumēta celauit iuxta doctrinam *gl. in l. ſub prætextu.* 2. *C. de tranſact.* Gregor.
Lup. *ibidem.* Atq; adeo † ea procedunt, vt etiamſi expreſſim renuntiatum fuerit conſti- 11
tutioni. 2. *C. de reſcindend. vendit.* eamque renuntiationem iuramento ſtabilierit donaue-
ritque quantitatē iuſtum precium excedentem, eius ve dimidiam partem præmiſſa ſci-
entiæ iuſti precij aſſeueratione, ſi tamen exceſſus dimidiæ iuſti precij ad grauiſſimam
læſionem pertinet, adhuc obtinet actio ex d. l. 2. quamuis hæc renunciatio tunc demum
vim habet, cum læſio vltra dimidiam mediocris eſt, vt Couarruu. aſſeruit plurium Do-
ctorum authoritate, *lib. 2. reſol. c. 4. n. 5.* vbi aſſerit, ita fuiſſe definitum in Granatenſi Prę-
torio, cum domus quędam æſtimationis iuſtæ, ter mille quingentorum aureorum ven-
dita fuiſſet mille & quingentis aureis, Greg Lup. *in l. 56. tit. 5. p. 5. in glo. vlt.* Cuius † ſane 12
grauiſſimæ læſionis petere poſſet reſciſſionem intra triginta annos quilibet etiā maior.
Nam licet ex *l. 2. C. de reſcind. & l. 4. tit. 7. lib. 5. ordinationum regal.* enormiter deceptus in-
tra quadriennium poſſit petere reſciſſionem contractus, & non vltra, ſi tamen ex alijs
argumentis conſtat de dolo ex propoſito, vſque ad triginta annos agere poteſt ad emē-
dationem damni, quatenus doloſus eſt locupletior, vel quatenus ad eum peruenit, vt *in
l. itaque. in fin. & in l. Sabinus. ff. de dolo.* quamuis actio ipſa de dolo duobus tantum duret
annis, vt *in l. vlt. C. de dolo,* text. eſt optimus hæc probans *in l. 6. titul. 16. part. 7.* qui tamen
teſte Gregor. Lup *ibidem in glo. vltim* intelligitur, etiam ſi nihil ad doloſum peruenerit, ex
eius generalitate. At in ſpecie propoſita adeo enormis læſio dolum præ ſe fert, & re ipſa
& ex propoſito (vt optime probat Corn. *conſil. 214. Viſo puncto, num. 6. libr. 3.* Cuman.
conſ. 180. quam optime Decius conſ. 180. *n. 6. & 7. conſ. 181. n. 2. & 3. & conſ. 403. Quam-
uis in caſu pen. col. num.* 22 poſt medium, Greg. Lup. *in. 56. in glo. vltim. tit. 5. p. 5. ex l. ſi quis
cum aliter. ff. de verb. oblig & l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred.*) vt ex ſententia eiuſdem
Grego Lup. non firmetur iuramento. ne ſit iniquitatis vinculum. Quod ipſe probat
authoritate Pan. *in cap. cum cauſam. in fi. de empt. & vend.* eiuſdem *in cap. cum contingat. col
19 verſ. Nonus caſus, de iureiuran.* cui aſſentitur Couarr. *in cap. quamuis pact. 3. par. §. 4. num.
3. & ſeq. de pact. lib. 6. & lib. 2. reſolut. c. 4. num.* 5. Nil mirum igitur, ſi maior quoque vſque
ad 30. annos admittatur ad petendam contractus reſciſſionem, in quo grauiſſima ad-
modumque enormis contingit læſio, argum text. *in l. 6. tit. 16. par. 7.* & ne authoritate
deficiam, ſubtiliſſimus ille Gregorius Lup. id ipſum atteſtatur, dubie tamen, Iuriſcon-
ſultorum more, *vlt. tit. vlt. part. 6. in gloſ. vlt. in fine.* Reſpondetq; † ad dict. l. 2. & l. ordin. di- 13
cens, dictionē illā *plus vel minus* ſic abſolute poſitā in d. ll. ad modicā quantitatē referen-
dā: [illegible] ne in hoc præſertim corrigat alias leges [illegible] tēpus huic actioni indulgentes, vt
in l. hac [illegible]. ff. de verb. ſignificationib. [illegible] Alc[illegible] eſſe cēſet in dictionib. *vltra, & citra,* 14
& uni-

& ſimilibus: quæ tamen ex ſubiecta materia aliter atque aliter accipiuntur, vt *in cap. qui*
15 *ſine.3.q.7.* Eccleſia † autem, fiſcus, vel Reſpublica etiamſi nõ enormiſſime, ſed enormiter lædantur, hoc eſt, vltra dimidiam iuſti pretij in quantumuis modica quantitate, vſque ad 30. annos agere poterunt ad refectionem damni & læſionis, vt *in Clement.1. de integr. reſt.* ex qua id gloſſ. expendit, text. optimus Regni noſtri, *in l. vlt. titul. vltim. par. 6.* Nec tamen permittam, q̃ Roderic. Xuar. vir alioqui doctiſſimus, & apud nos celebratiſſimus *in allega.21. col. pen.* dixerat circa illius Clement. intellectum, nempe quòd licet Eccleſia enormiter lædatur, nequaquam poſſit reſtitutionem petere poſt octo annos, quamuis iure Regio partitarum ad 30. annos extenderetur. Cuius conſideratio cõmuni omnium & receptiſſimæ interpretationi refragatur; quandoquidem quotquot dictam gloſſam ſequũtur, eius aſſertionem ad octo annos minimè reſtringunt, imo ad lõgiſſimum 30. annorum ſpacium extendunt, vt Manuel à Coſta Luſitanus raræ eruditionis vir atteſtatur *in repe. l. Gallu. §. quid ſi tantũ. 2. par. n.83.* Did. etiam à Leiua Couarr. (qui id mire, vt cętera explicat) *libr. 1. reſol. c.3. n.10. 12. & 13. vbi optime expenditur dict. l.*
16 *Part. intellectus.* Porro † vt ad inſtituta redeam, amicitia aliud iure cõmuni operatur effectum, nempe quod, licet pater bona filijfamil. in quibus habet vſumfructum, emere non poſſit; quoniam ipſe eſt legitimus filij adminiſtrator, ob idque ſeipſo authore emere prohibeatur, vt *in l.1 & quæ ibi not. ff. de author. tut.* atque forſitan ſi pater emerit ex eiuſmodi contractu etiam naturalis obligatio non oritur, ſicut & in pupillo contrahente cum eius tutore dicimus, vt *in l. pupillus. ff. de. auth. tut.* ſi tamen palam & bona fide pater emerit, non vitiabitur contractus, vt *in l. cum ipſe. C. de contrahen. empt. & in l.4. tit.5. par.5.* Palam autem & bona fide emere dicetur, vt ceſſet omnis ſuſpicio, quando fieret præſentibus conſanguineis vel amicis, vt *in d. l. tranſactionem. C. de tranſact.* vel præſente iudice, vt *in l. vltim. in princ ff. quod metus cauſa.* ita Bart. probat *in l. frater à fratre. n.50. & ſeq. ff. de condict. indeb.* Hodie tamen iure nouiori Regio, nec clam, nec palã einſmodi permittitur emptio. vt *in l.1. tit.5. lib.5. ordinat. l.14. tit.19. lib.8 earundem ordinat.* vt Ant. Gom. atteſtatur *lib. variarum reſol.2. cap.1. de empt. & vendit. n.2.* Didac. Caſtel. *in l.27. Tauri. in gloſ. magna, col.18.* Cæterum leges prædictæ, iudicio meo, non corrigunt ius commune, nec legem partitæ, niſi quoad hoc tantum, vt ſeipſo authore non poſſit rem filij emere ſeu pupilli etiam palam, quod iure communi permittebatur, vt notat Bar. *in l. pupillus. §. vlt. ff. de auth. tut.* & Doct. ſignanter Salic. *in l. cum ipſe. C. de contrah. empt.* Sin autem pater ipſe vel tutor palam, & bona fide rem filij venalem expoſitã vel pupilli, altero tutore authore vel iudice, in cõſanguineorum, vel amicorũ præſentia emerit, nihil eſt q̃ impediat huiuſmodi emptionis firmitatẽ, iuxta notata per Bart *in dict. l. pupillus. §. vlt.* & p Salicet. & Paul. *in d. l. cum ipſe.* ita candẽ legem ord. exponit Montal. in repertorio in verbo, *Tutor*, expreſſius Greg. Lup. *in l.4. tit.5 de empt. & vend. p.5. in verb. De aquel.* quibus ipſe libenter aſſentio, tum ob eorũ maximam authoritatem tum etiam vt legum correctio euitetur: maximè per leges generaliter loquentes. Quas ſanè alias in ſpecie ſtatuentes, licet ſint antiquiores, corrigere non eſt veriſimile, iuxta notata *in l. ſecundũ. ff. qui ſatiſd. cog.*
17 Nec † ſanè hinc longè abeſt q̃ & eruditiſſimus & non ſatis laudatus vir Didacus à Leiua Couarr. *in 2. ſuæ relectionis parte cõſtit.2. ex rub. de pact. li.6. incip. quãuis pactũ. §.1. n.8.* aſſerebat,

ſic

Digitized by Google

ſic inquiens: *Quotidie ſolet apud Regia tribunalia cõtrouerti ſuper alienationib. rerum dotaliũ, quæ
præſtito iuramento iam ita paßim fiunt, vt nullus locus ſit legi ciuili fundum dotalẽ alienari prohibẽti.
Fiũt n. huiuſmodi alienationes, vti ex ipſis iudicialib. quæſtionibus apparet, frequentißimè abſque mu-
lierum libero conſenſu, quæ etiam ſecluſo metu, non audent maritis alienare volentibus refragari, ob
reuerentiam & amorem, quem eis exhibere tenentur, alioquin non admodum tranquillam vitam
cum eis acturæ præſertim quia multoties metus grauißimus inſertur, qui probari non poteſt. Quo fit, vt
multis litibus, alienationibuſque rerum dotalium cauſam præbuerit Romani Pontificis reſponſum,* in
cap. cum contingat, de iureiurand. *Idcirco oportere, ait, ad tot lites vitandas, totque maximè re-
probas alienationes extirpandas remedium aliquod à legislatoribus adhiberi: ne tandem ita temere
dotibus fraudentur fœminæ, quas Reipublicæ intereſt non manere indotatas. Forſan, inquit, vtile foret
Reipublicæ legem ciuilem conſtitui, quæ ſtatueret, res dotales etiam per mulieres non poſſe alienari, niſi
conſenſu ab ipſa vxore apud iudicem præſtito, & itidem iuramento, quo adſeueret, ſe libere & abſque
vllo metu alienare, & alienationi conſentire, & per iudicem ipſum receptis teſtibus fide dignis ſuper vti-
litate ipſius alienationis, vt tandem iudex comperta vtilitate viri & vxoris decretum decernat, quo a-
lienationem cum vxoris iuramento permittat: alioqui abſque hac ſolemnitate alienatione facta etiã
cum iuramento, ipſum contractum nullum eſſe, propter fraudem & metum à iure hac in ſpecie præ-
ſumptum, nulla probatione in contrarium ſuper libero conſenſu admittenda. Poſſet item lex ſtatuere
contractum alioqui celebratum, ratione ſolius metus reuerentialis, reſcindendum fore, ac ſi metus ca-
dens in conſtantem virum cauſam contractui dediſſet. Nam per hæc conſtitutioni Pontificiæ ſatisfit
maxima cum Reipublicæ vtilitate, ob mille fraudes, quæ quotidie à viris vxoribus fiunt ſuper rerum
dotalium alienationibus.* Hactenus Couarruuias. Circa cuius ſententiam conſideraueram,
an forſitan ei addi poſſint ſequentia. Primum vt ipſamet vxor in propria perſona, non
autem per procuratorem coram iudice compareret. Secundò, vt abſente marito, con-
ſanguineis autem, ſeu amicis vicinis præſentibus, vt liberiùs animum ſuum explicare
poſſit, vtquè omnis ceſſaret metus & reuerentia. Et quidem ea reor eſſe neceſſaria, pa-
ria enim ſunt, quid fieri coactè vel metu compulſionis. l. *noviſſimè, in princ. ff. quod falſo tut.*
Quapropter non expedit maritum eſſe præſentem. Porrò haud ita facile quidem ani-
mum explicabit ſuum per procuratorem, ſicuti per ſemetipſam: perinde atque in addi-
tione hæreditatis (quæ animo fit, vt *in l. ſi auia. C. de iur. delib.*) nec per procuratorem fieri
poteſt, *l. Paulus* aliàs, *l. per procuratorem. ff. de acquiren. hæred.* Rurſus qui in ijs quæ à procura-
tore geruntur, eſt probabilis ignorantia, iuxta notata per glo. & cæteros interpretes *in l.
certum. § ſed an ipſos. ff. de confeſſ.* quandoquidem alienum dicatur factum, vt in ſpecie ſimi-
li conſuluit Soci. *in præcitato conſil. 263. n. 10. ad fin. & 11. lib. 2.* ſi igitur ignorat, quæ fiunt,
non rectè explicare animũ, ſeu conſentire videbitur, aut approbare libere q̃ ignorat. Sed
quib. addes, † quod & Bart. tradit *in l. vltim. num. 4. ff. ſi quis aliqu. teſt. probib.* vbi in teſta- 18
mento loquens, approbat glo. *in dict. §. quæ onoranda. ff. quarum rerum actio non detur,* atque
ita ſentire viſus fuit, reuerentiam, obſequiumque marito debitum, annullare teſtamen-
tum per officium iudicis, niſi in amicorum, ſeu conſanguineorũ fiat præſentia, vtpote cũ
ceſſet eo tempore metus, quam ſolemnem eſſe aſſerit deciſionem Roder. Xuarez *in al-
leg. 2. 4. 3 col. verſ. adde Bart.* &c. Sed, iudicio meo, nec id ſat eſt, vt libere teſtari vxores poſ-
ſint, niſi ſtatuatur, quod in ſcriptis, quod aiunt, abſente marito & conſanguineis, & corã

iudice teſtentur, alias teſtamentum ſit nullum in quo fuerit maritus conſtitutus hæres,
aut aliquid vltra quintam partem ei fuerit legatum. Atque, vt metus vxori omnino ab-
19 ſit, donec mortem obierit vxor, teſtamentum ſit penes iudicem. † Cęterum vt nihil ma-
teriam ſeu tractationem iſtam concernens, omittatur, haud grauabor referre, quod
grauiſſimus ille Iuriſconſultus Roder. Xuar. *in dict. alleg. 24. ad fin.* aduerterat, nempe,
ex coniectura pendere plurimum iudicantis vtrum obſequium, aut reuerentia patri,
aut marito debita iuſtum metum inducat, vt contractus reſcindi poſſit. Conſiderare e-
nim oportet perſonam patris aut mariti, ſi forſitan ſit homo auſterus, ſeuerus, aut cru-
delis erga vxorem, aut liberos, aliosve ſibi non obtemperantes: aut cupidus, vel crude-
lis erga filios non approbantes, quod in eius cedit commodum, filiusque aut filia, parẽs,
& obtemperans patri, & modicæ ætatis, aut ſi mulier eſt imbecillis in qua minor metus
ſufficit, vt inquit Bernard. *in cap. cum locũ, extra de ſponſalib.* quibus perpenſis, diligenterque
20 animaduerſis, iudex arbitrabitur, ſit nec ne iuſt' metus. Denique † amicitia apud quoſ-
cunq; in rebus dubijs plurimũ valet, vt Barthol. Socin. dixerat *in conſ. 35. Punctus ſuper quo*
n. 1. li. 3. refert, ſequiturq; Martian. Socin. Iunior *conſ. 168. Præſentis conſultationis, n. 95. li. 2. L*
2. tit. vlt. par. 4. ita ſane amicitia arguit contẽplatione amici cõtractum celebratũ, obliga-
tionemq; & fideiuſſionem ſuſceptã ex Pauli Caſtrenſ. ſententia *in l. ſi pupilli. §. 1. col. vlt. verſ.*
quid in dubio. ff. de neg. geſt. qui ad id allegat tex. *in l. ſed ſi ego, ibi, quod ſi amicitia eiuſdẽ legis*, Mari.
21 Soc. Iunior *conſ. 27. n. 17. lib. 2.* Hic † dicebat Iaſon *in l. 1. 5. col. C. de ſumm. Trinit.* quod licet
verbum, *Volo*, de præſenti vel futuro prolatũ, vt *volo*, aut *vellem*, non inducat in cõtracti-
bus, nec in vltimis voluntatib. diſpoſitionem iuxta communem ſententiam, de qua ibi
per eum: vbi tamen profertur in fauorem perſonæ valde dilectæ teſtatori inducit diſpo-
ſitionem, vt *in l. Pamphilo. §. propoſitum. ff. de leg. 3.* Guill. Benedict. *in rep. c. Raynutius, in verb.*
teſtamentum. 3. n. 53. de teſtamen.

CAPVT XXI.

AMICITIAM NON PRODESSE SEMPER, SED PLERUNQUE obeſſe contendit, & an minuat fidem teſtis.

SVMMARIA.

1 *Amicitia an minuat fidem teſtis?*
2 *Amicitia immoderata an repellat teſtem?*
3 *Teſtium numerus ſupplet fidem, & tollit ſuſpitionem.*
4 *Amicus eſt idoneus teſtis cum agitur de amici moribus.*
5 *Teſtis vnus amicus aut conſanguineus nõ probat ſemiplene.*
6 *Iudex leuiori ex cauſa reijci poteſt quam teſtis.*
7 *Amicus præſumitur conſenſiſſe crimini per amicum patrato.*
8 *Donationes inter virum & vxorem quare prohibeantur?*

CÆterum, ne in his quæ extra cauſam ſunt diutius dimoremur, ad propoſitam ſpeciẽ
peculiarius accedendo, vltra ea q̃ de amicitia dicta ſunt, ſcire oportet, eã quandoq;
1 obeſſe. † Minuit ſiquidẽ fidẽ teſtis, & pp magnã amicitiam reprobari põt, vt *in c. quoties,*
extra

Digitized by Google

*extra de teſtib.& in §.item teſtium.4.q.3.gloſſ.in ſumma 3.q.5.*Specul.*in tit.de teſte,in princ.*Dixit
tamen Cynus *in l.eos.C. de teſtib.* quod amicitia non repellit omnino teſtem, ſed tanta fi-
des ei non adhibetur, author eſt huius ſententiæ Ioan.Andr.*in ſpecul. tit. de teſte, in princip.*
cui adhærent Anton.Imol.Abb.& Fel. *n.6. in c. quoties, de teſtib.* Dixit prætera Bald. *in l.
eos. C. de teſtib.* quod amicitiæ nomen non eſt ſufficiens, vt quis à teſtimonio repellatur,
caſumque ad hoc eſſe expreſſum aſſerit *in l. ſciendum. ff. de vſur.* cuius ratio eſt, vt ibidem
Bald. cenſet, quia iuxta Phil. *Eth.ad eundem.lib.7.col.11. in fin.* amicus amico omnia felici-
ter contigiſſe optat. Non igitur erit veriſimile velle falſum pro eo deponere: hoc enim
vtrique magis noceret, quam prodeſſet. Florianus autem *in l.3.in princip.ff.de teſtib.*ibique
Alber.*n.7.* aiunt ſe putare quod nulla amicitia repellat teſtem, licet detrahat aliquid fi-
dei ſecundum qualitatem amicitię. Felinus † tamen *vbi ſupra,* credit propter immodera- 2
tam amicitiam poſſe ex toto repelli teſtem, ex Guil. ſententia *in ſpeculo in tit.de teſte,in prin-
cip.num.*1. ſequitur Bald. *in c.1.& ibi rurſus Felin. in fin. extra de teſtib.& in c.quoties.2.col.& c.
cum nimium.eod.tit.* Bart. & Bald. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* Nellus de ſancto Gemini. *in
tract.de teſtibus,in princ.n.5.verſ.amicus.* Thom.Gram.*conſ.12.n.28.* Hoc † tamen vltimum ſa- 3
ne intelligendum eſt, vbi duo tantum teſtes deponerent, ſin vero tres amici pluréſve
depoſuerint, numerus tollet teſtium ſuſpicionem: author fuit Iacob.Butr.*in l.3.in princ.
ff.de teſtib.arg.eius quod inquit gloſſ.ſingul.in d.l.3.§.1.in verb.numerus. ff. de teſtib.* vbi fidem, ait,
ſupplere numerum teſtium, Nicol.de Neap.*in l.2.in princ.ff.de excuſ. tut.* Alex. approbans
Iacob.Butr.ſententiam *in conſ.4.cuius exordium, Viſo proceſſu inquiſitionis.n.10.lib.6.*Mar.So-
cin.Iun.*conſ.146.In cauſa turbatæ poſſeſſionis.n.15.lib.1.* And.Barb. *in ſcholijs ad Bald. in l. eos. in
addit.incip.Dicit Petrus.C.de teſtib.*Cum † vero agitur de facto, fama, ſcientia, moribus, & 4
vita, ſeu bonitate ſocij amicus eſt idoneus teſtis, eique magis quam alij creditur, ex ſen-
tentia Iacobi Rebuff.*in l.1.C.de præpoſ.agend.in rebus,lib.12.*pro quo facit text.optimus, qui
de ſcholari loquitur (inter quos maior contrahitur amicitia, vt *infra cap. ſequenti* inſinua-
bitur) *in c.innotuit, verſ. multa enim, de elect.* Iure vero noſtro Regio nil minuitur fidei teſti
propter amicitiam, ſed omni eſt ſemper exceptione maior extra cauſam ſocietatis com-
munis, vt *in l. 21. tit. 16. p. 3.* cuius hæc ſunt verba: *Pero en otro pleyto que no taxieſſe comunal-
mente ados, bien podria teſtiguar el vno por el otro, como quier que fueſſen compañeros y amigos.* Et ita
generaliter eum intelligit Nunius Auendanno in dictionario ſuo in verbo, *Amigo*, per
quæ ceſſare dicit diſtinctionem Bald. *in l. eos. C. de teſtib.* & Thomæ Grammat. *in voto 22.*
Lanfranc.*in c.quoniam contra.de prob.in parte, teſtium depoſitiones. n.147.* & Felin. *in c. quoties.
n.6. extra de teſtib* quod maxime aſſerit procedere ad defenſionem, quæ per teſtes alias
inhabiles probatur, vt per plura concludit Carter.Regin *in ſua practica.num.165.* Eam ta-
men ipſe legem ſane intelligerem in amico amicitia ordinata, generali, & charitatiua
coniuncto, ſecus tamen eſt in eo, qui amicitia effrenata & inordinata coniungitur, vt
colligitur ex ſupra traditis, & ita nuncupatim intelligit eandem legem, Montaluus *in
l.22.in gloſſ.vlt.in fin.titul.16.part.3.* Nec id mirum quidem, quandoquidem lex noua ge-
neraliter loquens & indiſtincte, intelligi debeat ſecundum leges antiquas in ſpecie
loquentes gloſſ.*in l.ſciendum.in gloſſ.magna.ff.qui ſatiſd.cogan.*vbi Iaſ.addidit concord.*col.3.*

verſ.

Digitized by Google

verſ.ex 2.parte nota, &c. Sed communis ſic ſe habebat opinio (quæ pro lege in iudicando & conſulendo ſeruatur, vt *in c.nouimus,de verb.ſignif.l.1.ibi,& ſane crebior.ff.de quæſt.l.athletas, ibi,& generaliter omnes opinantur.ff.de excuſ.tut.* cum concordan. traditis per Alciat. eiuſque additionatorem *in tract.de præſumpt.regul.1.præſumpt.51.n.2.*) quod amicus maxima amicitia coniunctus, hoc eſt, primi amicitiæ gradus, de quo *ſupra c.14.n.6.* non eſt idoneus teſtis, imo omnino repelli poteſt, vt *ſupra num. ab hinc 3.* diximus, ergo lex Regia ad hunc reſtringitur caſum. Quod, vt verum dicam, iudicis arbitrio relinquitur, vt & Petr.& Salicet. opinatur *in l. eos.C.de teſtib.* arg. text. *in l. 3. §. 1.ff. eod. tit.* vbi, is qui iudicat magis ſcire

5 poteſt quanta ſit teſtibus habenda fides. Quinetiam † vnus teſtis, conſanguineus vel maximus amicus non probat ſemiplene, vt Bart. adnotauit *in l. admonendi. n. 37.ff.de iureiur.* Nec iudicem ad opinionem inducit, licet ſuſpicionem tribuat iuxta gloſſ. notabilem *in l.etiam matris.ff.de probat.* cuius doctrinam ſequitur Alex. *conſil.13. Ex his quæ in themate.n. 10.lib.1.& conſ.18.Viſo proceſſu cauſæ.num.4.eod.lib.* Iaſ. *in repet.l.admonendi.col.73.verſ.Venio ad*

6 *quartum caſum,gloſſ. de vno teſte,& col.74.in princ.verſ.Nota diligenter.ff.de iureiur.* Nil mirum † ergo ſi iudex propter non leuem amicitiam recuſari poſſit, quippe qui facilius ex leuiorique cauſa reijci poſſit, quam teſtis, ex doctrina gloſſ. *in c.accuſatores vel teſtes ſuſpecti.3.q.5.* facilius enim alius haberi poterit iudex quam teſtis, gloſſ. *in c. accedens 1. extra vt lite non conteſt.in verb.ſubeſſe,in fin.* Cuius ratio eſt, quia propinquitatis, familiaritatis, ac dominationis affectio veritatem impedire ſolet. Amor carnalis, timor, atque auaritia plerumq;

7 ſenſus hebetant humanos, & peruertunt opiniones. *c.accuſatores, vltim.3.q.5.* Nocet † etiam plerumque amicitia, quandoquidem amicus præſumitur conſenſiſſe crimini per amicum patrato, iuxta diſtinctionem Abbatis *in c. cum cauſa.1.col.10. de teſt.* & Felin. *in c. Petrus.verſ. ſecundo fallit, de homic.* Nam propter affectionem præſumitur quis actui conſentire, cui alias veriſimiliter repugnaret eadem amicitia, ſeu affectione ceſſante, ita adnotauerunt Iacob. de Rab. Petr. Cynus, Bald. Salic. & cæteri *in l.inuitus.C.de procurat.* arg.

8 *l.ſi ſeruus communis.ff.de donat.inter vir.& vxor.* Alexand. *conſ.1.libr.3.n.17.* Hinc † etiam fit, vt donationes inter vir. & vxor. inhibeantur, ne, ſcilicet, mutuo amore ſpolientur. *l. 1. & 3.ff.de donat.inter vir.& vxor.l.4.& l.5.tit.11.part. 4.* Amor ſiquidem hominem priuat deliberatione, eamque ita inebriat ſicut vinum, vt *in §.1. Inſtit. de ſucceſſ.ſubl. ibi, Seruili amore bachata.* Atqui vinum & mulier faciunt apoſtatare ſapientes, vt ſcribitur *Eccleſ.19.* & furore amoris nil inuenitur vehementius, *auth.quib.mod. nat.eff.leg.§.illud.coll. 6.* Quo fit, vt viri vxoribus donare prohibeantur, ne nimio vxoris amore, facile ad bonorum diſſipationem trahantur. Conſequitur igitur ex ſupra traditis, quandoque obeſſe amicitiam.

CAPVT XXII.

AMICITIA ET AMOR QVIBVS DIGNOSCATVR SIgnis, quoue pacto in iudicio probari queat, oſtendit.

SVMMARIA.

1 *Amicitia ex quibus dignoſcatur.*
2 *Amicitia ex frequenti conuerſatione contrahitur.*
3 *Et in ſcholis.*

4 *Amor*

4 *Amor creſcit ex maxima conuerſatione & è conuerſo.*
5 *Amicitia non leuis in militia contrahitur.*
6 *Amicitiæ probandæ ſpecies.*
7 *Amicitia vera inter bonos dumtaxat contrahitur.*
8 *Amoris veri depictio.*
9 *Fœmina ſemper varium & mutabile.*
10 *Amoris veri 4. ſigna.*
11 *Æqualitas eſt amicitiæ parens & altrix.*
12 *Similitudo nominis gignit affectionem.*
13 *Inæqualitas diſcordiam parit & inuidiam.*
14 *Fratres nobis anteferri grauius, quam alios ferimus.*
15 *Amicus omni tempore diligit, & in proſperitate, & aduerſitate.*
16 *Ficta omnia cito decidunt tanquam flores.*
17 *Amici in abſentia ſe mutuo diligunt.*
18 *Amici conuocati ad aliquid peragendum eodem iure, quo & principalis iudicantur.*
19 *Maritus adulteros impune occidere poteſt.*
20 *Amicus amici vim vi repellere poteſt.*
21 *Iudex ab amicorum cauſis abſtineat.*

ADVOCATVS.

POſtquam plurima longo ſermone tradideris ad amicitiam ſpectantia, † id tantum 1
ſupereſt, vt ea ad praxim reducendo exponas: ne ignoremus, quo pacto amicitia pro-
betur, aut quibus dignoſcatur ſignis, quidue perpendere debeat iudex, vt verum amicũ
ex cauſæ maritis arbitretur. REL. Iſtis iam dudum peruelim colophonẽ impoſuiſſe, cæ-
terum ne reſponſionis defectu tacere videar, aliqua breuiter quibus quæſtioni tuę ſatis-
fiat referre non grauabor. Et primum † optimus quiſq; cauſidicus hac in ſpecie interro- 2
gationes ſiue articulos facere debet ſub hac forma. Vel quod aſſidue & frequenter con-
uerſabantur. Ex huiuſmodi namque mutua conuerſatione augeri præſumitur affectio.
l. cum allegas. C. de caſtrenſ. pecul. lib. 12. gloſſ. *in* § *. cogitandum, in Authen. de monach. collat.* 1. Bald.
in margarita. in verb. amicitia, in fi. Alc. *de præſumpt. reg.* 1. 30 *. præſumpt. n.* 1. *l.* 3. *tit. vlt. par.* 4. Ami-
citia namque, teſtę Philoſopho, *Ethic.* 9. *c. vlt.* cõmunicatio eſt. Vel quod † ſcholares cõ- 3
temporanei fuerint, maxime in eadẽ domo aut ſocietate. Notitia enim ſcholaſtica mul-
tum operatur, gl. *in c. innotuit in verbo, in ſcholis: de elect.* quippe quæ maximã arguat amici-
tiam, vt per illam gl. atteſtatur Fel. *in c. quoniam Abbas, n.* 4. *de offic. deleg.* Pet. Rebuf. *de priuil.*
ſcholarium. 104. *priuilegio, in princ.* Sed vbi magis conuerſantur homines, quam in ſcholis?
nullibi profecto: magis ergo diligũtur. Amor † quippe creſcit, aut decreſcit ex maxima, 4
aut minima conuerſatione ſecundum Philoſ. & eſt text. *in l. hæreditate, ibi. Niſi cõmilitonum*
charitatem auxiſſet. ff. de caſtren. pecul. Alberic. *in l. liberorũ. n.* 4. *ff. de verb. ſignif.* Vel † quod fue- 5
rint cõmilitones, in militia n. ſicut & in ſcholis amicitia non leuis contrahitur, *l. ſi forte, &*
in l. hæreditate, & in l. miles. ff. dd caſtr. pecul. gloſſ. *in c. innotuit, in verbo ſcholis. extra de elect.* Albe-
ric. *in d. l. ſi forte. n.* 3. Demum † iure noſtro Regio habemus tex. optimum, qui plures enar- 6
rat amicitiæ ſpecies *in l.* 5. *tit.* 3. *part.* 7. nempe, ſi forte duo peregrinationem ex voto pera-
grarunt, vel peregre profecti longum fecere iter, in quo ſimul diuertei ũt, in eodem for-
ſitan diuerſorio edentes, & lecto iacentes, quod & Accurſius probauerat *in l. apud Labeo-*
nem. § *. tenetur, vbi etiam Ang. in verbo comitem. ff. de iniuriis.* Vlpianus *in l. aut longa. ff. de procur.*
Amicitia itidem non leuis præſumitur, vt ibidẽ ſtatuitur, ſi amicus matrimonio locauit
amicũ, aut eius filiũ, filiamve, aut matrimonij fuit conciliator, vel amicũ forte fecit mi-

P litem,

Digitized by Google

litem,aut conſtituit hæredem: cuiuſue induſtria fundus,domus,prædiũ, aut alia quæuis
poſſeſſio amici iã,amiſſa, recuperata eſt, aut ſi amicum ab iniuria,dedecore ingnominia
aut graui iactura, atque incommodo eripuit ſeu pericula & incommoda ab amico a-
uertit, vel eũ à captiuitate deduxit, ejve de proprio erogauit cũ indiguiſſet valde. Quo-
rum aliquid quoties probatum fuerit,obtinebit certe, qui amicitiam maximam de qua
7 *in d.l. lat.z. §. amicos.ff. de verb.ſignificat.* probare voluerit. Ad † id tamen ſemper eſt ſum-
me aduertẽdum,quod ſolus bonus ſoli bono dici poteſt amicus: malus autem, nec bo-
no,nec malo vnquam reuera amicus efficitur. Nam ratio dictat eos,qui boni ſunt, ami-
cos exiſtere, vt videre licet apud Plato. *in Lyſim, ſeu de amicitia libro, pag.*87. Atq; vt Cice-
ro ait de amicitia, virtus contrahit amicitiam,ideo bonis inter bonos eſt quaſi neceſſa-
ria beneuolentia, quæ eſt amicitiæ fons à natura conſtituta, optimus Regni noſtri, tex.
*in l.3. ad fin. & in l.4. tit vlt.p.*4. Eademque proprie atque primum quidem amicitia eſt,
quæ bonorum eſt hominum, ratione ſane qua boni ſunt: cæteræ autem per ſimilitudi-
nem,teſte Phil. *Ethicorum* 8.*c.*4. delictorum etenim turpis & fæda communio eſt vt cẽ-
ſet Papinianus *in l.quod autem.ff.pro ſocio*,text.Regni noſtri optimus *in l.2.tit.*10.*part.*1.Ita-
8 que † vt hoc tandẽ caput concludam (iam n.nimium multa de hac re diximus)non ſile-
bo,quod Petr.Rebuff.recenſet *in ſuo de priuileg.ſchol.tract.priuilegio.*104.*n.*26.Is veteres re-
fert ſatis commode depinxiſſe amorem.Primum,forma viri,facie iuuenili,aperto capite
indutum tunica viridi,in cuius fimbrijs ſcriptum erat aureis literis, *Vita & Mors*: in fron-
te item erat ſcripum *Aeſtas & Hyems* iuxta cor erat recluſio quædam, abſq; apertura,qua
totum poterat inſpici corpus, vbi & hoc ſcriptum erat, *longe & prope.* Forma in primis
virili ideo depingebatur,quamuis ſapientia, cæteræque virtutes in forma fœminea pin-
gi eſſent ſolitæ, vt conſideraretur conſtantia, quæ vero amori ineſſe debet,vt pote quæ
9 magis in viro,quam in fœmina inueniatur. Varium † etenim eſt & mutabile ſemper fœ-
mina,inquit Virgilius,cui Imperator ſuffragatur *in l.ſi filia.C.de inoff.teſtam.*ſummus Pon-
10 tifex *in cap.forus,de verbor.ſignific.* Porro † facies iuuenilis ſignificat, quod amor verus per-
durat ſicut iuuenis & permanet: fictus vero ſtatim cadit. Præterea aperto pingebatur ca-
pite, quod inter amantes nihil eſſe debeat occultum, ſed omnia palam fieri, vt *in l.3.tit.*
*vlt.part.*4. Hinc Cicero de amicitia dicebat tria eſſe veri amoris ſigna, nempe, vniformi-
11 tas indumentorum, frequentia cibi & potus, tertio reuelatio ſecretorũ. Aliud † & quar-
tum addi poteſt, æqualitas: quæ (vt eſt Pithagoræ ſententia ex Platonis *li.6.de legib.* & A-
riſt.*lib. Ethicorũ* 9.*c.*8.) amicitia eſt. Id eſt, vbi æqualitas ibi quoque eſt amicitia. Eſt enim
æqualitas amicitiæ parens & altrix. Contra inæqualitatis diſcordiarum bellorumque
mater, vt eleganter probat Tiraqu.ex Euripidis ſententia de primogenijs, *q.*4.*n.*9. Et rur-
ſus de legibus connub. *l.*5.*glo.*1.*p.*5.*n.* 20.ex Boëthio *lib.*1. *de muſ.c.item.*1. *Æqualitas*,inquit,
*& ſimilitudo beneuolentia eſt conciliatrix, materque concordia, familiaritatis, & amicitia. Contra
inæqualitas & ſimilitudo, odij, diſſidijque parens eſt.* Atque, vt ipſe ꝓbat, quo maior ac verior,
ſtabiliorq; ſimilitudo fuerit, & æqualitas, hoc firmior, atque arctior eſt amicitia, atque
beneuolentia. Vnde videmus iuuenes inter ſe libenter conuenire, ſenes cum ſenibus
congregari, doctos doctorum conuentu capi, & improbos congredi cum improbis, di-
uitib. conſuetudinẽ eſſe cum diuitibus, pauperib. item cũ pauperibus, atq; in vniuerſum
ſimilia

Digitized by Google

ſimilia ſimilibus gaudere. In quam ſententiam eſt illud Eccleſiaſtici 13. *Omne animal di-
ligit ſibi ſimile, & omnis homo ſimilem ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi coniungetur, & omnis homo
ſimili ſociabitur.* Sed & Cicer. *in oratione pro Aulo Cluentio, Iam*, inquit, *hoc fere ſcitis omnes,
quantam vim habeat ad coniungendas amicitias ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo.* Et in Catone
maiori: *Pares,* ait, *cum paribus (vt eſt in veteri prouerbio) facillime congregantur*: refert Bart. *in l.
ſi diuortio. col. pen. ff. de verb. oblig.* Plinius *lib. 4. epiſtolarum ad Fundanum, Eſt,* inquit, *ad conne-
ctendas amicitias, vel tenaciſſimum vinculum ſimilitudo.* Quibus mire concinit text. *in c. nerui,
paulo poſt princ. 13. diſt. Vnuſquiſque dum hominum amicitias appetit, cuiuſcunq; alterius, ſimilem
ſibi ducentis vitam conſortio, vt plurimum ſe adiungit*: & text. *in cap. tranſmiſſam. de elect.* Ex quo
Ioan. Andr. *in c. fraternitatis. col. 4. de frigid. & malefic.* pares cenſet cum paribus eſſe matri-
monio collocandos: citatque & illud Ouidianum:

Quam male inæquales veniunt ad aratra iuuenci,
Tam premitur magno coniuge nupta viro.

In quam rem plurima congerit more ſuo Tiraq. *in ſuo de legib. connubialibus libro, l. 5. gloſſ. 1.
p. 5. num. 20. & pluribus ſequentibus*: vbi inter alia optime probat *num. 27.* quod † ſimplex 12
nominis ſimilitudo gignit nobis quandam mutuam affectionem atque amicitiam, ex
l. cum filius. § pater. ff. de legat. 2. & alijs pluribus per eum citatis, *& n. 29. Tales,* inquit, *eſſe præ-
ſumimur, quales quibuſcum conuerſamur.* Ex † inæqualitate autem naſcitur, cum diſcordia, 13
tum inuidia, maxime inter fratres, gloſſ. & Doct. *in l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2.* Bald. *in
cap. cum olim. circa medium, extra de conſuet.* vbi ex *§. euictis* expendit, quod dignitas ſiue ex-
cellentior gradus generat inuidiam, & ſcandalum ſeminat inter fratres: & rurſum *in c.
Deus qui. ex. de vita & honeſt. cler.* Cui † ſententiæ maxime conueniunt verba Angel. *conſil.* 14
287. *Pro clariori deciſione thematis. num. 4.* vbi ait, moleſtius ferre plerumque homines, ſi
quæ ad ſe pertinent, aut pertinere contendunt, ad fratres ſuos peruenerint, quam ad
extraneos: allegatque ad id text. *in l. oportet poſt princip. in illis verbis, vel ad extraneos, vel ad
fratres ſuos, quod grauius multis eſſe videtur. C. de bon. quæ liber.* Plura alia refert Tiraq. *de iure pri-
mog. q. 4. num. 7. & 10.* & alijs pluribus per totam fere quæſtionem, & *de legibus connubiali-
bus, l. 5. num. 17. cum ſequent.* Tunica viridis, præ ſe fert viriditatem veri amoris, vt ſicut her-
ba viridesve plantæ continue creſcunt, ita & verus amor. Literæ aureæ quibus ſcri-
ptum erat, vita & mors, prædicunt, quod verus amor perinde poſt mortem durat atque
in vita. Vnde † Salomon, *Omni,* inquit, *tempore diligit amicus.* Item æſtas & hyems deſcri- 15
ptæ in fronte denotant ſtatum proſperæ & aduerſæ fortunæ: in quibus verus ſemper di-
ligit amicus, vt Philoſopho placet *Ethicorum libr. 9. cap. 11. Eſt enim,* inquit, *amici, beneficia
conferre præſertim in eos qui indigent, & antea quam ipſi requirant.* Et apud eundem, *Ethico-
rum 8. cap. 1.* memoriæ proditum eſt, in paupertate cæteriſque calamitatibus amicos vni-
cum eſſe confugium. Et rurſus *eodem libro cap. 3. & 4.* fictos in proſperitate tantum dilige-
re. Id quod è noſtris Accurſius his inſinuat carminibus:

Cum fueris felix, multos numerabis amicos:
Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris.

Digitized by Google

Et Horatius:

Horrea formica venient ad inania nunquam,
Ibit ad amiſſas nullus amicus opes.

Quod referunt omnes ad fictos, quibus nunc vtimur, amicos. De quibus Seneca ad Ne-
16 ronem *de clementia*, & Cicero *officiorum 2.num.61. Nemo*, † aiunt, *poteſt diu ferre perſonam fi-*
ctam. Omnia enim ficta celeriter tanquam flores decidunt: nec ſimulatum quidquam
poteſt eſſe diuturnum, refert Anchar. *in c.literas, not.11. de præſumpt.* Apertura ſiue reclutio
cordis inſinuat amicos, ita debere mutuo diligi, vt cor vtriuſque apertum ſit, velleque,
& cordis intima, & ſecreta inuicem calleant. Amicis itaque nihil debet eſſe fucatum &
tectum, ſed nuda & ſimplicia omnia eſſe debent: vti eleganter Tiraq. ait *de legib. connu-*
17 *bialib. l. 4. n. 26.* Longe † & prope ſignificat, veros amicos perinde in abſentia atque in
præſentia ſe mutuo diligere oportere, vt Alberic. refert *in ſuo dictionario in verbo, amor.*
Quatuor denique leges amicitiæ tradit optime Guil. Bened. *in rep. cap. Raynutius, in verb.*
teſtament.3.num. 48. de teſtam. Hoc tamen vnum ad huius materiæ complementum ad-
18 dendum duxi, nempe † vt ſi quid alicui quoquomodo conceditur, etiam ſi ad vindi-
ctam ſit, poſſit ad id peragendum conuocare amicos & coniunctos, qui facile congre-
gati debent eodem iure quo & principalis iudicari: hoc eſt, ſi impune facere licet im-
pune licebit amico auxilium præbenti, arg. text. *in l. refectionis gratia, ibi, ego fabrique mei. ff.*
comm. præd. vbi Iuriſconſultorum ille facile princeps. Paul. Caſtrenſ. adnotauit quod mi-
hi prorſus liceat, per alios mihi ipſi coniunctos, miniſtros, & neceſſarios explicare, quod
ipſe facere poſſum: quod ipſe Paul. aſſeruit nixus præcitatæ legis *refectionis*. gloſſæque au-
thoritate *in l. cum fundum. ff. de vi & vi armata* cui ſuffragatur, Hippolyt. Marſilius *in notab.*
175. *Conceſſo vno.* Marianus quoque Socin. Iunior *in conſ.34. in cauſa nobilis viri lib.2. num.12.*
19 *& ſeq.* Exempli † loco, indubitati iuris eſt virum poſſe vxorem in adulterio deprehen-
ſam occidere *l. ſi quis in graui. §. maritus. ff. ad Senatuſconſultum Syllan. l.1. in fin. ff. ad l. Corn. de*
ſicar. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adult. Et quoniam iuſtum dolorem
temperare non potuit, vltimi ſupplicij pœnam non incurrit, ſed extraordinaria pœna
punitur, quod ſi nobilis eſt ad tempus relegatur gloſſ. *in l. nec in ea. ff. ad l. Iul. de adult.* Adul-
terum etiam licet marito occidere, *l. Grachus. C. ad l. Iul. de adult.* eius tamen legis interpre-
tes aſſerunt debere ad tempus relegari, vt pœnam capitis euadat. Iureque noſtro Regio,
text. *in l.4. tit.13. de homicidio, lib.8. ordinat.* decisionem antiquam extendit ad occidentem
eum qui cum ſorore aut filia per vim iacet, vt pœna mortis non feriatur. Si igitur mari-
tus, pater, aut frater, quibus hoc permittitur, conuocauerit amicos, aut coniunctos ad
occidendum eos quos iure, citra pœnam mortis necare licet, punientur amici & con-
iuncti, qui auxilium præſtiterunt, ſi non minori, ſaltem eadem pœna, qua & principa-
les: Ita eleganter conſuluit Mar. Socin. Iunior, quo in loco nuper citauimus. Id quod
antea dixerat Paul. Caſtrenſ. *in d. l. refectionis. ff. commun. præd.* Bald. *in l. vt vim. 3. col. 6. q. ff. de*
iuſt. & iur. Iaſon *in l.1. §. vlt. ff. de non. oper. nunt. & in l.2. num.4. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Cæpol.
vbi ita dixit, obtinuiſſe in facti contingentia, *in tract. de ſeruitutib. vrb. præd. c.23 2. col. num.6.*
Marſil. *in l. vn. C. de rapt. virg. 3. col. num. 11.* ex textu *in l. ſi ita ſtipulatus fuero per te non fieri. ff. de*
verb. oblig. Ripa *in l.2. §. voluntatem. n.30. ff. ſolut. matrim.* idem Hippol. *conſil.16. col. antepen.* li-
cet con-

Digitized by Google

cet contrarium ſenſerit Bald.*in dict.l.vt vim.q.6.* cuius ſententiam improbat Tiraq.communem ſequutus *lib.1.de retract.§.26.gl.1.n.60.* Hinc † etiam Bart.*in l.deuotum.num.2.C.de metatis & epid.lib.12.* dixit amicos, & vicinos meos licite poſſe percutere volẽtem me per vim de propria expellere poſſeſſione. Porro ſi quis animum habens necandi aliquem, id amico obrepſerit, dicens ſe aliquid liciti habere negotij, aut forte eum ad deambulandum inuitans, atque adeo amicus enſem capiens, prout alias incedere ſolebat, amicum ſociauerit obuiumque inimicum necauerit: non tenebitur de occiſione amicus, ſi Raphaeli Fulgoſio credimus *in l.quid ſi fugitiuus.§.1.ff. de edil. edicto.* & Marſilio *in l.ſi quis obrepſerit n.12.ff.ad l. Corn.de falſ.* Denique amicitia ſicut ſæpe prodeſt, ita & quandoq; nocet. Quocirca † cauere iudicem oportet ab huiuſmodi amicorum cauſis, ne animum ſuum alias iuſtum & rectum peruertat affectio, Orientaliue aura ſtipes arboris flectatur. Maximis atq; adeo ſe ſubijcit periculis, qui cauſam amici iudicat, animum quandoquidem amicitia flectere facit, vt iniuſta cauſa iuſta videatur. Atqui ſi contra amicum decernat, inimicus efficitur: ſin autem ſecundum eum pronunciet, aut animam perdet, ſi iniuſte, aut famam ſi iuſte: populus namque amici cauſa iniuſte pronuntiatum eſſe cenſebit. Quare nec immerito Bald.non ſatis prudentem eſſe putabat, qui amici ſui ſuſceperat compromiſſum, *in c.ſuſpicionis.col.2.de offi.deleg.*

20 (margin, at "Hinc †"); 21 (margin, at "Quocirca †")

CAPVT XXIII.

ARBORIS NOSTRAE STIPITEM AD FLATVM VENTI Occidentalis, hoc eſt, ratione præmiorum vel pecuniæ flecti non debere docet, & de auaritia agit.

SVMMARIA.

1 *Iudex ratione præmiorum vel pecuniæ flecti non debet.*
2 *Auaritia ſeu cupiditas fugienda eſt.*
3 *Munera & dona excæcant ſapientes.*
4 *Auaritia radix eſt omnium ſcelerum & mater.*
5 *Mala quæ ex auaritia oriuntur.*
6 *Auarus eſt pauper.*
7 *Auarus eſt ſeruus.*
8 *Ambitioſus ſeruus non liber.*
9 *Auaritia animum virilem effœminat.*
10 *Iudices puras habere decet manus & mundas.*
11 *Auaritia turpior ira.*
12 *Auaritia nullum tetrius vitium maxime in rempublicam gubernantibus.*
13 *Iudicis iuramentum.*
14 *Auari ſigna.*

CÆterum † neque ad flatum venti Occidentalis arbor noſtra, hoc eſt, iudex moueri 1
debet, nempe ratione præmiorum vel pecuniæ. Cupiditate † namque humanum 2
peruertitur iudicium, dum præmio animus corrumpitur iudicantis, teſte Gregorio *in cap.quatuor.11.q.3.* Male enim ſe res habet, cum quod virtute effici debet id tentatur pecunia, inquit Cicero *libr.officiorum, 2.num.29.* Idem ipſe in oratione pro Milone ait, nullum eſt officium tam ſanctum, nec profecto tam ſolemne, quod auaritia comminuere,

minuere,atque violare non ſoleat.Rurſus *officiorum 2.num.* 110. Caput,monuit,in omni
procuratione negocij & muneris publici eſſe,vt omnis minima auaritiæ tollatur ſuſpi-
3 tio. Munera † etenim & dona excæcant ſapientes,& ſubuertunt verba iuſtorum , *Exod.*
23.Xenia item & dona excæcant iudicum oculos, *Eccleſ.* 20. Caueant igitur iudices &
imperantes,ne cupidi ſint aut auari,vt eleganter perſuadet Cicero in Paradoxis. Quip-
4 pè cum † auaritia omnium & mater ſit malorum,*c.bonorum. c. verum.c.ficut.* 47.*diſtin.* &
radix ſcelerum,vt *in c.quia radix,de pœnit. diſt.*2.*l.*58.*tit.*5.*part.*1.*l.* 4.*tit.*3.*part.*2.*&* 1.ad Ti-
motheum,*c.6.*& effrenata,vt *in proœmio decretal.in princ. & iniqua.l.vltim. C.de vet.numiſm.*
poteſt. mater quoque litium & materia iurgiorum,*in d. proœm. in prin. c. diaconi.* 93. *diſtin.*
Quæ maximè reprobatur , quando non priuatorum , ſed iudicum inhæret animis: qui
auro omnia vendentes reos & malefactores abſoluunt. Quibus regentibus,quis ſine
periculo non furetur? quis non ſine reatu latrocinabitur ? dixit Iuſtinianus *in auth. vt iu-*
dic.ſine quoque ſuffrag.fiant , poſt principium verſ. eſt quoque , coll. 2. Alibi auaritia appellatur
idolorum ſeruitus,*c. auaritiæ,de præbend.* Apoſtolus *ad Epheſios.* 5. *& ad Coloſſ.*3.*d.l.*4.*titul.*3.
*par.*2.ex quo Ang. *in l.nolumus. C.quemadm. teſtam. ordin.* ex auaritia , inquit, præſumi infi-
delitatem refert Ioann.Neuiz. *in ſua nuptiali ſylua lib.*5. *num.* 94. Dicitur quoque propha-
nus ador mundi, *l.ſi quemquam.C.de Epiſc. & cler.* Hinc Virgil. 6.Æneidos ſic ait:

Auri ſacra fames, quid non mortalia cogis
Pectora? Denique appellatur cæcitas,*c. auaritiæ. de elect.li.*6.*l. vnic. C. de ſuperexact.*
*tribut.lib.*10. Et Bion ſane ſophiſta auaritiam eſſe dicebat omnis improbitatis metropo-
5 lim. Quid † mali non adfert cupiditas? Chryſoſtom. *ſuper epiſtolam Pauli ad Rom. Homi-*
lia. 11.radicem,ait, omnium ſcelerum eſſe auaritiam & cupiditatem : hinc pugnæ , hinc
inimicitiæ, hinc bella,hinc contentiones, conuitia, ſuſpiciones, contumeliæ , hinc cæ-
des, furta,ſacrilegia. Atque vt Cicero ait, 1. *de finibus bonorum & malorum num.* 69. *Nec hæ*
cupiditates ſeſe foris ſolum iactant, nec tantum in alios cæco impetu incurrunt, ſed intus etiam in ani-
mis incluſæ inter ſe diſſident atque diſcordant , ex quo vitam amariſſimam neceſſe eſt efficiat. Pro-
pter has non ciuitates ac regiones modo, ſed & viæ ipſæ , & qui habitatur, & qui mini-
mè habitatur orbis, tum montes, ſaltus,colles, vnoque verbo, omnia , cædis ac ſangui-
nis plena ſunt. Ac nec à mari malum hoc temperauit, ſed illo vſque inſanè debachans
certa cum pernicie irrepſit: piratis illud vndique obſidentibus : ac nouum quendam
deprædationis modum comminiſcentibus. Propter hanc & naturæ leges ſubuerſæ, &
cognationis inſtituta ſedibus ſuis conuulſa , & ſubſtantiæ ipſius iura corrupta ſunt.
6 Quid? † cum,quod magis mirari oportet pauperes egenoſque faciat eos, quos peruer-
ſa cupiditas capit, cum quærendi finem non inueniat: nec enim vnquam expletur nec
ſatiatur cupiditatis ſitis, teſte Cicerone, *Paradoxorum cap.* 2. *num.*7. *& cap. vltim. in fine, in*
hæc verba: Improbi autem & auari , quoniam incertas atque in caſu poſitas poſſeſſiones habent , &
plus ſemper appetunt , nec eorum quiſquam adhuc inuentus eſt, cui quod haberet , eſſet ſatis : non mo-
do non copioſi ac diuites , ſed etiam inopes ac pauperes exiſtimandi ſunt. Hæc ille. Et Democri-
tus dicebat; *Pecuniarum cupiditas niſi terminetur aliqua ſatietate,longè deterior eſt extrema pau-*
pertate. Cui concinit illud Prouerbiorum 23. *Noli,* inquit, *laborare, vt diteris,ſed prudentiæ*
tuæ pone modum , ne erigas oculos tuos ad diuitias, quas non potes habere,quia facient ſibi pennas quaſi
aqui-

Digitized by Google

aquila, & volabunt. Porro † cupiditas ſeruos efficit eos quos complexa eſt, vt idem Mar- 7
cus Cicero eleganter probat *Paradoxorum c.6.nu.49. & ſeqq.* cum ſic ait: *An eorum ſeruitus*
dubia eſt, qui cupiditate peculij nullam conditionem recuſant duriſſimæ ſeruitutis? Hæreditatis ſpes,
quid iniquitatis in ſeruiendo non ſuſcipit? quem locupletis orbi ſenis non obſeruat? Loquitur ad volun-
tatem: quidquid denunciatum ſit, facit, adſectatur, aſſidet, muneratur. Quid horum eſt liberi? quid
denique ſerui non inertis? Quid † iam illa cupiditas (quæ videtur eſſe liberalior) honoris, imperij, 8
prouinciarum, quam dura eſt domina, quam imperioſa, quam vehemens? Cethego homini non pro-
batiſſimo ſeruire coegit eos, qui ſibi eſſe ampliſſimi videbantur, munera mittere, noctu venire domum
ad eum, precari, denique ſupplicare. Quæ ſeruitus eſt, ſi hæc libertas exiſtimari poteſt? Hinc † (vt 9
cætera cupiditatis mala non ſileam) Saluſtius in Catilin. ſic ait: *Auaritia pecuniæ ſtudium*
habet, quam nemo ſapiens concupiuit: ea quaſi venenis malis imbuta, corpus animumq; virilem effæ-
minat. Semper infinita & inſatiabilis eſt, neque copia, nec inopia minuitur, refert & optime ex-
ponit Gellius *lib. noctium Atticarum 3. c.1.* Quare † haud immerito Iuſtinianus cenſuit 10
iudices puras habere decere manus & mundas, *in auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. ſi quis*
autem, & de mandat. Principum. §. oportet, el.1. Quippe qui mundas non habuerit à turpitu-
dine, maculatur, vt ibidem traditur. Oportet itaq; eum eſſe contentũ ijs, quæ à fiſco ſibi
dantur, vt *in auth. de mandat. Princip. §. feſtinabis*, & ſi ſecus agat, dicitur fidem non cuſtodi-
re, vt ibi, nam qui quærit diuitias, optatque locupletari, facilè animum auertit à iuſtitia.
Nec † vtiq; mihi ſat eſt hoc cupiditatis teterrimum deturpaſſe vitium, niſi omnib. per- 11
ſuaſero cum Philoſopho *Ethicorum 7. c.6.* turpiorem etiam eſſe auaritiam ira, nedum a-
lijs vitijs. Ira namque, licet non perfectè, rationem ſequi videtur. Perinde atq; veloces
miniſtri, qui quidem antea quam totum id audirent quod dicitur, excurrunt, deinde in
mandato peragendo aberrant. Canes etiam antequam conſiderent, pulſans oſtium ſit
ne amicus, latrant. Sic & ira propter caliditatem & celeritatem naturæ, audita quidem
ratione, nondum audito præcepto, ad ipſam properat vltionem. Ratio namq; vel ima-
ginatio contumeliam ac paruipenſionem inſinuat, ira autem ac ſi ratiocinatione facta
concluſerit oportere tali bellum inferre, illico inſurgit. At cupiditas ſi ſolum dixerit ra-
tio aut ſenſus hoc afferre voluptatem, pergit ad fruendum. Quare ira quidem ſequitur
quodammodo rationem, cupiditas autem non, turpior igitur eſt. Nam incõtinens iræ,
à ratione, quodammodo vincitur: cupiditatis autẽ non à ratione, ſed à cupiditate. Præ-
terea iniuſti magis ſunt ij, qui magis occulte procedunt, & inſidias faciunt. Ira autem eſt
manifeſta, cupiditas contra doloſa & occulta. Quibus ſanè rationibus, alijsq; vrgentio-
ribus Ariſtoteles docet, turpiorem ira eſſe cupiditatem. Quinetiam, † ſi Ciceroni fi- 12
dem adhibemus, nullum teterius eſt vitium auaritia, præſertim in Principibus, & Rem-
publicam gubernantibus. Vt iam mirum videri non debeat, quod ſummopere legibus
commendatur, ac ſub grauiſſimis pœnis præcipitur, nempe iudices ne ſint cupidi, nevè
prætextu imperij violentias inferant, ſubditisve inferri patiantur, vt *in l.1. §. optimus. C. de*
offic. præf. Prætor. Africæ. Quo † etiam fit, vt iure etiam noſtro Regio, nedum communi 13
Imperatorum piè ſtatutum ſit, vt quilibet magiſtratus ſeu iudex iurare teneatur, priuſ-
quam ei codicilli dentur, durante magiſtratu, ſeu iudicandi munere per ſe, vel
interpoſitam perſonam non xenia, non munera, neq; quid aliud recepturũ, à quocunq;
coram

Digitized by Google

coram eo litem gerente, aut confeſtim geſturo, modo iudex non ignorauerit litigaturum, nec ab alio eius nomine, *l.6.tit.4.part.3.l.7.tit.15.lib.2.ordin.c.1.correctorum.* Id quod iure etiam communi Imperatorum erat ſtatutum, *in l.vlt. C.ad l.Iul.repetun. auth. ſcriptum exemplar.2.collat.2.& in authen.ſeq. Iuſiurandum quod praeſt. ab his.* A quibus autem iudicibus aut officialibus ſit iurandum, quidve iurare teneantur, & pœnam periurij affatim tra-
14 dit Nunius *de mandatis exequendis,c.2.num.1.& 2.* Adv. Quonam † pacto cognoſcemus auarum? Rel. Ariſtoteles *in libro de Phyſiognomia*, ſigna eſſe docet auari, facie eſſe remiſſum, nigri coloris, macrum, quæ ſunt circa faciem, quaſi abraſa, faciem habens rugoſam, non carnoſus, recti crinis & nigri; quo certè, vt iam non ſemel diximus, nihil eſt ſceleſtius, *Eccleſiaſti.* 10. atque è diuerſo, qui odit auaritiam longi fient dies eius, *Prouerbiorum* 28.

CAPVT XXIV.

IVDICES AN MVNERA CAPERE POSSINT; ET an litigantibus ea dare liceat impune, examinat.

SVMMARIA.

1 *Iudices an munera capere poſſint.*
2 *Munera dare iudici quo caſu litigatori liceat? & iudici accipere?*
3 *Iudici non licet rectum vendere iudicium.*
4 *Sportula an debeantur iudici ſtipendium habenti?*
5 *Sportulas vltra metam legib. Regni perfixam exigens pœna ſeptupli punitur.*
6 *Sportularum taxationem excedere non poteſt ordinarius, cui cauſa aliqua delegatur.*
7 *Munera vltro oblata an liceat accipere?*
8 *Litigatori an liceat aliquando munera dare iudici? & an poſſit repetere?*
9 *Iudici & teſti vt verum iudicium & teſtimonium ferant, an poſſit palã dari pecunia.*
10 *Pœna litigatoris munera iudici dantis.*
11 *Litigator qui munera iudici dedit, an perdat cauſam?*
12 *Litigatori pœna impoſita amiſſionis cauſæ, an ipſo committatur iure, an per ſententiam?*
13 *Iudicem corrumpens, & ipſe iudex ſunt correlatiua.*
14 *Extenſio in pœnalibus, quando fiat in correlatiuis?*
15 *Iudex munera accipiens grauius delinquit, quam dans.*

ADVOCATVS.

CÆterum hoc in loco (quando præmiſſis haud incongrue adaptari poteſt) de ea ſi
1 lubet quæſtione iuris commentatoribus paſſim obuia paucis diſſeramus: an † ſcilicet iudicibus eorumve officialibus pecuniam, munera, ſiue xenia impunè capere liceat? quave afficiantur pœna capientes, quave largientes? an vero ſententia ab eo qui munera capit lata ſit nulla? Rel. Tuum eſt hac in re nos ad amuſſim edocere, cũ quod eruditione & prudentià multo iam vſu collectã pollere te ſemper exiſtimaui, tum ne in propria cauſa cenſoris munus aſſumere videar, quare lubentes aures præſtitero, breuius expedito. Adv. Nempe vt facilius controuerſia hæc diſſolui poſſit, aliquot explicandæ
2 ſunt concluſiones. Prima † eſt, litigatori licet pecuniam aliave munera dare iudici ob

ſuæ

ſuæ cauſæ deciſionem, vt breuius expediatur, eiuſq́; ius illæſum ſeruetur. Iudici vero accipere non licet, hoc vltimum conſtat ex deciſione Vlpiani *in l. 2. §. vlt. ff. de condict. ob turp. cauſ.* Id quod iure quoque moderniori verum eſſe aſſerit Accurſius ibi *in gloſſ. 1. poſt medium*, cui ſuffragantur Bart. Alber. Bald. Salic. & Iaſon ibidem. Guill. cum Ant. de Piſis, & Alber. *in l. 3. ff. de condict. ob turp. cauſ.* Bal. *in conſ. 353. cuius exordium eſt, Proponitur, quod Proſellus lib. 5. num. 2.* Nicolaus Boerius *deciſ. 153. num. 23.* Non† enim poteſt iudex etiam rectum vendere iudicium, ſicut nec teſtis verum teſtimonium, *cap. vltim. 14. q. 5. c. cum ab omni. in fi. de vita & honeſtat. cleric.* quamuis aduocato liceat iuſtum vendere patrocinium, *c. non licet. 11. q. 3.* Nam qui recte iudicat, ſi præmium remunerationis ſpectat, fraudem in Deum perpetrare dicitur, *c. qui recte. 11. q. 5.* Itaque ex parte iudicis ſemper turpitudo vertitur, quippe qui contentus his eſſe debeat, quæ à fiſco ſalarij nomine ſibi aſſignantur: neque† aliquid etiam ſportularum nomine ei ab ipſis litigatoribus capere liceat, *vt in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. poſt princip. verſ. cognitio. coll. 2.* vt cui ea aſſignentur ſtipendia, vt gratis ius litigantibus ſubminiſtret, neve iuſtitiam venalem efficiat, *c. cum ab omni, de vita & honeſt. cleric.* atque ideo ex pecunia publica officiarijs iuſtitiæ ſalaria ſeu vadia, & militibus ſtipendia aſſignantur, de quibus viuant, ne forte ſubditos concutiant, aut deprædentur, quibus voce clamantis in deſerto dictum eſt, *Lucæ 3.* neminem concutiatis neque calumniam faciatis, ſed eſtote contenti ſtipendijs veſtris. Quo fit, vt iam communiter receptum ſit iudicem, cui publicum aſſignatur ſtipendium, ſportulas, nec earum nomine quicquam capere poſſe, teſte Iaſone *in §. tripli. num. 46. Inſtit. de act.* quod probare nititur ex *§. oportet. in authen. de mand. Princip.* quamuis contrarium aſſeruit Bart. (ſi modo eſt ſua lectio) *in authent. de iudic. § ne autem. nu. 2. coll. 6.* niſi eius tueatur ſententia ex eo quod conſuluit Anchar. *conſ. 201. Præmittendum eſt. num. 2.* nempe, quod ex conſuetudine ſportulæ ſunt taxatæ quæ ſoluuntur iudicibus ordinarijs in quibuſdam prouincijs: & maximè hoc in regno, vbi iure Regio taxatæ ſunt ſportulæ correctoribus alijſque iudicibus ordinarijs de qualibet ſententia & præcepto, vt *in l. 13. tit. 16. lib. 2. ordin.* poſtmodum aliter taxatæ ſunt per Regias pragmaticas *charta. 151. ſub titulo de ſportulis*, Hiſpanè, *De los derechos.* Cæterum† ſi quid ſportularum nomine iudices alijve officiarij vltra Regiam taxationem exegerint pœna puniuntur ſeptupli, & magiſtratu priuantur, & honore, *l. 14. tit. 4. de foro Regio, ſeu cancellaria libr. 2. ordinat.* At *in c. 1. 7. 10. 11. 13. 15. & 45.* correctorum, pœna imponitur, ſeptupli dumtaxat his qui taxationem iure Regio præſcriptam excedunt. Quod† vtrique vſque adeo procedit, vt idem per omnia ſtatutum eſſe cenſeatur in iudice ordinario, cui aliqua delegatur cauſa. Nihil enim talis ſportularum nomine adhuc capere poterit iuxta iuris communis ſanctionem, præter eas, quæ peculiari ſtatuto, aut conſtitutione prouinciæ fuerint æſtimatæ, ita conſuluit Anchar. *conſ. 201.* refert, eique ſuffragatur Fel. *in c. de hoc num. 7. de ſim.* quorum ſententiæ conducit tex. Regni noſtri *correctorum c. 9. ibi: Y que eſto aya lugar aſſi miſmo, aũ que los tales Corregidores y oficiales conozcan por comiſſiõ nuſtra.* Quinetiam† ſi vltro munera offerantur adhuc iudici non licet accipere, vt *in l. per omnes. C. de ſtator. lib. 12. l. vlt. §. vt autem. C. de re milit. cod. lib.* gloſſ. Bart. & Decius *in l. inuitus. §. vltim. ff. de reg. iur.* quibus confert text. *in c. exigit, de cenſib. libr. 6.* vbi qui exigere aliquid non poteſt, nec ab

(margin numbers: 3 at "Non† enim poteſt iudex"; 4 at "neque† aliquid"; 5 at "Cæterum†"; 6 at "Quod† vtrique"; 7 at "Quinetiam†")

Q ſponte

ſponte ſoluente recipere poterit, gloſ. etiam *in l. vnic. in verb. accipientem. C. publica læt. Con-*
ſulum libr. 12. vbi gloſſ. cenſet pari pœna eum eſſe puniendum, qui accipit à ſponte offe-
rentibus, ac illum qui exigit, quam ibi notat Ioann. Platea, Bal. item per illum text. *in*
auth. ſed hodie. C. de Epiſc. & cler. Montal. *in repert. in verb. tabelliones*, Felin. *in cap. tua nos,*
prope finem, de homicid. Ripa *in tract. de peſte, in titul. de remedijs ad curandam peſtem, cap. 2. nu.*
113. Auileſ. *in cap. pretorum, verb. Ni lleuaran, num.* 3. Petr. Nunnius *de manda. exequ. cap. 2.*
num. 10. Ioann. Neuiz. *in ſua nuptiali ſylu. lib. 5. num. 97. verſ. amplia.* 4. Idem Auileſius *in*
cap. 8. pretorum, in verbo, Se lo quieran dar. Lapus *in alleg. 37. Stante conſtitutione.* Hippol. *in*
l. vnius. §. ſeruus nec ſi. num. 4. ff. de quæſt. Ex quibus facilè deduces, ex parte iudicis, ſi quid
vltra ſalarium taxataſque ſportulas quoquomodo acceperit, verſari turpitudinem,
nulla obſtante conſuetudine in contrarium, vt per Luc. de Penna traditur *in l. 1. C. de*
ſalgamo hoſp. non præſt. lib. 12. probat. latè Nunnius *de manda. exequ. cap. 2. num. 12. verſ. Sed*
cotidianum dubium. & latius Auileſ. *in cap. 8. pretorum, in verb. Coſtumbre*, ad quos lecto-
8 rem relego. Quocirca † id tantum ſupereſt examinemus, an ipſi liceat litigatori iuſtam
fouenti cauſam munera dare iudici, ad iuris videlicet ſui conſeruationem, breuioremq́ue
expeditionem? an autem verſetur ex parte eiuſdem aliqua turpitudo, ita quod dati
repetitionem impediat; Et certè hac in ſpecie (præmiſſo in primis vbicunque turpitu-
do verſatur vtriuſque dantis videlicet & accipientis, non poſſe datum condictione ob
turpem cauſam repeti: quoties autem ex parte recipientis tantum & non dantis, repeti
poſſe, vt *in l. 3. & 4. ff. de condict. ob turp. cauſ.*) dicerem ſic diſtinguendum: Aut enim mu-
nera iudici data ſunt palam teſtibus adhibitis, & non clam, horſum videlicet, vt ius
dantis ſeruetur illæſum, celeriuſq́ue cauſa expediatur, & hac in ſpecie nulla verſatur
turpitudo ex parte dantis: quippe cui impune vexationem ſuam (quoquomodo queat)
redimere liceat, authore Archid. *in c. qui recte. 11. q. 3.* Cui † aſſentitur Bal. *in c. vltim. ad fin.*
9 *num. 11. extra. de appell.* cum litigatorem admonet dicens: *Sis cautus, ſi iudex nolit tibi iuſti-*
tiam miniſtrare abſque ſimonia, vt ei offeras pecunias coram duobus teſtibus, & tabellione, ſi potes, a-
lioqui omnino abſtineas. Hæc ille. Cuius dictum refert & ſequitur Felin. *in cap. tua nos. num.*
5. de ſimon. Socinus *in ſuis regulis, in verbo, Baratatria, regula. 55. limit. 1.* Auguſtin. poſt An-
gel. *in tractat. maleficiorum in parte, falſario. num.* 20. quod extendit ad teſtem, Ioann.
Lup. *in allegatio. in materia hæreſis. §. 10. in fi.* Hippol. *in rub. de ſicarijs*, Felin. rurſus *in cap. di-*
lectus. 1. de ſim. vbi in temporalibus, ait, licere quoquomodo vexationem propriam redi-
mere, ſecus autem in ſpiritualibus, niſi in caſibus ibidem ab eo collectis, hoc tamen
quod de teſte diximus, latius explicat Couarr. qui omnino eſt videndus *in relectione re-*
gulæ pecca. 2. p. § 3. nu. 2. de reg. iur. lib. 6. Verum † enimuero haud impune quidem hoc li-
10 tigatori permittitur, vt iuris interpretibus videtur, varie id intelligentibus. Quando-
quidem ; iure antiquo Pandectarum , licet omnes ferè frequentius conueniant,
quod hac in ſpecie puniatur in amiſſione duntaxat cauſæ, minime autem interdicatur
condictio , ſeu repetitio pecuniæ iudici datæ , vt adſeuerat gloſſ. communiter re-
cepta, teſte Alex. *ibi num. 1. in l. 2. §. vltim. in verb. ſed ſi dedi, ad medium. ff. de condict. ob turp.*
cauſ. iure tamen moderniori authenticorum vtramque incurrere pœnam, & amiſſionis
cauſæ,

cauſæ vtque repetere pecuniam fas non ſit, aſſeuerant plures, Accurſius primum *in d. § vlt. in verb. ſed ſi de di. ad fi.* & poſt eum Bart. Alber. Paul. Caſtr. & Salic. *in l. vltim. n. 2. C. de pœna iud. male iud.* Lud. Rom. *in ſingulari.* 331. vbi ob id, inquit, repetere non poſſe, quia parti aduerſæ applicatur, vt ſcribit Vlp. *in l. 3. §. illud ff. calumn. in hæc verba.* ſed ei dabitur repetitio propter quem datum eſt vt calumnia ei fiat eandem ſententiã ex eo textu impendit Nicol. Boer. *deciſione.* 153. *n.* 23. qui ſubdit, aut forte fiſco applicabitur, vt *in l. Lucius. in fin ff. de iur. fiſci.* circa cuius dicti veritatem, an ſcilicet parti aduerſæ an fiſco pœna quæratur, infra latius congruentiusque examinabimus. Fulcitur hæc opinio Accurſij, & ſequacium ex text. *in auth. vt ligant. iurent.* 1. *reſponſo in ſui generalitate.* Oppoſitũ tamen, imo quod poſſit repetere datum, licet cauſam amittat principalem, aſſerit glo. ibique Archidi. *in c. vltim in verbo ille.* 14. *q.* 5. ex ſententia Auguſtini *in d. c. vl. l.* cuius hæc ſunt verba: Ille *tamen ſolet male ſibi ablatam pecuniam repetere, qui iuſtum iudicium emit: quoniam venale eſſe nõ debuit.* Quorum ſententiam eadem innixi authoritate ſequuntur alij doctiſſimi, & non contẽnendæ authoritatis viri, Chriſtophorus, videlicet de Caſtelliono, Fulg. Alex. & Iaſon *in d. l. in fin. ff. de condict ob turp. cauſ.* Bal. quoque *in d. c. vlt. ad fin. de appellat.* Hyppol. *ſingul.* 190. Quibus non oberit tex. *in auth. vt litigan. iur.* 1. *reſponſo,* tum quia illud minime probat, tum etiam quod ex eius generalitate id argui non poteſt: quandoquidem lex noua generalis, & in vniuerſum diſponens, reſtringi debeat per leges antiquas in ſpecie loquentes, vt *in l. ſed et poſteriores. ff. de leg. gl.* & ſcribentes *in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog.* Quã ſane antinomiam tantorumque patrum diuerſitatem ita crederẽ concordari intelligique poſſe. Quandoque enim offerens iudici munera exprimit ſe dare ei pecuniam, vel quid aliud, vt ſibi iuſtitiam miniſtret, neue iniuriam faciat, aut vt celerius cauſam expediat, & hac in ſpecie procedet vltima opinio, quod poſſit repetere: nulla ſiquidem turpitudo eius ex parte verſatur, ſed iudicis dumtaxat id recipientis, vtpote qui violat iusiurandum, quod ante ingreſſum officij præſtitit, capiendo munera ob iuſtam officij adminiſtrationem, quam gratis facere tenebatur iuxta exigentiam muneriſque ſibi gratis cõmiſſi naturam. Quare cõſtat iudicem teneri ad reſtituendum ea quæ accepit ipſi dãti abſque crimine corruptionis; vt iuſtitiã miniſtret, quod cõfirmat authoritas Auguſtini *in epiſtola* 54. *ad Macedonium*, à Gratiano relati *in cap. non ſane.* 14. *q.* 5. tenent in ſpecie Siluestri, *in verb. reſtit.* 2. §. 1. *& reſtit.* 4. §. 1. qui conſtituit regulam hãc in controuerſia certiſſimã, qua definiuntur, datũ ob cauſam neceſſariam, ad quã tenetur recipiens neceſſitate præcepti, quod ad iuſtitiam pertinet, eſt omnino reſtituendũ & quidem danti niſi & is propter aliquam admiſtam dationi turpitudinẽ lege humana iure repetẽdi priuetur, cui ſuffragatur Adr. *in* 4. *ſentent: tract. de reſtitut. c. reſtat inquirere.* Ioan. à Medina *de reſtit. q.* 25. *col.* 10. Caiet. 2. 2. *q.* 32. *art.* 7. Ex parte vero iudicis iniquiſſimũ eſt hoc cõmutationis genus. *c. cũ ad omni. de vita & honeſt. cler.* Nã & Cic. *lib.* 1. *de leg.* inquit, iniuſtiſſimũ eſt iuſtitiæ mercedẽ quærere. Qui mercede bonus vir eſt mercede erit malus, cũ iuſtitia debet eſſe gratuita. Iuſt⁹ n. nõ eſt, q̃ iuſte agit nõ ob ipsã virtutẽ, ſed ob aliã cãm: vt tradit Ariſt. *li.* 6. *Eth. c.* 12. *tex. c.* 1. *de re iud. li.* 6. Quandoque aũt litigator pecuniã aliudue munus iudicij præſtãs tacuit, aut ideo dare p̃dixit, vt ei⁹ iudicaret causã in eiusq; fauorẽ pronũciaret, vt q̃ iuſtã foueret cãm, nec addidit ſi iuris eſſet, tũc p̃culdubio repetere nõ poterit.

Crimen enim grauiſſimum contraxit iudicem corrumpere volens, animum eius ad cupiditatem prouocans fraudulenter, corrumpit etenim fortaſſe iudicem, qui ſecundum conſcientiam, & proprij iudicij dictamen contrarium alioqui foret pronunciaturus, & hac in ſpecie locus eſt priori ſententiæ Accurſij, Bar. & ſequacium *in d.l.2.§.vlt.ff.de cõdict. ob turp.cauſ.* vt locus non ſit repetitioni. Et hanc præſagiens concordiã Imperator Adelfonſus *in tertio Partitarum libro Regni huius*, legẽ condidit prçmiſſam cõtinentẽ diſtinctionem, *ſub tit.22.de iudic.l.vlt.* cui concinit tex. *in l.52.tit.14.de ſolut.part.5.* quam ita intelligit
11 Greg.Lup. *ibi in glo. vlt.* Adhuc † tñ non reſidet animus, dubito ſiquidẽ, ſtante iure communi Imperatorum, vel ſaltẽ Regio, qñ præbens iudici munus cauſam iuſtã fouens, expreſſit ſe dare, vt celerius cauſam expediret, neue ius ſuũ iniquè auferret, causáue amittat? prout DD. ſupra citati indiſcriminatim adſueuerant? REL. Hac in ſpecie dicerẽ, modo meã admiſeris ſententiam, cauſam non amittere, iure cõmuni nec Regio. Et primũ quia nullo iure cauetur quod amittat. Lex ſiquidẽ 2.*§.vlt.ff. de cõdict. ob turp. cauſ.* loquitur, ſi recte cõſideres, quoties eo pacto pecuniam obtulit, vt ſecundũ ſe pronunciaret: quo caſu crimen committere dicitur, vt ibi ſcribitur, his verbis: *Sed & ſi dedi, vt ſecundum me in bona cauſa iudex pronunciaret,* &c. Atque ideo nimirum ſi litem perdat, quam ſimoniace voluit vincere, vt ibi dixit gloſſ. Enimuero quamuis eo caſu repetere poterat data eodẽ Digeſtorum iure: Regio tñ, per dictam *l.vlt.tit.22.part.3.* non poteſt repetere, ſiquidem turpitudo verſatur ex parte eius qui dedit, quare datum fiſco acquiritur, vt ibi inquit textus clarius, in quo facile corrigitur præcitatus, *§.ſed & ſi dedi.* Præterea minimè oberunt huic ſentẽtiæ aliæ leges ſupra citatæ, vt quæ generaliter loquuntur, quoties quis munera præbet iudici: qua in ſpecie animo corrumpendi dediſſet præſumitur, vt infra dicetur. Id quod apparet clarius ex titulis, ſub quibus præcitatæ leges, quæ contrariam ſententiam fulcire videntur, ſituantur: videlicet *ad legem Iuli.repetund. & de pœna iud.qui malè iudic. atque de calumniat.* Rurſus quia leges pœnales non ſunt extendendæ ad aliam ſpeciẽ, quam in eis contentã, maxime, quando non eſt eadem ratio, vt *in l.vlt. C.de interdicto matr.* Imola *in l.ſi vero.§.de viro,n.24. & ſeq.ff.ſolut. matr.* Decius *in reg.d.factum cuique.§.in pœnalibus,n.11. & ſequ.ff.de regul.iur.* vbi etiam inquit, pœnam, niſi ſtatuta ſit, non habere locum per legẽ *& ſi quis.§.diuus.ff.de relig.* Bald. *in l.3.n.1.C.de ſacroſ.Eccl.* Atqui in ſpecie à te propoſita conſtat animũ non habuiſſe corrũpendi iudicẽ, ſed ad redimendam vexationẽ dediſſe potius, vt inquit Bal. *in d.c.vlt.de app.* & ex verbis *d.l.vlt.tit.22.part.3.* clarius expenditur. Nec ſi dixeris Doctores cõtrarium innuere *in d.§.ſed & ſi dedi,* animũ meum ab hac auertes ſentẽtia, quandoquidẽ ea in ſpecie Doctores loqui intelligũtur, de qua agit p̃fatus *§.ſed & ſi dedi,* quo caſu turpitudo verſatur ſaltim p̃ſumpta ex parte dãtis, ſecus vero eſt in caſu ꝓpoſito. Id ꝙ potiſſimũ procedit iure noſtro ꝑ legẽ partitæ, de qua paulo ante agebamus, qua cauſæ amiſſionis pœna non imponitur. Demum poſtquam hæc ſcripſeram legi Didac. à Leuia eandem ſententiam fouentem nullo ex ſupra traditis nixum fundamento, ſed ſua tantum, quæ certe ſufficit, authoritate idipſum aſſerentem *in 2. parte relectionis.regulæ peccatum.§.3.n.1.de reg.iur. in 6.* Perge modo, quæſtionemque tuam ple-
12 nius explicato. ADV. Libenter ſententiam tuam admitto. Illud † tamen interim præter eundem non cenſeo, quando de cauſa agimus amittenda, an ipſo iure amittatur an per

ſenten

ſententiam? Et certe, ſi Bartolo Iuriſconſultorum facile Principi credimus, *in l.1.§.pen.*
n.3.ff. de calumniat. ſententia opus eſt, vt eam incurrat pœnam litigator qui munera iu-
duci præbuit, per tex. ſingul. *in l. eius delatorem. ff. de iure fiſci*, quibus non parum confert
l.1.C. de pœna ind. qui male iudic. ibi, litem pendere debet. non ait, *lis perdere ſit.* Quo, nimirum
fit, vt ipſemet Bart. aduertit. *ibidem n.4.* quod ſi corrumpens decedat ante ſententiã, non
luet pœnam eius hęres, quippe cum ad eum pœna minime tranſeat, vt *in d.l. eius qui dela-*
torem. Quin etiam iure Regio idem videtur dicendum, *per legem 25. tit. 22. part. ibi: Y ſobre*
todo deue perder el derecho que auia en el pleyto, aquei eſto hizieſſe, Et *l. 52. titulo. 14. De las pagas,*
part. 5. ibi: *Y aquel que lo dio. maguer ouieſſe derecho en aquello que demanda, deuelo perder prende*,
Non dicunt leges illæ, quod ſit lis perdita, ergo non ipſo iure committitur pœna, ſed
per ſententiam, iuxta doctrinam Bal. *in d.§.pen.* Quibus, iudicio meo, non oberit tex. *in*
l.30. tit.15. lib.2. ordin. vbi pœnam a iudici corrupto impoſitam incurrit iudex ipſo iure, ita
quod in foro animæ teneatur ad pœnam abſque aliqua condemnationeqz, antumuis
crimen ſit oculrum: ex quo idem eſſe dicendum in corrumpente quibuſdam videbitur,
vtpote qui in huiuſmodi pœnis parificentur, vt *in l. vlt. C. ad l. Iul. repetun.* Reſpondetur
etenim, quod lex præcitata cum ſit legum antiquarum partitę correctoria non extendi-
tur vltra ſpeciẽ in ea contentã. Maxime quod nõ per omnia ęquiparentur: minori quip-
pe ſemper pœna corrumpens punitur, quam corruptus, vt ex legibus præcitatis, tum iu-
ris cõmunis Imperatorum, tum etiam Regij videre licet, & infra latius. Nec † rurſus o- 13
berit, quod acutiſſimi ingenij Thom. Gram. Naapolitani Conſiſtorij Regius Conſili-
arius obiter dixit *conſ.35. In cauſa magnif. Antonij n.13. & 14.* vbi aſſeruit quod corrumpens
iudicem. & ipſe iudex ſunt correlatiua, ita quod in vno diſpoſitum, & in alio dictum cẽ-
ſeatur etiam quoad pœnam: iuxta † communem Iuriſperitorum interpretationem, 14
frequentius adſeuerant, in correlatiuis † fieri extenſiorem etiam reſpectu pœnæ, Bar. &
cæteri ſcribentes *in l. vltim. C. de indict. vid. toll.* vbi Iaſ. optime explicat. 3. *col. verſ: Secundo*
principalis concluſio. Abb. etiam Panor. qui hanc aſſerit communem eſſe ſententiã, *in cap.*
quia clerici. col. fi. extra de iure patr. Nam huic argumento facile ſatisfit ex ſupra traditis, &
quia tunc in correlatiuis fit extenſio in pœnalibus reſpectu pœnæ quando viget eadem
ratio in vtroque, vt ibidem atteſtantur D D. ſupra citati. Imo & ſtante eadem ratione,
dubita Iaſon de veritate huius opinionis, eo quod ipſemet Abbas aſſeruit contrarium
in c.1. vlt. col. extra de locato. verſ. Secundo ex gloſſ. collige. ea ratione, nempe quia licet diſpoſi-
tio pœnalis extendatur, quando eſt eadem ratio in correlatiuis, non tamen æquum eſt
extendi pœnam, vt ſingulariter dixiſſe refert Ioann. Andr. *in cap. diſpendia. de reſcrip. lib.6.*
n.8. Pœna ſiquidem non excedit caſum proprium. *c. pœna. de pœnit. diſt.1.* Atqui licet hoc
vltimum alicui diſplicuerit eſt tamen probabilius: verum quod primo dixeram, nemo
non probabit Nam quoties in vtroque non adeſt eadem ratio, ſed diuerſa, nemo vnquã
dubitauit, quin extenſio non fiat, vt conſtat ex notatis *in c. ſuper eo de vſur.* vbi pœna im-
poſita danti ad vſuras, non cenſetur impoſita accipienti, cum non ſit eadem ratio in
vtroque, & ex alijs pluribus in ſimili per Iaſ. adoratis *in dict. vlt. verſ. Tertia. concluſio* Bar.
C. de indi. vid. tollen. & per Car. Ruin. *in conſ.174. n.9. libr.1.* Cæterum † in ſpecie propoſi- 15
ta non ſubeſt eadem ratio in dante, quæ in accipiente: grauius quippe delinquit iudex,

quam litigator, tum ratione dignitatis & muneris ſibi gratis commiſſi, vt *in l. quadam delicta, & ibi Bar. & Alb. ff. de pœn.* cum concor. traditis per Tiraqu. *de nobilit. cap. 20. n. 112. & duobus ſequentibus.* tum etiam ratione periurij quod incurrit munera recipiendo. Quo fit, vt facilius parcatur danti, quippe qui ſponte denuncians, & ſe deferens, probansque quod iudici dedit, veniam culpæ meretur, neque aliquam proinde ſubit pœnam, *authẽt. nouo iure, de pœna iud. qui male auth. vt litig. iur. § ſiquis autem. collat. 9. l. 8. tit. 15. lib. 2. ord.*

CAPVT XXV.

LITIGATORI AN LICEAT MVNERA PECVNIAMVE dare iudici, vt eum corrumpat, & an ipſi accipere, plene examinat.

SVMMARIA.

1 *Iudicem corrumpere muneribus non licet, nec ipſi accipere.*

2 *Iudex an poſſit aliquid poſt ſententiam à litigantibus capere?*

3 *Quid in medico?*

4 *Quid in mutuum recipiente?*

5 *Quid in notario.*

6 *Iudex finito officio, an poſſit ab antea ſibi ſubditis quicquam accipere.*

7 *Cauſa prohibitionis ceſſante, ceſſat prohibitio.*

8 *Iudex an cautionem indemnitatis à litigatore exigere poſſit.*

9 *Simonia committitur in corrumpente iudicem in cauſa ſpirituali.*

10 *Quod ex perſona mea conſequi non poſſum, nec itidem ex perſona alterius.*

11 *Pœnitentia an excuſet iudicem pecunia corruptum à pœna.*

1 SEcunda concluſio. Litigatori † non licet pecuniã, aut aliquod aliud munus dare, vel promittere iudici ad eum corrumpendum, vt ſecundum ſe iuſte vel iniuſte ferat ſententiam: nec iudici quocunq; titulo, aut quouis quæſito colore per ſe, vel interpoſitam perſonã accipere ſub pœnis infra explicandis, vt *in l. 3. ff. de condict. ob turp. cauſ. l. 1. C. de pœna iud. qui mal. iud. l. 25. tit. 22. par. 3. l. 52. tit. 14. par. 5. cum plurib. aliis.* Et certe iſthæc concluſio procedit, pœnaq; huiuſce criminis locum obtinet, non modo ſi iudex capiat vt iudicet, verum etiam ſi quid ad eius munus pertinens faciat vel non faciat, vt *in l. 3. cum l. ſeq. & l. lex Iulia, in fin. principij. ff. ad l. Iul. repetun. & l. 1. ff. de calumn.*

II. Pariter crimen contrahit iudex qui accepit, vt faceret, licet non fecerit, quiue accepit ne faceret, & fecit. *l. generaliter. § 1. ff. de calumn.*

III. Incurrit, ſi debitum ei fuerit relaxatum: accepiſſe enim videtur. *l. 2. ff. de calumn.*

IV. Si fuerit aliquid iudici commodatũ, ſiue pecunia mutuetur, vt *in d. l. 2. ibi. Idemq́; ſi gratuito pecunia vtenda data ſit, ſiue alia res. l. quiſquis, vbi expreſſe Bald. C. ſi cert. pet.* rurſus idem Bald. *in l. 1. per illum text. C. de calumn.* Thomas Gramm. *conſ. 35. n. 8.*

V. Si minoris locata venditaue res ſit. *d. l. 2. ff. de calumn.*

VI. Prædicta ſibi locum vendicant, etiam ſi pecunia promittatur. *l. & generaliter. § 1. verſ. hoc edict. ff. de calũn. auth. ſed nouo iur. C. de pœna iud. qui male iud. & in corpore vnde ſumitur. l. 25. tit. 22. par. 3. & in c. 1. correctorũ,* vbi late Auileſiꝰ *in verb. promeſſa.* Paris de Puteo *de ſyndicatu, in verb. corrupt. n. 21.* Sal. *in l. qui explicãdi, n. 1. & 2. C. de accuſ.* & Phil. Frãc. *in c. 1. de teſtib. li. 6.*

VII. Ex

VII. Et generalius hæc procedũt, ſiue aliquid pro pecunia acceperit, ſiue quid omnino compendij ſenſerit propter hoc *l. 1. §. vlt. & l. 3. in princ. ff. de calumn.* Non enim refert, qua ex cauſa improbitas vel corruptio iudicis detegatur, in delictis enim non attenditur modus, ſed effectus *l. 1. § occiſores. ff. ad Sillan.* & nuncupatim id continet text. *in l. iubemus. C. ad l. Iul. repetund.* per quem id atteſtatur Iacob. de Belloviſ. *in auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. § ſi quis autem. coll. 2.*

VIII. Prædicta concluſio ſortitur effectum, ſiue ſportularum nomine vltra iure permiſſas quid acceperit: vt *ſupra cap. præcedent. n. 4. & ſeq.* dictum eſt, & fuſe traditur per Petr. Nunnium, *de mand. exequend. c. 2. n. 13. & deinceps.*

IX. Pœnam † huius criminis non euitabit, ſi quid acceperit etiam poſt ſententiam. 2
Quod proculdubio procedit, ſi conſtiterit pactum, aut promiſſum fuiſſe ante ſententiam, quandoquidem ſola ſufficeret promiſſio, vt *ſupra extenſione 6.* Cæterum ſi de promiſſione præcedente non conſtat magis hæſitari poteſt. Sed hac in ſpecie conſuluit Pet. de Anchar. *conſ. 271. de titulis criminum n. 4.* valere iudicium, neque contraxiſſe quidem repetundarum crimen, aut vt vulgo dicitur, Baratariæ, cui ſententiæ ſubſcripſit Felin. *in c. tua nos. in fin. verſ. Secundo limit. de ſim.* Hippol. *in ſingulari 109. iudices, & cætera.* idem aſſeruit Gemini. *in cap. ſtatutum. § inſuper de reſcript. lib. 6.* Franc. Ripa *in tract. de peſte, vltima parte de remedijs ad curandam peſtem. §. medicorum 117.* Perinde † atque medicus, qui ſtipendium 3
habet publicum ea ſub conditione, ne quid ab ægrotis recipiat, poteſt poſt reſtitutam ſanitatem ab infirmo iam reſtituto ſponte oblata ſuſcipere, vt ibidem Ripa atteſtatur *num. 114.* Argumento † eius quod Bernardus aſſeuerat *in c. conſuluit. de vſur.* nempe quod 4
mutuans poſt quam ſibi reddita eſt pecunia mutuata, licite recipit quod ſibi ſponte fuerit oblatum, ſicut † notarius Epiſcopi, qui nihil debet exigere pro inſtrumentis ordinũ 5
collatorum, *c. 1. de ſimon.* poteſt nihilominus poſt confecta inſtrumenta ſponte oblata ab his qui ordines ſuſceperunt accipere, quia non ex ambientis petitione proceſſit oblatio, *cap. ſicut Epiſcopum. 1. q. 2.* Verum hac in ſpecie concludendum reor, vt etiam ſi capiat munera poſt ſententiam, poſſit præſumi fraus ex qualitatibus & circumſtantijs, quod iudicis arbitrio perpendetur, ex ſententia Ioan. Neuizani *in ſylua nuptiali libr. 5. n. 97. verſ. amplia Sexto.* poſt Laudenſem *in tract. de offic. dominorum.* ibi per eum citatum. Sed † an finito 6
officio prætoris liceat aliquid accipere, nulla præcedente promiſſione? & certe dicerem licere, vt *in c. 1. corr. ibi, Durante ſu officio,* ergo à contrario ſenſu, eo finito accipere poterit impune: quod ex eo text. colligunt ibi Petrus Nunnius *de mand. exequend. c. 2. num. 6. verſ. Secundo limit.* & Auileſius in verbo, *Durante ſu oficio.* Et ita iure communi procedere adſerit Ioan. de Platea *in l. Archiatri. de profeſſ. & med. libr. 10.* Domin. *in cap. ſtatutum. §. inſuper. col. 2. de reſcr. libr. 6.* Cauſa † ſiquidem prohibitionis ceſſante ceſſat prohibitio, *l. 1. & ibi* 7
Bald. ſi rector prouinc. c. & ſi Chriſtus. & ibi Bal. *col. 2. verſ. dicit gloſſ. quod ceſſante.* & Anton. *primo not. de iureiurand. cap. non debet. verſ. cum ergo prohibitiones. de conſang. & affin. & §. his omnibus. & cap. neophitus, quod conſeſtim ſequitur, & ibi gloſſ. in verbo cauſa.* Arch. Domin. Cardin. Alexand. *61. diſtinct. & cap. in literis. 7. q. 2.* ex quo Bald. *conſil. 54. ſtatuto cauetur. in fin. libro 2.* dicit ea vſque adeo procedere, vt propter ceſſationem cauſæ prohibitionis videatur induci diſpenſatio, per text. quem dicit notabilem *in d. §. his omnibus. & cap. ſequent.* bene etiam

etiam facit quod ſcribit gloſſ. *in c. quia ſancta.* §. *verum. in verb. deſtruxit. 63. diſt.* Tiraq. *in libr. qui inſcribitur, cauſa ceſſante part. 1. n. 215. & ſeq.* Quod ſi ſtatim finito munere contraxerit, ex iudicis coniectura pendet, qui cognoſcat an eo caſu ratio prohibitionis ceſſet, vt dicam *infra c. 27. n. 5.*

8 X. Prædicta concluſio obtinet, etiam ſi † indemnitas iudici promittatur, quia animo corrumpendi promiſſa præſumitur. Bald. *in c. cum ab omni. de vita & honeſt. cler.* idem Bald. & Iaſon *in l. 2.* §. *ſed & ſi dedi. ff. de condict. ob turp. cauſ.* licet contrarium aſſeruerit Bart. *in l. ſi quis vxori.* §. *ſi fugitiuum. vbi etiam Ang. ex eodem text. ff. de furt.* Bald. ſibi more ſuo parum conſtans, *in l. 1. per text. ibi. ff. de magiſt. conu.* Salic. *in l. 1. num. 5. C. de pœna iud. qui male iudic.* id quod idem ipſe Bart. relinquit cogitandum *in auth. nouo iure. C. de pœna iud. qui ma. iud.* Iure tamen Regio prohibitum eſt iudicibus Curiæ, foríque, ſeu Cancellariæ Regiæ cautionem indemnitatis quoquo modo accipere, vt *in l. 40.* §. 58. in Regijs pragmat. quare nimirum alijs extra curiam iudicibus permittere videtur, *arg. l. cum prætor. cum ſimilib. ff. de iudic.* quod vtique perſuaderi poteſt, ex eo, quod text. ibi, iudici huiuſmodi cautionem recipienti pœnam non iudicis corrupti ſtatuit, ſed longe minorem centum videlicet regalium numerum.

XI. Extenditur ad dantes recipienteſve munera, eſculenta videlicet & poculenta in quacunque etiam minima quantitate, nam ſi ex pacto dentur, vt ſecundum ſe ſententia feratur, capi nullatenus permittuntur, vt concludit Petr. Nunnius *de mand. exequ. c. 2. n. 3.* de quo ſtatim plurima adnotabimus.

9 XII. Aſſertio † de qua agimus, ſibi locum vendicat in foro Eccleſiaſtico in cauſis ſpiritualibus, vt ſacerdotiorum, & ſimilibus, in quibus ſimonia contrahitur per iudicem accipientem & litigatorem munera præbentem ipſi iudici in cauſa beneficiaria, aut alia ſpirituali, vt in ea obtineat, qui dedit, aut promiſit: habet ſiquidem connexitatem maximam ſpiritualis cauſa & ſacerdotium, vt gloſſ. ſingul. aduertit *in cap. vendentes. 1. q. 3.* quam Panormit. extollit *in c. cum ab omni. de vita & honeſt. cler.* & in ſacerdotijs nuncupatim id aſſerunt Hoſtienſ. *in cap. tua nos, de ſim.* quem cæteri ſequuntur teſte Felin. *ibidem n. 4.* Ioann. de Selua *in tractat. de benefic. char.* 34. Bliuia aurea *cap. 2. de acceptione munerum, cap. 17.*

XIII. Procedit etiam ſi per interpoſitam perſonam quis dederit, vel acceperit. *l. ſi quis ab alio. ff. de calumniat. & in c. 1. correct.* quippe qui per alium facit per ſe ipſum facere videatur, vt *in l. Aretuſa. ff. de ſtatu hom.* & ibi gloſſ. *& in l. vlt. ff. de condit. iuſtit. & cap. accedens. de præb. & in l. veteris. C. de contrah. & committ. ſtipul. l. 1.* §. *defeciſſe. ff. de vi & vi arm. l. ad ſimilitudinem. C. de Epiſc. & cler.* Item † quia non poteſt quis ex perſona alterius conſequi quod ex

10 perſona ſua conſequi non poſſet, vt *in l. hac ratio.* §. *videmus. in fin. ff. de don. inter vir. & vxor.* quod fuſe examinat Iaſon *in l. ſi emancipati. col. 2. n. 5. C. de coll.*

XIV. Pœna locum habet contra hæredem in eo quod ad eum peruenit. *l. in hæredem. ff. de calumn.* intra annum, duntaxat à die mortis eius qui arguebatur. *l. 2. ff. ad l. Iulian. repet.*

11 XV. Iudex † punietur, etiam ſi pœnituerit, & quod accepit, reſtituat ante ſententiæ prolationem, ſed non ita grauiter prout alias, iuxta doctrinam Bald. *in l. generaliter.* §. *ſi igitur.*

igitur.ff.de calumn. Lud.Rom. *in ſingul.*328. Par.à Puteo *de ſyndicatu, in verbo, baratariæ,n.*16. *fol.* 26. *& in verb. corruptio,n.*26.*char.*38. Alberic.*in d.l.& generaliter.* §.*ſi igitur,quam legit,ſub l. quin etiam, ad fin.ff. de calumniat.*qui reſpondet ad *l.qui falſam.ff.de falſ.*dicens, vnum tãtum crimen ibi committi,hic vero duo, pactum videlicet, & executio pacti,quapropter vnũ non excuſatur ex defectu alterius, vt *d.*§.*ſi igitur*, vbi iudex pœnam non euadit,ſiue faciat, quod pactus eſt ſiue non faciat. Lud. tamen Bologn. ibi in primis interpretationibus definit contrarium, imo quod ſi reſtituat iudex pecuniam,quam receperat pro ſententia ad commodum dantis ferenda non tenetur. Atque idem forſitan dici poſſet, ſi hoc concedimus, quoties iudex pecuniam non accepit, ſed ſolum depactus eſt, id eſt, turpiter pactus, quod per pœnitentiam euitet pœnam,per *l. qui falſam.ff.de falſ.& dict. authen. nouo iure, in princ.* Hoc idem atteſtatur Nicol. Boer. *in deciſ.*153.cum hoc ſaltem moderamine, nempe, quod pœnitentia ductus cum peritorum conſilio recte tulerit ſententiam, forte contra dantem, & illa lata pecuniam reſtituerit,atque ita procedere aſſerit opinionem Bolognini,quam tanquam humaniorem amplectendam eſſe arbitratur, iuxta regulam *in pœnis. de reg. in* 6. Sed verior, quod pace eius dixerim, mihi videtur opinio præcedens,quando præceſſit turpis pactio,quæ non debet impunita manere, vtpote per eam fuerit iam crimen conſummatum. Quamuis nihilominus concedendum ſit leuiorem pœnam iudici infligendam eſſe,arbitrio iudicis moderatum. Vbi autem nulla præceſſerit pactio,nec promiſſio, ſed ſimplex pecuniæ aut alterius rei traditio,obtinebit forte Boerij conſideratio, cui non obſtabit, *d.* §.*ſi igitur*, quia ibi præceſſit pactio,nec ſequuta eſt reſtitutio eius quod acceperat, ſed tantum abſtinuit ſe ab eo quod promiſerat, & ita non veram egerat pœnitentiam, quippe qui ablata nondum reſtituerat, iuxta regul.iuris, *non dimittitur*, &c.

CAPVT XXVI.

MVNERA DARE IVDICI NVLLO ADIECTO PActo, an liceat, & an ipſi accipere, diſcutit.

SVMMARIA.

1 *Munera dare iudici an liceat nullo præcedente pacto, & an ipſi accipere?*
2 *Notarij ſunt proxenetæ extorſionum.*
3 *Pœnæ ſuos ſequuntur auctores.*
4 *Factum eſſe cenſetur quod protinus faciendum eſt.*

TERTIA concluſio. Litigator † dare aut promittere non poteſt pecuniam, aliudue munus, aut xenium, neque eſculentũ, aut poculẽtum, etiamſi ob aliquam ſe ei dare aut promittere non expreſſerit cauſam. Præſumit lex animo eum corrumpendi dediſſe. Multoque minus ea licebit iudici accipere per ſe, vel interpoſitam perſonã, etiam ſi nulla adiecta cõditione recipiat, vt *in l.*1.*ff.ad l.Iul. repetun.auth.vt litig.iur.*§.*ſi quis autem ex litigatoribus,coll.*9.& de iure Regni eſt text.*in l.vlt.tit.*22.*part.*3.*& in l.*7.*tit.*15.*li.*2.*ord.& in pragm.* 55.*correctorum,c.*1. ratio huius adſertionis eſt, quia præſumitur, vt dixi, iudicis corrũpendi cauſa datum, vt inquit Anton.& & Felin. *in cap. dilectus,ad fin. extra de ſim.* Paris à Puteo de 1

 ſyndicat.

ſyndicat. in verb. corruptio. n.28. & in d.l. vlt. part. caſus videtur eſſe expreſſus. Hoc tamen ex iudicis coniectura pendere probabilius eſt, quia animum dantis, aut promittentis ex qualitate perſonarum, nec non ex quãtitate munerum, & alijs perpendere colligereque poterit, vt ex lege Regia expenditur, quæ eſt *in ordinat. regiis lib.2. tit.15. l.7. & 8.* Cæterum & hæc extenditur ad tertio, & ampliatur decem modis ſupra in 2. concluſione numeratis, à tertia vſque ad 13. extenſionem incluſiue, quę quidem omnes, & huic tertię concluſioni congrue adaptari poſſunt.

XI. Pariter procedit, etiam ſi officiarij iudicum aliquid acceperint vel extorſerint, vt notarij, miniſtri, domeſtici, ſeu manipularij, vt *in l.1. C. ad l. Iul. rep.* Quin etiã iure Regio correctores ipſi tenẽtur luere pœnam officialium in hoc excedentium, vt *in ca.1. correctør.* cauetur, quamuis dicant id ignoraſſe. Sed id ſane intelligerem ipſe in ſubſidium,
2 notario non exiſtente ſoluendo, alias ipſe tenebitur. Sunt † enim notarij vtplurimum proxenetæ quodammodo & lenones extorſionum & barateriarum (quod aiunt) quas iudices contrahunt. Imo plerunque iudices ipſi petere non audent, at ſecretarius, qui eſt oculus iudicis, petere non veretur, alterutramque partium minari, quod in cauſa luccũbet, vtpote ambigua valde, in iudicis ue arbitrio conſiſtente: quodq; aduerſarius certum quid dare volebat: deinde eadẽ fere repetit aduerſario, vt iam arbitrium iudicis procax plus offerenti offerat: vtq; ſit certus, licet iuſtum iudex proferat iudicium à victore, quiſquis ille fuerit, xenia habiturum, conſcientiæ ſuæ conſulens, eamque iuſte facere falſo perſuadens, quod magni emerit officium, vt ſcribitur *in ſumm. Angelica, in verbo, proxenetae & rurſus in verbo leno:* refert Ioann. Neuiz. *in ſua nuptialis ſylua li.5. n.99. verſ. amplia.* 8. Cuius ratio reddi poteſt, nam iniquum eſſet notarium aliumue officialem delinquentem impunitũ manere, ex doloq; ſuo commodũ reportare, vtq; iactura aliena locupletaretur cõtra iuris ciuilis & naturalis regulas *l. non debet. ff. de dolo. l. non fraudãtur. §. nemo. ff. de reg. iur. l. nã & hoc natura. ff. de cond. indeb. l. iure natura. ff. de reg. iur. l. ſi pupilli, in princ. ff. de neg. geſt. cũ aliis.* Reſpublica quippe læderetur, ſi huiuſmodi delictũ impunitũ maneret. *l. ita vulneratus, in*
3 *fin. ff. ad l. Aquil. l. ſi longius. §.1. ff. de iud.* Præterea † pœnæ ſuos ſequi debent auctores. *l. ſancimus. C. de pœn. Sancimus,* inquit, tex. *ibi eſſe pœnã, vbi & noxia eſt.* Id quod Alciatus non inelegãter explicuit in quodam emblemate *ſub tit. Alius peccat, & alius plectitur:* his carminibus:

Arripit vt lapidem catulus morſuque fatigat,
Nec percuſſori mutua damna facit:
Sic plerumque ſinunt veros elabier hoſteis,
Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.

Notarius etenim proijciens lapidem, erat qui percuſſit, non lapis ex ſui virtute, *l. item mella, in princ. ff. ad l. Aquil.* Bart. *in l. ſi quis. §. procur. n.1. ff. quod quiſq; iur. & in l. ſed ſi vnius. §. ſeruus meus. ff. de iniur.* Quocirca concedendum eſt dubio procul caput primum correctorũ pœnam ſeptupli ſtatuens iudici, eius, quod vltra ſportulas iure taxatas notarius exegerit, ſeu verius rapuerit, procedere in ſubſidium, eo non exiſtente ſoluendo. Ex præmiſſis etenim facile legiſlatoris mens declaratur, ad terrorẽ potius id ſtatuiſſe. Et ſi quis dixerit iniquum eſſe admodum iudicem puniri ob delictum per notarium commiſſum, etiam eo non exiſtẽte ſoluendo, cũ pœna, vt ſupra diximus, ſuos ſequi debeat auctores: reſpõ-

dcri

deri poterit, quod crimini conſentiens pari pœna conſtringitur cum principali, vt *in cap. notum. 2. q. 1. & cap. facientes. 86. diſt. l. non ſolum. in princ. & §. ſi mandato. & §. Proculus. ff. de iniur. § non ſolum. Inſt. eo. l. 10. tit. 9. p. 7. cum alijs.* ſed quod correctot hac in ſpecie conſentire videatur, probat optime gloſſ. vlt. *in d. c. notum.* nam conſentire videtur, qui non corrigit quos tenebatur ex officio corrigere, vt *in c. 1. 83. diſt. & in cap. interiorum. 86. diſtinct.* atque eo ipſo quod prælatus tacet conſentire videtur. *c. ſi rector. 44. diſt.* & punitur ac ſi feciſſet. *c. quid enim prodeſt. 83. diſt.* Card. *in Clem. 1. de vita & honeſt. cler. q. 11.*

XII. Prædicta concluſio procedit, non modo in litigante, ſed & in proxime litigaturo, vt expreſſe ſtatuitur *in præcitato c. 1. correct. & in pragm. Regijs. l. 40. Cancellariæ. c. 20.* additque ne ab eo capere poſſit, qui in anno ſui muneris litem geſſerat coram eo: durat ſiquidem adhuc corruptionis præſumptio. Ratio † huius extenſionis eſt, quoniam quod 4
de proximo futurum eſt, id vtique pro iam facto habetur, text, eſt *in l. penult. ff. de milit. teſt.* vbi gloſſ. Bart. & alij ex ea lege expendũt, pro cincto haberi, qui proxime cingendus eſt, & ideo Bald. ita ſummat illum text. propinqua potentia actui habetur pro actu. In *eam* quoque rem eſt optimus text. *in l. 1. § ſed in eo quem. ff. de Syllan.* ex quo Bartol. adnotauit *in princ.* illud quod fieri debet de proximo, habetur perinde ac ſi factum eſſet, & *in l. ſi fundum. § vlt. ff. de fund. dot.* vbi præſcriptio intra proximos dies perficienda pro perfecta habetur, & *in l. veſtimentum. ff. de aur. & arg. leg.* quam alibi non eſſe dixit. Barb. *de præſt. Cardinalium. 5. q. 1. partis. col. 3. verſ. & ſi dicatur.* probans id quod eſt in fieri, prout ipſe loquitur more Græcorum, cenſeri eſſe in facto, quibus plurima addit ſingularia Tiraquel. *de legib. connub. gloſſ. 2. n. 2. & pluribus ſequentibus,* & Ioan. Lup. *in relectione rubr. de donat. inter vir. & vxor. § 38.* vbi latiſſime diſſerit, nunquid Licentiatus veniat appellatione Doctoris, eiuſque priuilegio gaudeat?

CAPVT XXVII.

IVDICES IN LOCO SVAE IVRISDICTIONIS ET ADMINIſtrationis contrahere, nec ne poſſint, examinat fuſe.

SVMMARIA.

1 *Iudex in loco ſuæ adminiſtrationis contrahere prohibetur.*
2 *Metus illatio in iudice an præſumatur?*
3 *Iudex nil ſupra quotidianus victus vſum emere poteſt, nec domum conſtruere.*
4 *Iudex pignus accipere prohibetur.*
5 *Iudex an poßit contrahere ſtatim finito munere? vide ſupra c. 25. n. 6. & 7.*
6 *Iudex in propria patria adminiſtrans emere non prohibetur.*
7 *Iudex aliás emere prohibitus, bona paterna emere non prohibetur.*
8 *Et an poßit retrahere rem venditam, quæ ſui erat patrimonij.*
9 *Officiarij perpetui contrahere non prohibentur.*
10 *Iudices qui ad libitum Principis conſtituuntur, an æquiparentur perpetuis.*
11 *Iudex neceßitate adigente emere, & mutuam pecuniam fœnebrem ſumere poteſt.*
12 *Neceßitatis cauſa plurima indulgentur.*
13 *Contrahere prohibitus cum certo genere perſo-*

perſonarum poterit eis in teſtamento relinquere.

14 *Officiales iuriſdictione carentes, an poſſint contrahere.*

15 *Pœna iudicis aliquid contra legum prohibitionem ementis.*

16 *Pœnæ locus non eſt, niſi quatenus verba conſtitutionis neceſſario inferunt.*

1 DEcimotertio vſque adeo procedit adſertio præmiſſa, vt † neque emptionem, aliũve contractum facere in loco vbi adminiſtrant per ſe, vel interpoſitam perſonam, nullas denique negotiationes, nec fœnus exercere poſſint. *l. non licet. & in l. qui officij. ff. de contrahend. empt. l. 1. C. de contract. iud. l. ſcriniarios. Cod. de numer. & act. libr. 12. l. principalibus. ff. ſi cert. pet. l. aufertur. §. quod à præſide. ff. de iur fiſci. l. 5. tit. 5. part. 5. cap. 2. correct.* Rationem huius prohibitionis nonnulli contendunt eſſe, ne alijs priuatis negotiationibus, hoc eſt, emptionibus alijſve contractibus præpediti, vacare publicis impediantur, neve qui alias configere curas omnes & vigilias in ſalute Reipublicæ tenebantur, ſtudio culturæ alteriuſve exercitij priuati, publica adminiſtratione auocentur, arg. text. *in l. milites arg. in princ. ff. de re milit. & in l. adminiſtratione. C. de legat.* hanc rationem præfatæ concluſionis eſſe aſſeruit Accurſius *in l. 1. C. negotiat. ne milit. lib. 12.* Ludou. Rom. *in d. l. principalibus*, quæ tamen diſplicet Iaſoni ibidem: quandoquidem, vt ipſe ait, caſu eueniente, quo prædicta occupationis ratio ceſſaret, vt ſi forte domum emeret, non prohibita cenſeretur
2 emptio, prout in milite nuncupatim ſtatuitur *in d. l. milites.* Quare † aliam ipſe Iaſon aſſignat, quam credit eſſe magis congruam, nempe propter metus impreſſionem, quam leges ſuſpicantur iudices illaturos, ita vt ſubditi libere contrahere non valeant, vt *in l. ſi per impreſſionem. C. de his quæ vi.* Quæ tamen, vt eius pace dixerim, hoc non dicit, imo contrarium eſt iure probatum ex deciſione text. *in l. ad inuidiam. C. de his quæ vi.* vbi ex ſola dignitate aut officio quantumuis digniori, non præſumitur illatus metus vel dolus. Quod probat text. ille in hæc verba: *Vnde intelligis quod ad metum arguendum, per quem dicis initum fuiſſe contractum, ſenatoria dignitas aduerſarij tui ſola non eſt idonea.* Hactenus Imperator. Vitalis tamen de Cambanis *in tractatu clauſularum, tit. de metu officialis, in princ. fo. 444.* eum textum intelligit in officiali dignitatem habente, ne dignitas ei obſit, imo proſit potius, vt *in l. ſi longius, in fin. ff. de iudic.* Tandem *num. 2.* poſt Bart. *in d. l. ad inuidiam.* regulam tradit generalem, vt metus non præſumatur in dubio, nec impreſſio, niſi in caſibus ibi per eum exceptis: quos tamen non refero, vt quibus nihil ſit addendum. Angel. etiam optime loquitur *in conſ. 215.* Iaſon *in l. interpoſitas. & in l. cum te proponas. C. de tranſact.* Alexand. *conſ. 98. lib. 3.* Bald. *conſil. 364. libr. 3.* Corſetus *in ſingularib. in parte metus.* Panorm. *in cap. accedens, de procurat.* Alias plures rationes aſſignant interpretes *in d. l. principalibus.* maxime Alciat. ibi, qui *num. 1. & ſeq.* non vna tantum moueri legislatores aſſerit ratione, ſed pluribus, ibi per eum relatis. Cæterum vt materiam, de qua agimus, perfectius explicemus ſequentes adnotare placet concluſiones.

3 Prima ſit. Iudices † quicquam ſupra quotidiani victus vſum, in prouincia quam adminiſtrant, emere prohibentur, neque domum ædificare poſſunt, aut nauem extruere. *l. 1. C. de contract. iud. l. aufertur. §. quod à præſid. ff. de iure fiſci. & in c. 2. correctorum, in pragm.* cuius ratio eſt, non occupationis, impreſſionis, aut metus præſumptio, ſed quia alias legi Cinciæ frau-

ciæ fraudem facere poſſent, & ficta emptione, xeniorum qualitatem excedere, quæ lege
ſolent. §. non vero. ff. de officio proconſ. permittuntur, & quanti vellent omnia habere, quod
diffuſe *lib. in C. Verrem 6. oratione* 9. Marcus Cicero explicat, & hæc placet Alciato *ibidem*
n. 2. tamen iudicio meo ratio non concludit, non enim explicat cauſam, quare hoc cri-
men præſumat lex in iudicem ex ſola emptione ab eo facta. Cuius quidem præſumptio-
nis ratio hęc reddi poteſt, nam quorſum in aliena patria adminiſtrationem temporalem
gerentes (quam finito anno, aut biennio adminiſtrationis, relicturi ſunt) immobilia
quærunt, aut mobilia, quæ ad alimenta, victum ſcilicet & veſtitum neceſſaria non ſint?
vtique nulla alia ex cauſa id iudicem feciſſe, conijci poteſt, quam quod aliquid ei remiſ-
ſum fuerit iuſti valoris: neque venditorem, quam vt modico illo, quod remiſit, pretio
iudicis amicitiam emens, eum in cauſa propria aut amici, propicium reddat. Quo ſit
regula certe firmiſſima, vt quoties alia ex cauſa emptionem iſtam fuiſſe celebratã con-
ſtiterit vere aut præſumptiue ceſſet corruptionis præſumptio. Ex quo † Iaſonis ſenten- 4
tia *in d. l. principalibus. pen. col.* facile tuetur dicentis, Magiſtratum contrahere prohibitum
non poſſe pignus accipere, cum enim contractus principalis non teneat, nec acceſſio
quidem valere debet *l. non dubium. C. de legib. l. 1. §. eam rem. Cod. quæ res pign. oblig. poſſ.* & hoc
comm. recipitur teſte Alc. *ibi n.* 10. at vero ſi contractus principalis valeat, vt quia ante
adeptum magiſtratum celebratus ſit, pignoris datio proculdubio valebit, ex Iaſonis &
Alciati ſententia *ibid. n.* 11. licet Decius leui ratione diſſentiat. Alia enim cauſa pignus ac-
ceptum apparet, ſcilicet ex contractu ante magiſtratum geſto, non ergo corruptio, me-
tus, impreſſio, aut aliud delictum præſumi debet.

Eadem † ratione ſoluitur dubium, an prohibitio extendatur ad contractum ſtatim 5
finito munere celebratum? quod Bald. cenſuit *in d. l. ſolent. §. vlt. ff. de officio proconſ.* præſu-
mitur enim retro durante magiſtratu, hoc tractatum fuiſſe, *arg. l. 1. C. de contract. iud.* nam
quæ in continenti ſequuntur, antea cenſentur tractata. *l. ſi ventri. §. vltimo. ff. de priu. credit.*
durat ſiquidem eadem præſumptio corruptionis, niſi alijs præſumptionibus elidatur,
quod tamen Alc. *ibidem n.* 12. à coniectura iudicis cenſuit pendere plurimum, qui cogno-
ſcat an probabiliter ratio prohibitionis eo caſu ſubeſſet: *arg. d. l. milites. verſ. ſed ſi ſtipendijs.*
ff. de re mil. cui ipſe aſſentio quidquid dixerit Iaſon *ibi pen. col. verſ. Secundo quæro.* & Dec.
n. 7. Hinc † etiam fit, quod iudex in propria patria, vbi natus aut educatus eſt, admini- 6
ſtrationem gerens nullo iure prohibetur immobiles aliaſve res à ſubditis emere, do-
mumve ædificare, teſte Iaſone *in d. l. principalibus. 1. lim.* & hoc aſſerit communiter eſſe re-
ceptum, veriorem, receptioremq; ſententiam eſſe atteſtatur Alc. *in l. præſidis. n.* 10. *ff. ſi cert.*
pet. cum exceptione ſeu limitatione, de qua ibi & infra dicemus. Rationem huius exce-
ptionis aſſerunt omnes eſſe, quia non eſt veriſimile eius dignitatis collatione voluiſſe
Principem, eum commercio rerum in patria ſua priuari, ita Alc. *d. l. præſidis. n.* 10. ſed iu-
dicio meo hoc potius eſt ſpecierum diuerſitatem oſtendere, quam diuerſitatis ratio-
nem. Quare igitur magis in aliena, quam in ſua patria Princeps iudicem priuat rerum
commercio? Ex antea dictis clare deducitur, quandoquidem in patria ſua fundos aliaſ-
ve res ementes, domoſve ædificantes potiſſima, & iure probatiſſima cauſa allecti cen-
ſentur, ob affectionem, videlicet, qua iure naturæ impellũtur, vt in ſua patria poſſeſſio-

nibus ampliari cupiant fundosque, ſi quos habent, augere, vt *in l.1.§.ſi rem, verſ. & alias*
videamus.ff.ſi quid in fraud.patr. cum igitur vrgentiſſima cauſa incitetur iudex ad emen-
dum, non ſane exiſtimabitur metus impreſſionem aut eius corruptionem in contractu
interceſſiſſe, niſi liquido probatum fuerit. Vna enim præſumptio tollit alia, *l. diuus.ff. de*
in integr.reſtit. Crimen præterea non præſumitur quoties alia cauſa exiſtimari poteſt, *l.*
merito.ff. pro ſocio.l.ſemper in dubijs.ff.de reg. iur. Alc. *c.vlt. præſumpt.* & hæc verior videtur
opinio, licet Ang.Lud.Rom.& Dec.*n.7 in d.l.principalibus*, aſſerant contrarium, perpen-
dentes rationem impreſſionis, qua falſo atteſtantur dictam conſtitutionem legis prin-
cipalibus fundari, adhuc in iudice ſuam patriam peragente, vigere: Nil mirum ergo ſi
hallucinentur, vt qui veram ignorauerint dictæ conſtitutionis cauſam. Et hæc maximè
obtinent iure noſtro Regio in iudicibus originarijs cuiuslibet loci, qui ordinarij dicun-
tur, cum hæc prohibitio ad correctores extendatur non ad alios, vt *d. c.1. correctorum*, hi-
que omnes debeant eſſe forenſes, vt *in c.4.* quod ita concludit Nunnius *in d.c.2.num.19.*
7 *verſ.ex quo deducitur.* Hinc † etiam deducitur, quod & Modeſtinus decidit *in d. l. qui officij,*
in ſi.prin.ff.de contrah.empt. his verbis: *Qui officij cauſa in prouincia agit, vel militat, prædia com-*
parare in eadem prouincia non poteſt, præterquam ſi paterna eius à fiſco diſtrahãtur. Hæc ille. Nam
emens res paternas, affectionis cauſa emiſſe præſumitur, quã naturaliter quilibet habet
ad bona paterna, vt vbiq; legiſlatores tradunt *in l.* videlicet, *ſi in emptionem.ff.de min. & in l.*
lex quæ tutores.C.de adm.tut. & in d.§.ſed ſi re.verſ.ſupra citato, quarũ legum authoritate dixit
glo.*in l.1 in verb.Reipubl.ad fi.ff.ſolut.matrim.* & ruiſus *in l.ſi æquo. ff. de leg.1.* quod noſtra ad-
modum intereſt rem, quę maiorum fuit, emere, in quã rem plurima, more ſolito, Tiraq.
8 coaceruauit *in præfatione retractus lignagier, n.34.& deinceps* Ex † quo nimirum iudex duran-
te officio, recte admittitur ad retrahendam rem venditam ab eius conſanguineo, quæ
paterna fuerat, aut auita, iuxta conſuetudinem legesque Regni noſtri, quæ id omnibus
indefinitè permittunt, vt *in l.13.tit.10.li.3 fori, & in l.6.& 7.tit.7.li.5.ordin. & in l.230. in le-*
gibus ſtyli, & in l.70.71.72.& 73.in legib.Taurinis. Ceſſat quippe hac in ſpecie corruptionis
aut impreſſionis præſumptio, cum alia ex cauſa conijci poſſit eam rem retrahere, nem-
pe ob affectionem, vt *in d.l.70.Tauri*, optime dixerat Ant.Gomez *n.12.* Hac igitur conie-
ctura facilè nimirum elidetur criminis præſumptio. Eadem ratione dicerem, quod ſi in
aliena prouincia fundos aliquos haberet iudex, aut agros, ratione affectionis, quam ha-
bere præſumitur ad confines, iuxta diſpoſitionem text. *in l.1.§.ſed ſi rem. verſ. & alias.ff.ſi*
quid in frau.patr. l.ſi cui fundus.in fin.ff.de leg.2. emere non prohibeatur, niſi impreſſio, aut
aliquis alius captioſus contractus probetur.

Ex ſupradictis nihilominus apparet, quare ſuperiori regulæ non ſit locus, in officia-
9 libus perpetuis † (hi enim emere non prohibentur) alia quippe cauſa exiſtimari poteſt,
quare poſſeſſiones emant, quaſi in perpetuo vitam acturi: ideoq; quaſi propria eſſet pa-
tria, cupiunt poſſeſſionibus ampliari. Hinc fortè iure noſtro Regio ſtatutum fuit, vt of-
ficiales perpetui eligerentur vicini, & habitantes in eo loco, cuius adminiſtrationem ſu-
mere vellent, vel qui ibi veniant perpetui habitaturi, non vero alij, *l.8.ti.2.li.7.ordin.* cum
ergo hoc caſu alia ex cauſa emptionem factam eſſe coniectari poſſit, non erit impreſſio,
aut corruptio præſumenda, & hæc (ni fallor) fuit intentio Pauli Iuriſconſult. *in l.præſidis.*

ff.ſi

ff. ſi cert. pet. quam ibi comm. ſcribentes teſte Iaſ. *in d. l. principalib. 2. lim.* procedere aſſerunt,
non modo in officialibus præſidis, qui perpetui ſunt, (vt iudicum executores & miniſtri
qui præcepta & citationes ad reos ipſos deferunt, vt *in l. 1. C. de off. diuerſ. in d. l. prohibitum.
C. de iure fiſc. lib. 10.* & ſcribæ, ſecund. Bal. & Soc. *in d. l. principalibus.*) verum etiam in quo-
cunque iudice perpetuo, ex ratione generali illius text. vt ibi inquit Bar. & communiter
moderni ſecundum Iaſ. *ibi in 2. limit.* hac tamen cum moderatione, niſi appareat quòd
per impreſſionem, aut captioſe factus ſit contractus, vt per Bar. *in d. l. auſertur. §. quod à
præſide. ff. de iure fiſci.* Quibus non obſtat ratio Guill. de Cun. Salic. & Philippi Decij *in d.
l. principalibus. num. 12.* & Greg. Lup. *in l. 5. ti. 5. p. 5. in gloſ. in verb. Iuez qualquier,* atteſtantium
contrarium, eo quod metus impreſſio, propter quam iudices temporales prohibentur
contrahere, æque exiſtimatur in vtroque & temporali & perpetuo, imo magis in per-
petuo; qui cum videat ſe perpetuum, facilius inducitur ad tyrannidem, decipiuntur e-
nim credentes eam eſſe rationem dict. *l. principalibus.* quia, vt iam diximus, non præſu-
mitur impreſſio, aut dolus, quoties alia cauſa conſiderari perpendive poteſt, quare em-
ptio proceſſerit, prout præfata in ſpecie vſuuenit. Ex quo apparet, neque eam eſſe huius
limitationis cauſam, quam Iaſon *in dict. l. principalibus. 2. limitat.* & Alciatus *in dict. l. præſi-
dis. numer. 1.* exiſtimabant, nempe, quod cum perpetui ſint, niſi contrahere poſſent,
quodammodo pœnæ addicti viderentur, vt quibus commercium interdictum eſſet.
Merito igitur lex tolerauit, vt hi à generalitate prædictæ regulæ eximerentur. Nam &
hæc ratio refellitur, quoniam ex quo cum non ſubditis contrahere poſſint, non eſt at-
tendendum, quod in ibi vbi officium gerunt, prohibeantur, arg. text. *in l. Titio centum. §.
1. ff. de condit. & demonſtr.* neque oberunt verba generalia, *d. l. 5. tit. 5. par. 5.* per Greg. Lup.
ibi appenſa, *Adelantado, o otro juez qualquier.* Loquitur enim lex illa in præſidibus prouin-
ciarum, aut alijs temporarijs iudicibus, non in perpetuis. Atqui neque eam eſſe ratio-
nem limitationis dixerim, quam Alc. *in d. l. præſidis. numer. 2.* aſſignat, cum magiſtratus
annui neque agere vel accuſare, neque conuenire durante magiſtratu poſſint, vt *l. pars
literarum. ff. de iudic. l. 2. & 11. tit. 1. par. 7. l. qui accuſare. ff. de accuſat.* ſed officij finis ſit expe-
ctandus, vt *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de oper. nou. nunc.* at qui perpetui ſunt, ſtatim ad li-
tigandum coguntur, *c. 2. de oper. nou. nunciat.* Alber. *in l. Senatuſconſulto. ff. de off. præſ.* dila-
tio ſiquidem tam breuis non venit in conſiderationem, vt hac leuiſſima occaſione
commercio priuetur. Sed † id in dubium reuocari ſolet, vtrum idem iuris ſit in magi- 10
ſtratibus, qui ad libitum Principis conſtituuntur? Et Bar. *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Præ-
tori. ff. de nou. op. nunciat.* Petrus Cyn. & Bald. *in l. quiſquis. C. ſi cert. pet.* idem Bald. *in l. ſo-
lens. § vltim. 4. queſt. ff. de officio proconſ.* Bal. Angel. Alexan. & Iaſo. & DD. communi. *in
d. l. principalibus.* cenſent idem eſſe vtrobique, vt perpetui cenſeantur, & Capicius *deciſ.
116. in fin. per l. ſi. ſſ. cit. ff. de condict. indeb.* & quia quod non habet certum finem, dicitur
eſſe perpetuum, vt *in l. iuriſperitos,* & ibi Bartol. adnotauit *num. 2. ff. de excuſ. tut.* Guill,
Bened. *in repet. c. Raynutius. in verb. Duas habens filias. num. 38. extra de teſtamen.* Præterea
perpetuum dicitur id, de quo dubitatur, ſitne perpetuum an temporale, vt *in d. l. ſufficit,
vbi Iaſon adnotauit. 2. notab. ff. de condict. indeb. c. ſi gratioſe. de reſcript. li. 6.* gloſſ. *in c. vlt. in verb.
perpetuas, in fi. ibiq.* Ioan. Andr. *& Domin. eo. ti. & lib.* Faber *in l. 1. de contract. iud.* Iaſ. *in l. 3. §.*

ex com-

ex contrario,col.4.num.15.ff.de acquir.poſſ. Dec. *conſ.472.col.3. verſ. & in dubio,cum concor. traditis ab Alex. conſil.216.col.vlt.lib.7.* & Fel.*in c.ex literis.col.7.verſ.ſi autem iudex. & ibi Dec. ad ſi.de conſtit.* Alciat.tamen *in d.l. præſidis.num.3.* dubitat, quoniam proconſules olim & prætores annui erant, vt *in §.1.Inſt.de perp. & tempor.act.* præſides verò prouinciarum ad libitum Cæſaris conſtituebantur, & tamen videmus præſidibus inhibitos hos eſſe contractus,vt *d.l.præſidis,& l.1.C.de contract.iud.* quare diſtinguendum autumat, vt vera ſit Bar. ſententia in ijs,quos ſolet Princeps diutius in officio relinquere, neque facilè ſummouere, quales ſunt conſiliarij ſui: vel in noſtra Hiſpania auditores Regiæ cancellariæ, qui (licet annales ſint,vt *in l.4.tit.4.lib.2.ordin.& pragm.*40.§. 4. ibi: *Quales nos deputaremos en comienço de ceda vn anno*) perpetui tamen cenſentur, eo quod perpetuò ſolet Princeps eos in officio relinquere,neque facilè ſummouentur,vt ex Ang. *in l.eos qui.C.ſi cer.pet.* atteſtatur Greg.Lup.*in l.5.tit.5.par.5.* Si vero arbitrio quidem Principis conſtituantur, ſed ſoleant tamen cito ſummoueri nempe intra biennium vel triennium,quod præſidibus, & apud nos correctoribus contingit,hi non perpetui exiſtimantur, licet ad libitum ſint conſtituti,ſed temporales, & ita iure noſtro Reglo diſpoſitum videtur *in d.c.1.& 2.correctorum,* vbi Petr. Nunnius *num.19.verſ.aduertendum,* ponderat verba, *Durante ſu oficio,* in dicto capite poſita, vt denotent ſecus eſſe in perpetuis.

Quintò concluſio præmiſſa intelligitur, quando officialis emit à ſubditis, hoc eſt, ſuæ iuriſdictionis hominibus: ſecus ſi à non ſubditis, ita eam concluſionem reſtringit gloſſ. & Salic.*in l.quiſquis. C.ſi cer.pet.* Bart.& DD. commu. *in d.l. principalibus,* tunc enim ceſſat criminis præſumptio: quippe in homines qui non ſunt in territorio ſuo ius dicere non poteſt, *l.vlt.ff.de iuriſd. omn. iud.* ergo non eſt officialis reſpectu non ſubditorum, vt inquit Decius *in d.l. principalibus, nu.8.*

11 Cæterum & alij caſus ſunt,quibus de prædicta regula relaxamus,vt † cum magiſtratus neceſſitate adigente emit,aliumve contractum facit, mutuam enim pecuniam fœnebrem ſumere poteſt,*l. præſidis.in fin.ff.ſi cert.pet.*ad idem text. *in l.1.in verb. præter eas. C. de contract.iud.* vt puta cauſa victus,vt *l.ſolent.§. vlt.ff. de offic. Proconſ.* vbi inquit Bald. etiam equos emere poſſe vrgente neceſſitate, facit etiam, quia in generali prohibitione non includitur cauſa alimentorum, vt not. Card.*in conſ.66. in dubio præmiſſo.in ſi.*& clauſula generalis non porrigitur ad alimenta,vt no. Bar. *in l.Mela.ff.de alim.& cib.leg.* per *l.libertos.*

12 *§.poſthumos.eo.tit.* Dec.*in d.l. principalibus.n.13.* Multa † enim neceſſitatis cauſa indulgentur,quæ alias nequaquam concedi poſſent,*l.1.ff.de offic.conſ.l.1.§.cum in eadem.in fin.ff. ad l. Rhod.de iact.* quod latius inſinuat Iaſ.*in d. l.principalibus. 4. lim.* vnde & victualia pro vſu ſuo,cæteraque vtenſilia citra vllam reprehenſionem emet,vt *d.l.ſolent,in ſi.*

Præterea reſtringitur hæc regula,cum officiali ciuitatis cõtrahenti conſentiret Princeps *d.l.1.in princ.C.de contract. iud.* quod tamen non procederet in rectore prouinciæ, vt ibidem dicitur *verſ. prouinciarum.*

Octauò fallit regula in vltima voluntate, magiſtratus enim cuiuſcunque ſit dignitatis,& iuriſdictionis poteſt hæres inſtitui, & legatum accipere, *l.non dubium.C. de teſtamen.* quod duplici fulcitur ratione, primo, quia verba prohibitionis loquuntur de contractibus,non ergo pertinent ad ius teſtandi,*l.verba contraxerunt.ff.de verb.ſignif.*& quia ratio prohi-

prohibitionis ceſſare videtur, eo quod vltima voluntas ad nutum reuocari poteſt vſ-
que ad mortem, §. *poſteriori. Inſtit. quib. mod. teſtam. infir. l. 3. §. vltim. ff. de adim. leg.* & ita in-
telligit Decius *in d. l. principalibus. num. 10.* & † Iaſ. *ibi. 8. limi.* ex his infert, quod prohibi- 13
tus contrahere cum certo genere perſonarum, non prohibeatur eis relinquere vltima
in voluntate, & in eam rem adducit text. in argumentum *in l. teſtamentum non ideo* vbi gl.
& Bald. *C. de teſtamen.*

Nonò, Supraſcripta regula reſtringitur ad iudices, ſeu officiales iuriſdictionem ha-
bentes. Secus † verò eſt in his qui iuriſdictione carent, habent tamen adminiſtratio- 14
nem, vtputa in decurionibus ciuitatum, ita adnotauit Bart. *in d. l. aufertur. §. quod à præ-
ſid. ff. de iure fiſci.* & exemplum tradidit in prioribus ciuitatis. Idem concludit Iaſon *limit.
9.* & Decius *num. 11. in d. l. principalibus.* Alciatus vero *in d. l. præſidis. numer. 8. & 9.* id facile
non admittit, quoniam *l. principalibus. & l. præſidis. ff. ſi cert. pet.* non præſides ſolum coer-
cet, ſed & qui circa eos ſunt, vt manipularios, *l. 1. ff. ad l. Iul. repetund.* vt palatinos, *l. nul-
lum. C. de officio rect. prouin.* vt cancellarios & domeſticos, *l. 3. C. de aſſeſſ.* vtque cæteros co-
mites, eorumque libertos, *l. Senatuſconſulto. ff. de officio præſidis.* Vnde apparet, ſatis non
eſſe, quod propria iuriſdictione non ſint formidoloſi: ſed id requiri, vt neque aliena
quidem id poſſint, text. eſt *in d. l. 1. C. de contract. iud. & in c. 2. corrector. & dict. l. 5. tit. 5. p. 5.*
Ad rationem igitur legis attendendum eſt: & ex ea diſcernendum, quomodo limita-
tionem hanc obſeruemus quoad officiales iudicum: nam decuriones nil eſt quod pro-
hibeat contrahere poſſe, quippe qui & originarij ſunt, & vt plurimum perpetui, neque
officiales iudicum appellari commodè poſſint.

Decimò, Publicæ vtilitatis cauſa contrahere permittitur, vt per Paridem de Puteo
de ſyndic. in verbo, contrahere. §. officiales, num. 21. char. 36. Decium *in d. l. principa. num. 11.* Al-
ciat. *d. l. præſidis, numer. 6. ff. ſi cert. pet.* de quo oportunius dicemus *in 2. concluſione ſtatim ſe-
quenti num. 16.*

Operæpretium † tamen erit, vt prænotata maturius intelligantur exquirere: qua 15
pœna afficiantur iudices aut alij officiarij conſtitutionem ſupra ſcriptam transgredien-
tes? Et videtur id decidere textus *in præcitata l. aufertur. §. quod à præſide. ff. de iure fiſci*, vt, ſci-
licet, in firmato emptionis contractu poſſit res empta à venditore vindicari, æſtimatio-
que eius fiſco inferatur. Nam & durum eſt, magiſtratus tali caſu quadrupli pœnam
ſubire à Marcello præſcriptam *in l. non licet. ff. de contrah. empt.* cum † pœnæ locus non ſit, 16
niſi quatenus verba conſtitutionis neceſſario inferunt, vt *in l. Tribunus, vbi Bald. 2. not. ff.
de teſtam. milit.* Alc. refert *in d. l. principalibus. num. 12.* at d. lex, *non licet*, loquitur in alia ſpe-
cie, videlicet, quando ex officio quod quis adminiſtrat quidquam emit: quod crimen
grauius eſt. Et id ſane iure noſtro Regio proculdubio obtinet, vt quo expreſſe cauea-
tur, iudicem priuari re empta & fiſco inferri, vt *in c. correctorum. 2. in pragm.*
nullaque alia pœna ibi iudici infligi-
tur.

CAPVT XXVIII.

IVDICIBVS NEGOTIATIONEM ESSE PROhibitam inſinuat.

SVMMARIA.

1 *Iudices negotiari prohibentur.*
2 *Negotiatio pluribus actibus perficitur, nec vnicus ſufficit.*
3 *Nomina verbalia plures actus ſignificantia plures actus requirunt.*
4 *Iudices officio ſuo vtilitatique publicæ vacare conuenit, non particulari compendio.*
5 *Negotiatio iudicibus & militibus prohibita, & à nobilitate ſemota.*
6 *Mercatores an dignitatem aſſequi poſſint? & an ab adepta repellantur.*
7 *Mercatura nobilitati an deroget?*
8 *Magiſtratui perpetuo mercatura an prohibeatur?*
9 *Delictum dignitate augetur.*
10 *Iudices fauore publico negotiari prohibentur.*
11 *Renunciari non poteſt iuri publico.*
12 *Nec iuri prohibitiuo.*
13 *Nec iuri in odium renunciantis introducto.*
14 *Fraus ex ſuppoſitione præſumitur.*
15 *Contrahere prohibentur, qui circa iudices officia gerunt.*
16 *Iudicibus negotiatio permittitur publicæ vtilitatis cauſa.*
17 *Decuriones ciuitatis an cõtrahere prohibeantur.*
18 *Pœna iudicis contrahentis, & mercaturam exercentis.*

1 SEcunda concluſio. Iudices † eorumve officiales contrahere, hoc eſt, negotiari, ſeu mercaturæ operam dare prohibentur per ſe, aut per interpoſitam perſonam, vt *in d. l.*
2 *principalibus. l. 9. & 10. tit. 15. lib 2. ordin. & dict. ca. 2. correctorum.* Ex † quibus verbis, dum lex ait *negotientur*, frequẽtiam actuum requiri, ſatis deducitur. Negotiatio enim vnico actu non perficitur, *l. 1. § 1. vbi gloſ. in verb. omnes. ff. de tribut.* Bart. *in l. ſeruu legatis, nu. 4. ff. de legat. 3.* Bal. *in rubr. C. de conſtit. pecu. q. vlt.* Bar. *in l. mariti §. qui quæſtum. ff. de adul.* vbi inquit. Quod nomina † verbalia officium ſignificantia, quod quis ſuapte aſſumit authoritate, vt mer-
3 catoris, hoſpitatorum, & ſimilia non cauſantur ex vnico actu, ſed aſſiduitatem requirunt, Iaſon eum refert & ſequitur *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. 7. col. verſ. ſextò. quærit* Bar. *ff. de noui ope. nunciat.* ſic etiam non dicitur quis aleator, licet ſemel ludat, neque lector licet ſemel legat, neque peccator licet ſemel peccet, vt inquit Bald. *in d. rubric. de conſt. pec. in fi.* Pariſ. de Puteo *de ſyndicat. in verb. contrahere, verſ. officiales. num. 23. char. 36.* neque ſufficit ſi negotietur, niſi faciat negotiationem quæſtuariam, vt mirè declarat Bart. *in dict. l. ſeruis legatis. num. 3. ff. de leg 3.* & iure Regio id clarius probatur *dict. c. correctorum*, ibi: *Ni ſe en ella trato de mercaduria, &c.* Vſus ſiquidem & conſuetudo etiam Hiſpano ſermone ex pluribus actibus perficitur, *l. 1. titul. 2. part. 1.* & ita verba illa expendit Pet. Nunnius *d. c. 2. num. 19. verſ. ita iſta* Reſtat modo, vt rationem huius concluſionis inueſtigemus, quam (ni fallor) eſſe credentem: ne † qui alias curæ Reipublicæ intentus eſſe deberet priua-
4 tis negotiis detentus, quod ad eius munus pertinet adimplere nequeat. Officio namq; ſuo, vtilitatique publicæ vacare eum conuenit, non autem particulari compendio. Quod vtique congrua & aptiſſima ſimilitudine ab arbore naturali ſumpta (cum neque imme-

immerito,iudicem adęquaſti)optimę docere poteſt. Arbor ſiquidem eius efficitur, cu-
ius in fundo radices egerit, quamuis aliena fuerit, cæterum ſi in vtroque fundo radices
emiſerit,communis eſt,antequam radices produxerit in ſundo alterius inſita, eius per-
manet, cuius fuerat.*l. adeo.§.vltim.& l.ſeq.ff. de acquiren.rerum dom. §.ſi Titius.Inſtit.de rerum
diuiſ.l.42.tit.28.par.3.* ſic & arbor tua artificialis,hoc eſt iudex, cum radices ſuas,ſtudium
videlicet ſuũ,in Reipublicæ viridario,vbi plantata eſt, prorſus agere debuiſſet, vt ſic ci-
uium vtilitatem propriæ præferret, fructuſque iuſtitię in eorum commodum produce-
ret:in fũdo alieno radices emittẽs,negotiationi,aut mercaturæ operã nauãdo,plãtæ do-
minium ita cõmutabitur,vt eius efficiatur,cui⁹ in fundo radices coaluerint. Si enim ſtu-
dium operamue omnem mercaturæ adhibuerit, Reſpublica omnino dominiũ arboris
amittet,ſin autem,partim negociationi ſeu mercaturæ, partim vero Reipublicæ ſtudiũ
impertitus fuerit,erit communis. Ratio enim non permittit, vt alterius arbor eſſe intel-
ligatur,quam cuius in fundum radices egerit,vt *d.§.ſi Titius.Inſtit. de rer.diuiſ.* Ex quo eui-
denter deducitur, præmiſſam cõcluſionem non tantum in iudicibus temporalibus ob-
tinere, verum & in perpetuis, neque modo ſi in aliena patria,ſed etiam ſi in propria ne-
gotientur; idem quoque obſeruandum eſſe ſiue cum Prouincialibus ſibi ſubditis con-
trahat, ſiue cum externis non ſubditis ſuæ iuriſdictioni.Eadem quippe ratio in qualibet
harum ſpecie militat. Sat enim eſt vnicuique vnico inſeruire muneri, neque decet plura
amplecti.Sed aut iudicis eligere oportet exercitium,aut mercatoris.Cur † ergo permit- 5
tẽda eſt magiſtratibus negotiatio,quę neque militibus quide conceditur? vt *in l.1.C.neg.
ne milit.li.12.* & q̃ iure noſtro à nobilitate ſummota eſt,vt *in l. nobil.C. de commer.& in l.antep.
C.de cohort.li.12.* cuius verba ſunt:Sed *etiam cunctos qui diuerſ eri rerum negotiationib. detinen-
tur trapezitas ſcilicet, vel gemmarum argentique, veſtium, venditores apothecarios etiã, cæteroſque
inſtitores aliarum mercium quibuſcunque ergaſteriis adhærentes:iubemus à prouincialibus officiis re-
moueri: vt omnis honor atque militia contagione huiuſmodi ſegregetur.* Hactenus Imperator.
Sed † & tex.*in l.nequis.C.de dignit.lib.12.* præcipit, quod negotiatores alijque huiuſmodi 6
homines dignitatem aſſequi non poſſint, & ab iam adepta repellantur: vbi & Luc. de
Penna hos dicit eſſe ſordidos. Quin memoriæ proditum fuit ab Ariſtotele Peripatheti-
corum Principe, *li.polit.3.cap.item 3.* legem fuiſſe apud Thebanos,vt nemo idoneus eſſet
ad honores Reipublicæ ſuſcipiendos, niſi per decẽ annos à mercatura deſtitiſſet. Quin
etiam apud Romanos lex Clodia prohibebat,Scribas quæſtorum exercere negotiatio-
nes, tanquam id indecorum foret, cuius rei teſtis eſt Suetonius, & plurima in eam rem
refert Tiraquel. *de nobilitat.cap.33.* Vbi † mercaturam, ait, nobilitati derogare,niſi mos 7
regionis,qui haud dubie ſeruãdus eſt,aliud inducat,vti apud Venetos & Genuẽſes.No-
biles quoque mercaturam exercent citra nobilitatis detrimentum: ſi mercatura ſit ma-
gna & copioſa,non ſi tenuis ſit & vilis, vt teſtimonio Ciceronis *lib.officiorum.1.* aſſerit Ti-
raquel. *ibi numer.16. ſed & numer.20.* aliter limitat, vt procedat, quando per ſe exercet
quis mercaturam, ſecus ſi per alios. Idemque latius probat *eod. libr. cap.27. numer.7.
& multis ſequentibus.* Quod † cum ita ſit,iuſtius magiſtratui perpetuo negociatio inhibe- 8
tur. Quo † enim maiori quis pręeſt dignitati,eo magis delinquit,cum in his peccat,quę 9
dignitatem,aut illius adminiſtrationem concernunt,vel in his propter quę dignitatem;

vel honorem conſequutus fuit, vel cum delictum cedit in dedecus & contumeliam ipſius dignitatis. *l. quadam delicta. & ibi Bart. & Alber. ff. de pœnis*, Alexan. *in l. 2. paulo ante fin. C. vt nemo priuatus*. vel etiam quando delinquit prætextu & colore dignitatis. Ray. & Sali. *in l. presbyteri per text. ibi in illis verbis, quod nihil metuant. C. de Epiſc. & cler.* & Cæpol. qui id optime declarat *in conſil. 40. col. 4. verſ. tamen iſta regula & verſ. ſeq.* Tiraquel. *de nobilit.*
10 *c. 20. n. 112. & duobus ſequentib.* Cæterum † ex ſupradictis ſatis conſtat, publico fauore ab hiſce contractibus ſummotos eſſe magiſtratus, vnde conſequẽs eſt, vt neq; iuramento cõfirmentur contractus per iudices celebrati, quoquomodo à iure ꝓhibiti, iuxta diſtin. Bar. *in l. ſi quis pro eo. verſic. 4. ff. de fideiuſſ.* ſicut nec renuntiatio, qua expreſſe dictis conſtitutionibus ſe eximere vellent, quicquam valeret, vt aſſerit Iaſ. *in d. l. principalibus prope finem.* vbi Decius *n. 4.* poſt Ioan. Baptiſ. de ſanct. Seuerino, & Alc. *n. 7. & 8.* qui poſt Dec. reddit
11 rationem, nempe † quod ius publicum priuatorum pactionibus remitti non poſſit. *l. pacta, quæ contra. C. de pact. & in iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pactis*, quod indubitati iuris eſt (inquit Alciat.) in his caſibus quibus lex non ſolum contractum infirmat, ſed etiam pœnam adijcit, quod communiter eſt receptum ab interpretibus legis *non dubium. C. de legib.* Sed quod noſtro caſu non tantum prohibeatur, ſed & pœna adijciatur, videre licet ex *ſupra n. 14. c. 27.* traditis, & ex *l. adſertur. §. quod à præſide. ff. de iur. fiſci, & d. l. licet de con-*
12 *trah. empt.* Dec. tamen *n. 4* addit alias duas rationes, videlicet, quia † iuri prohibitiuo re-
13 nuntiari non pt̃, glo. Bart. & D D. *in l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. dentur.* ſicut † nec iuri in odium renunciantis introducto. *l. tametſi. ff. ad Maced.* glo. Bar. & ſcribentes *in l. pen. C. de pact.* Conſtat etiam fortius prohibitioni locum eſſe, ſi interpoſitam perſonam præſes ipſe contra-
14 xerit. *l. eos. C. de vſur. d. l. 1. C. de contract. iud. d. l. milites. ff. de re mili. d. c. 2. correct.* Ex † ſuppoſi-
15 tione enim faciliter præſumitur fraus. l. *ſi is qui bonis. ff. de acquir. haredit.* Sed † & non ſolum magiſtratus ipſi, verum etiam qui circa eos ſunt prohibentur contrahere, aut negotiari *dict. l. principalibus, & d. l. 1. C. de cõtr. iud. dict. C. correctorum. 2.* circa eos eſſe intelligũtur Legati, Comites, & conſiliarij, *dict. l. 1. de contr. iud.* Item præco, medicus, lictor officiumque omne ab eo adductum, qualis cornicularius, cõmentarienſis, adiutor, actuarius, exceptores, apparitores, cæterique quos ſecum duxerit, quoſque lex cohortis appellatione videtur intelligere, vt *l. 1. ff. ad l. Iul. rep.* quiq; alibi domeſtici præſidis dicuntur, vt *d. l. 1. C. de contract. iud.* ita Alc. docet *in d. l. principalib. nu. 9.* Sed non indiſcriminatim intelligendũ eſt, nam licet hæc prohibitio extẽdatur ad officiales tẽporales iudicis ẽt non perpetui, vt ſentiunt iura præcitata, non tamen extenditur ad officiales perpetuos, hi enim contrahere & negotiari non prohibẽtur, vt *in d. l. præſidis. ff. ſi cert. pet.* imo & fœnerari, vt ibi dicitur, ſicut neque prohibentur quaſcunque res emere, vt *ſupra n. 13. cap. 27.* expoſuimus, quibus quidem ius Regium non aduerſatur, imo ex generali huius Regni conſuetudine videmus, tabellionibus, executoribusque, & alijs officialibus perpetuis cum in alijs tribunalibus, tum etiam in foro Regio officia gerentibus, contractus negotiationemque permitti: quos merces quaſcunque emere cernimus, vt carius vendãt. Quod vtique concedendum non eſſet: quinimo iuſtius foret legem ſeruari Clodiam, de qua ſupra *nu. 6.* ne ipſis negotiationibus impediti munera vt æquum eſt, ſubminiſtrare impediantur.

Aliqui

Digitized by Google

Aliqui tamen ſunt caſus, quibus de prædicta regula relaxatur, vtputa, ſi † publicæ v- 16
tilitatis cauſa iudex contrahat & negotietur, vt quia emerit frumentum, & duxerit ad
ciuitatem tempore penuriæ, quod & poſtea omnes tenentur emere, quamuis eo non
egant, ita Bart. *in d. l. 1. n. 2. C. vt nemini liceat ab empt. ſpecierum ſe excuſ. libr* 10. poteſt enim
præſes prouinciæ cogere ſubditos vendere frumentum iuſto pretio neceſſitate vrgente.
l. annonam. vbi Bart. ff. de extraord. crim. idem Bar. *in l. 1. §. cura carnis. ff. de officio præſidis. & in d.*
l. 1. n. 7. C. vt nemini liceat ab emptione ſpecierum lib. 10. Paris *de ſyndicatu in verb. contrahere. verſ.*
officiales. n. 21. char. 36. quippe cum probatio negotiationis fiat iudici publicæ vtilitatis
cauſa, vt ſupra expoſitum eſt (id eſt, ne ſubditos lędat, neue à muneris ſui exercitio auo-
cetur, vtilitatem publicam, cui inceſſanter vacare deberet, in proprium vertens cōmo-
dum) non concluditur ſpecies iſta, quia eſſet publicæ vtilitati contrarium argumen. *l.*
iubemus, nimmia. C. de ſacroſ. Eccleſ. vt ibi inquit Paris de Puteo. Decius etiam *in dict. l. præſidis.*
n. 11. ff. ſi cert. pet. reddens rationem, videlicet, quia propter vtilitatem publicam receditur
à regulis iuris, vt late tradit Rom. *in l. ſi vero. §. de viro in* 10. *limitatione. ff. ſolut. matrimon.* 17

Alius † excipitur quoq; caſus in præmiſſa regula, videlicet, quando mercaturam ex-
ercens, caret iuriſdictione, licet habeat adminiſtrationem, vt in decurionibus, ſeu pri-
oribus ciuitatum: ita concludit Bart. *in dict. l. aufertur. § quod à præſide. ff. de iure fiſci,* & alij ſu-
pra citati *n. 13.* quod facile non admittit Alciat. neque immerito, iudicio meo, nobiles
quippe & non plebeij ſunt eligendi *l. honores. ff. de decur.* & alia habentes, in quib. de decu-
ria Piſana *lib. 1. cap. 13.* & in ſummula Azonis, *tit. de decur.* atqui nobilibus mercatura non
conuenit, *l. nobiliores. C. de commerciis & mercat.* vt & ſupra latius traditum *eſt n. 5. & ſequent.*
arceātur ergo ab ea decuriones. Sed iam in Hiſpania vſurpatū eſt vt decurionatus, quod
deterius eſt, impune diſtrahantur. Nil mirum ergo ſi decuriones ipſi commercia exer-
ceant. Imo quod pernitioſiſſimum eſt Reipublicæ, hi quibus iure cōceſſum eſt, aut ſal-
tem conſuetudine, vt omnibus rebus vendendis pretium ſtatuant, & moderentur, vt le-
gitur in decuria Piſana, *lib. 2. c. 18. v. item ordo.* mercaturam exercet earum rerum, quæ ab e-
iſdem taxandæ ſunt, vini videlicet, panis, & ſimilium. Cæterum neque ob id prohibiti
cenſebuntur, ſi in propria patria officium exercuerint extra negotiationem, domum,
fundum, aliamue rem ſibi neceſſariam emere: vt ex not. *in d. l. principalib.* expendit Ame-
deus de Caſtello *de ſyndic. in parte itē in eo quod dictus. n.* 175. Sed nō ab † re hic dubitari poſ- 18
ſet, eademne pœna afficiatur iudex negotiator, qua, & qui aliquam peculiarem empto-
nem facit an diuerſa? & ſane iure communi crederem eſſe diſtinguendum. Nam ſi inter
ſubditos iudex non perpetuus id faceret, dicendum eſt, quod & in 1. concluſione dixi-
mus, præterquam caſibus ibi exceptis, eadem quippe ineſt ratio vtroque caſu. Sin au-
tem inter non ſubditos duorum eſſet quidem vt magiſtratus, tali caſu, publicationis vel
quadrupli pœnam ſubiret, cū pœnæ locus non ſit, niſi quatenus verba conſtitutionis ne-
ceſſario inferunt. Satis ergo erit contractum cenſeri nullum, vt qui contra legis prohibi-
tionem factus fuerit, iuxta notata *in l. non dubium. C. de legibus.* Iure autem Regio vltra hāc
pœnam fiſco applicatur, quod emptum diſtractumue fuerit, vt *d. c. 2. correct.* Aduertendū
tamen eſt, textum illum temporario iudici pœnam impoſuiſſe non perpetuo. Quare
arbitrarie puniri dicerem, ſi iudex perpetuus cōtrahat iuxta negligentiam, aut culpam

Digitized by Google

in officio commiſſam negotiationis cauſa. Vt tamen ſi monitus non arceatur, aut à negotiatione deſiſtat, poſſit officio priuari, *arg. l. iudices. C. de dignit. li. 12. eſt & text. ibi.* Præpoſitus *in c. 1. §. quicunque à primo, de pace ten. & eius violat. in vſibus feudorum.*

CAPVT XXIX.

OFFICIALEM EX OFFICIO QVOD ADMINIſtrat, quicquam emere non poſſe inſinuat.

SVMMARIA.

1 *Officialis ex officio quod adminiſtrat, quicquã emere nequit.*

2 *Pœna iudicis licitantis, quod eo authore diſtrabit.*

1 TErtia concluſio. Ex † officio quod quis adminiſtrat, quicquam emere nõ poteſt per ſe, vel per interpoſitam perſonam. *l. non licet. ff. de contrahen. empt.* contractus enim iſte naturæ officij aduerſatur, exempli cauſa ad munus cenſorum vel conſulum pertinet publica locare vel vendere, nũquid ipſe conſul poterit eſſe vectigalium redemptor per ſe, vel ſuppoſitã perſonam? certe non: fieret n. fraus fiſco, delinqueretq; in officio ſuo, vt *d. l. nõ licet.* quia inter emptorẽ & venditorẽ dẽt eſſe diſcrimẽ, hic vero nullũ, cũ ipſemet emptor & vẽditor eſſe cenſeatur rõe officij, quo vendere tenentur, & rõe cuius Rẽpublicã repræſentat, vt inquit Sal. *in dict. l. quiſquis n. 3. C. ſi cert. pet.* vt ſic nimirum ſi non vtilitatem officij ſeu publicam, ſed propriam agat. Veriſimile enim eſt eius reuerentia alios contra liceri non auſuros, vnde & damnum fiſco oriri poſſit. Idemque conſequenter erit, ſi res priuatæ publica auctione vendantur: iudices nãque eiusue familiares aut aſſeclæ (quos forte Palatinos appellat text. in *l. vlt. C. de. reſcinden. vend.*) non licitabuntur: iuſta enim eſt ſuſpicio contra iudicem, ſi per ſe, aut per eius familiares licitatio fiat, quippe cuius officium & authoritas ad auctionem liberius & vtilius faciendam imploratur, non æquum eſt, vt ipſe eius licitatione impediat, ne libere omnes liceri poſſint. Ex quo apparet, concluſionem noſtram procedere in quocunque officiali temporario videlicet ſeu perpetuo, in propria vel aliena prouincia adminiſtrationem agente, & hoc vltimum probat Alc. *in d. l. præſidis. n. 50. ff. ſi cert. pet.* Ineſt enim eadem ratio omnibus hiſce ſpeciebus, idem ergo ius ſtatui debet.

Cæterum huic concluſioni locus non eſt, cum paterna bona à fiſco diſtrahuntur, iudex quippe hoc caſu emere poterit. *l. qui officij. ad ſi. princ. ff. de contrahen. empt.* ſicut & tolerari in militibus videmus, vt cum paterna eorum prædia fiſcus diſtrahit à licitatione non repellantur, vt *in l. milites. ff. de re mil.* quod ſi verum eſt vltra eam ſpeciem extendi non licebit, quia exorbitans à iuris regulis. Intelligiq; debere reor, ſi palam id iudex fecerit, & bona fide, & in alteri⁹ iudicis præſentia, perinde ac de tutore dicitur, & hac in ſpecie doctrinam Angeli & Fulg. *in d. l. principalibus,* ipſe intelligerem, quam alias generaliter intellectam communiter improbant omnes teſte Iaſone *ibidem 7. lim.*

2 Sed † qua pœna punietur iudex, qui præſcripta violauerit? Et vltra impugnationem actus quadrupli pœnam rei ſic redẽptæ eum ſubiturum aſſerit Marcellus Iuriſcõſultus

in

in d. l. non licet. ff. de contrah. empt. Quod quidem maxime verum eſt, ſi per interpoſitam perſonam id fecerit, nam ex ſuppoſitione, vt prænotatum eſt, facilius præſumitur fraus, vt *l. ſi is qui bonus. ff. de acquir. hared.*

CAPVT XXX.

IVDICES MVTVAS PECVNIAS POSSINTNE ACcipere, examinat.

SVMMARIA.

1 *Iudices mutuum accipere an poſſint.*
2 *Iudices mutuum à non litigantibus an poſſint accipere?*
3 *Pecunia eſt quodammodo ſanguis hominis.*
4 *Pœna iudicis mutuum recipientis.*
5 *Pœna extraordinaria venit imponenda ex dolo præſumpto, & non plene probato.*
6 *Iudices mutuare ſubditis pecunias non poſſunt, nedum dare fœnori.*
7 *Iudices mutuari an poſſint ſubditis.*

QVarta concluſio, Iudices † non poſſunt à litigatoribus, quorum cauſas audiunt mu- 1
tuas pecunias ſuſcipere, ne eo beneficio allecti legem & iuſtitiam illis prodant. Corrumpere enim videtur quis iudicem, eidem pecunias mutuando, vt *l. quiſquis. Cod. ſi cert. pet.* vbi hæc concluſio intelligitur etiam, ſi fœnebrem pecuniam accipiat, quippe cum & hoc caſu eadem ratio inſit: quare vtroque caſu exilij pœna plectetur & mutuans & iudex ipſe mutuo accipiens, vt *in d. l. quiſquis.* Sed † an à non litigantibus poſſit mu- 2
tuam accipere pecuniam? & diſtinguendum quidem eſt. Nam iudex perpetuus mutuo accipere poterit, & idem in quocunque officiali perpetuo, vt *d. l. præſidis. in princip. ff. ſi cert. pet.* quidquid dixerit Alc. *libr. 1. parergon iuris ciuilis. c. 25.* Secus vero in temporali, cui non licet mutuam pecuniam ſuſcipere ab hominibus ſibi ſubditis eius prouinciæ quam adminiſtrat, vt *in dict. l. quiſquis. vbi gloſſ. & Sal. n. 1.* qui tamen aſſerit hoc communiter limitari & reſtringi, niſi vrgente neceſſitate id cogeretur facere, *arg. l. 1. §. præterea. C. de contract. iudic.* dubito tamen, an & hoc ſit verum, cum Doct. à Saliceto citati non in mutuo loquantur, ſed in emptione earum rerum, quæ ad victum veſtitumve pertinent, vt dixi *ſupra n. 8.* quæ magis neceſſaria ſunt ad vitam humanam, quam pecuniæ. Nam † licet ca- 3
rens pecunia omnibus, quæ pecunia quæruntur, carere dicatur, cum alias ſanguis hominis appelletur, vt ait Sal. *in l. admonendi, col. pen. ff. de iureiur. n. 19.* refertq; in eam rem plurima Tiraq. *de nobil. c. 31. n. 350. & ſeq. & c. 3. n. 5.* fortius tamen id verum eſt, iudicem præſumptionem contra ſe habere, q̃ pecunijs non careat, cum ei detur ſalariũ de publico, quare difficillimũ, ne dicam impoſſibile, erit probare egeſtatẽ. Secus vero eſt in his, quæ ad victum pertinent, quibus quis carere præſumitur, niſi quotidie emat, atq; ideo emptionẽ earũ rerum iudici permitti æquũ eſt. Cum vſuris autem licite ſumere poteſt, dũ tamẽ ab eo non accipiat, cuius de cauſa cognoſcere cœpit, vt tradit Alc. *in d. l. præſidis, n. 5.* Idem obſeruandum crederem, ſi reditus annuos alij venderet ob pecuniã ſibi datam cum pacto, vt redi-

Digitized by Google

vt redimere poſſit, nam ſi cum vſuris licebat, fortius & hoc caſu licebit. Verum à non ſubditis mutuam poterit ſuſcipere pecuniam, vt *in l. præſidis. in fin. ff. ſi cert. pet.* ſecundum vnum intellectum: cui adde, niſi conuerſationem habeat in ſua prouincia, vt *in l. quiſquis. C. ſi cert. pet.* Illud tamen generaliter obſeruandum eſt iudicem pro Republica, vel pro vniuerſitate cui præeſt, mutuam pecuniam ſuſcipere poſſe, ſiue perpetuus is, ſiue temporarius fuerit, ſiue à ſubditis, aut non ſubditis acceperit, tunc enim non ſuam, ſed Reipublicæ vtilitatem quærit. *l. Gaius. ff. de vſuris*: ita hæc intelligit Sal. *in dict. l. quiſquis, n.* 1.
4 *C. ſi cert. pet.* Pœna † autem iudicis aut alterius officialis id perpetrãtis erit arbitraria iuxta
5 modum delicti metienda. Nam † cum dolus hac in ſpecie ſit præſumptus, & non vere probatus, non erit pœna ordinaria iudicis corrupti infligenda, vt eſt caſus ſingul. *in cap. afferte. de præſumpt.* vbi licet Salomon ex præſumptionibus motus adiudicauerit vni mulieri filium, noluit tamen alteram capite plecti: quæ iuſtiſſime ea eſſet pœna damnanda, ſi legitime probatum eſſet filium alterius ſurripuiſſe, vt *in l. 1. C. ad l. Fau. de plag.* ſecundum Innoc. *in c. quia veriſimile. de præſumpt.* vbi tradit hanc doctrinam, quam velut ſingularem, & ab alio non traditam commendat Card. *in d. c. afferte.* & ibi Anton. Ioann. de Imol. & Abbas, alijque moderniores: Ioan. Lup. *in allegatione in materia hereſis. §. 11. vbi alia plura in eam rem congerit* Hippol. Marſ. *in rep. l. vnica. C. de raptu virg. n. 131. & in l. repet. ff. de quæſt.* optimus text. Regni noſtri *in l. 4. ad fin. tit. 8. de homic. p. 7.* vbi Greg. Lup. id expendit *in gl. vlt.* allegans Bald. *in l. vlt. ad fin. de prob.*

6 Quinta concluſio, Magiſtratus † pecunias ſuas fœnori dare prohibentur. *d. l. principalibus, ſæpius citati, & l. eos. C. ſi cert.* & hoc eadem ratione, qua & negotiationem diximus prohiberi, quare ibi dicta hic repeti poſſunt. Hodie autem iure Canonico, cum hoc alijs minime permittatur, vt *extra de vſur. per tot.* minus ergo iudicibus quod fuſius traditur per Couarr. *lib. 3. reſolutionum. c. 1.*

7 Sexta concluſio, Neque † mutuo quidem gratuito pecunias ſuas dare magiſtratus poſſunt *d. l. principalibus.* ibique à magis communiter interpretibus receptum eſt, & *in l. eos. vbi gloſſ. Cod. ſi cert. pet.* quod inter ſubditos magiſtratui intelligunt omnes procedere. Sed quæ ſit huius ratio Alc. *in d. l. principalibus. num. 5.* reddit plures. Vel quia quidquid ex concuſſionibus à ſubiectis raperent, mutata cauſa, ſibi ex mutuo deberi fingerent: & manu militari, quæ eis parata adeſſet, ceu iuſtum mutuum exigerent: *arg. text. in auth. vt indic. ſine quoquo ſuffr. poſt princ. verſ. an certe, collat.* 2. vel quod ni fœnora exercere prohibeantur, facile legi fraudẽ facerent, gratuito dare id ſimulantes, cuius vſuram iam ante ſiliquatum nomine retinuiſſent, vt *in l. eos, verſ. interdicta. C. de vſuris.* Vel quia prædam omnem nominum fide traijcere hoc pacto in patriam facile poſſent, ſi in prouincia pecuniam gratis mutuarẽt, Romæque ſibi reſtitui paciſcerentur, *arg. l. ſacrilegi. §. his autem. ff. ad l. Iul. pecul.* cuius criminis incuſat Saluſtium Marcus Cicero. Vel quod mutuum gratuitum non niſi intimis amicis fieri ſolet: at lex arctius aliquod vinculum inter præſides cum prouincialibus contrahi non patitur, vt *in l. obſeruandum. ff. de offic. præſid. & in pragm. 40. Cancellariæ Pincianæ. c. 19.* Pateret enim ambitioni via, & finito magiſtratu per tales amicos criminum inquiſitio impediretur, ſi quam fieri opus eſſet, vt *in l. 1. C. vt omnes iud. tam ciuiles, quam militares, &c.* poſſent & obærati ad res nouas ſollicitari, vt *in l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt.*

maieſt. Hæc ille. Cæterum, ſi prædicta concluſio vera eſt, crederem ita eſſe limitandam, vt quoties alia ex cauſa coniectari poſſet mutuum eſſe factum, vt ſi amico non leui amicitia coniuncto, aut cōſanguineo, alijue, cui alias mutuare ſolebat, liceat iudici mutuam pecuniam gratis aut aliam rem collocare: *argum. eorum quæ ſupra in 1. cōcl. n. 2. latius diximus.* Pœna autem nulla hoc caſu iure ſtatuta inuenitur, niſi ex mutuo aliqua coniectura ſumi poſſit corruptelæ, aut cuiuſcunque illicitæ negotiationis: quo caſu extra ordinem puniri deberet, id quod plurimum à coniectura iudicis pendere arbitror, qua tamen in rē aliter atque aliter ex qualitate coniecturarum reſpondendum erit.

CAPVT XXXI.

IVDICIBVS CONTRAHERE CVM SVBDITIS MATRIMONIUM & donari prohibitum eſſe probat.

SVMMARIA.

1 *Iudici an liceat vxorem eius prouinciæ oriundam, quam adminiſtrat, ducere?*

2 *Materis in cauſa matrimonij filiæ eſt legitimus teſtis.*

3 *Matrimonium contrahentibus pœna iure ciuili an poſſit imponi?*

4 *Iudicibus an poſſit donari?*

SEptima concluſio, Qui † in prouincia officium adminiſtrat, inde oriundam vel ibi 1
domicilium habentem vxorem ducere nō poteſt, prohibetur etiā cōſentire filio ſuo
vxorem ducenti, ex ſententia Pauli Iuriſconſ. *in l. ſi quis officium.* & Marciani *in l. qui in pro-
uincia. ff. de ritu nupt.* ratio huius eſt propter impreſſionis timorē, vt omnibus videtur per
textum expreſſum *in l. vnica. C. ſi rector prouinc.* ibi, *Poteſt eſſe terribilis.* Sin autem alia poſ-
ſit conſiderari ratio, quare vxorem duxerit; non præſumetur metus impreſſionem
interceſſiſſe, niſi probata fuerit. Exempli gratia: Si prouinciam in qua oriundus eſt,
aut domicilium habet, adminiſtrauerit aut perpetuus fuerit, vxorem ducere tunc non
prohibetur ex rationibus ſupra in prima concluſione adductis. Vel ſi poſt magiſtratum
finitum ſponſæ conſentiat, vt *in dict. l. ſi quis officium. ff. de ritu nupt. & dict. l. vnica in fin. C. ſi
rector. prouinc.* Aut ſi veterem ſponſam in prouincia, quam quis adminiſtrat vxorem du-
cat, vt *in l. ſi quis officium. §. 1. ff. de ritu nupt.* vel ſi filiam nubilem magiſtratus in matrimoniū
collocauerit, hoc quippe ea ratione permittitur teſte Alc. *in d. l. præſidu. in fin.* quia impreſ-
ſionis metus ceſſat præſumptio. Cum veriſimile non ſit, velle patrem per vim filiam cui-
quam obtrudere: vt ſic non tam vxor, quam concubina eſſet, neque vnquā futura ma-
rito grata, vt per Abbat. *in c. tuis. de ſponſal.* Qua ratione † lex Pontificū matris teſtimoniū 2
regulariter non reijcit, quæ pro matrimonio filiæ quicquam affirmet: non enim veriſi-
mile eſt, velle eam in concubinatum cuiquam filiam dare, ſanguinemque ſuum prodi-
tum iri. *c. ſuper eo. 2. vbi Bal. extra de teſtib.* vel alia ex cauſa id permittitur in filiā, & non iti-
dem in filio, quia præſumitur id feciſſe patrem, vt ex dilatione imminens periculum e-
uitaret, cum opportunitas adfuit, q̄ quidem præſumptio aliam timoris tollit. Atqui hæc
ratio non conſideratur in maſculis in quibus tale non imminet periculum, ita ſenſit Sal.

in d.l.ſi quis officium.ff.de ritu nupt. ſequitur Dec. *in d.l.principalibus.n.4.* & hæc mihi verior videtur, quamuis Alc. *in d.l.præſidis, ad fin.* friuolam eam appellet. Pœna vero iudicis prædicta violantis, vel eius officialiũ, quibus tamen adminiſtrator operam dederit, ponitur *in d.l.1. ſi rector prouin.* & quando per vim id facere tentauerit, licet nõ perfecerit, ponitur
3 *in l.1.C.ſi quacunque præd.poteſt.* De † iure tamen Pontificio hæc non procedunt, cum liberum debeat eſſe matrimonium. *c. gemma. de ſponſ.* quare, niſi vis aut metus probetur vere, non impugnatur, quod latius probat Dec. *conſil.231. Viſo caſu.lib.2.* & Couar. *de ſponſa c. 3.§.5.* vbi legẽ ciuilem negat habere poteſtatẽ pœnam ſtatuendi, quo minus libere matrimonium contrahatur, ex quo leges Regias pœnam exhęredationis ſtatuẽtes filiabus abſque parentum conſenſu maritum eligentibus non ſeruari contendit. Id quod latiſſime comprobat Rod. Suar. *in l. 2.tit.de matrimon. foro legum, verſic. quaro primo* licet contrarium pluribus medijs concludat Ioan. Lup. *in repet.c.per veſtras, notab.3. §.3. & 9.*

4 Octaua † cõcluſio. Iudicibus donari prohibitum eſt, ſiue à litigatorib. donetur, ſiue ab alijs ſibi ſubditis, lex n. contractui reſiſtit, præſumitq; ex ſubiecta parte liberũ defuiſſe cõſenſum, vt *in l.1.C.de contr.iud. & in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. ſcriptum, coll.2. & in c.1.correct.* quod ſi alia cauſa cõiectari poſſit, quare donatio facta fuerit, nihil eſt q obſtet eius validitati, vt puta, ſi ob remunerationem factã ſit ab amico, meritaque præcellentia probẽtur extra officium, ita Bart. aduertit *in l. Aquilius Regulus.num.1 per tex.illum.ff.de dona.* ibique Rom. ſequitur poſt princip. & reputat ſingulare Alex. n. 4. & Iaſon. *in l. principalibus 6. limit.11. ff. ſi cert.pet.* Tiraqu. *in relectione. l.ſi vnquam. in verb. donatione largitus numer.45.C.de reuocand.donat.* quibus quidem ipſe aſſentio, quamuis Aretinus neget huiuſmodi donationem valere *in dict.l.principalibus numer.13.ff.ſi certum.pet.* fieret enim, vt ipſe ait, non difficulter legi fraus. Neque iuxta eius ſententiam quicquam obſtare poteſt Papiniani reſponſum *in d.l. Aquilius* quoniam in eo, *Aquilius Regulus iuuenis ad Nicoſtratum præceptorem ita ſcripſit*, legendum eſt, non *prætorem*, vt ibi inquit Accurſius *in gloſ.1.* quod & ipſe probare nititur ex *l.vlt.C.ad l.Iul.rep.* in eius generalitate. Quibus tandẽ non aduertẽtibus, procedit plane prima opinio, & ita reſpondetur ad tex. *in d.l. vlt.C.ad l. Iul.rep.* quia ibi ideo non valet donatio iudici facta ob beneficia: quoniam ea facta ſunt à iudice tempore adminiſtrationis, & ex officio non extra id. Neque fraudem legi fieri poſſe ferendum eſt, probari ſiquidem debent merita, vt ſupra diximus, & amicitia extra id quod ad munus pertinet.

CAPVT XXXII.

ESCVLENTA ET POCVLENTA, ALIAQVE XENIA iudices an capere poſſint a litigatoribus, aut alijs, fuſe examinat.

SVMMARIA.

1 *Eſculenta & poculenta an iudices poſſint accipere?*

2 *Iuramentum eſt in forma ſpecifica adimplendum.*

3 Minimu.

3 *Minimis lex non offenditur.*

4 *Iuramenti verba propriè ſunt intelligenda.*

5 *Iuramentum extenditur ad id, quod venit ex natura actus.*

6 *Iuramentum extenditur ad id, cuius nemo ſentit incommodum.*

7 *Iudices ordinarij an xenia capere poßint.*

8 *Munera accipientem quatuor conſiderare oportet.*

9 *Officiarij, ſalarium non habentes congruum, munera an capere poßint?*

10 *Salaria congruentia officialibus præſtare oportet.*

SED de his hactenus, † & vt iam tandem eo vnde egreſſa eſt, referat ſe oratio, ad propoſitã que redeamus quæſtionem, illud indubitati iuris eſt, iudicibus eſculenta & poculenta accipere, fas nõ eſſe, verumenimuero plebiſcitum de hoc factum fuit, cuius meminit Modeſtinus in Pandectis, *titul. de officio procon*, in hæc verba: *Plebiſcito continetur, ne quis præſidum munus, donumue caperet, niſi eſculentum potulentumue, quod intra dies proximos prodigatur.* Vlpianus tamen latius explicans hoc temperamentum *in l. ſolent. §. vlt. ff. de offic. procon.* *Non vero*, inquit, *in totum xeniis abſtinere debet Proconſul, ſed modum adjicere, vt neque moroſè in totum abſtineat, neque auarè modum xeniorum excedat. Quam rem diuus Seuerus & Imperator Antoninus elegantißimè epiſtola ſua moderati, cuius verba hæc ſunt: Quantum ad xenia pertinet, audi quid ſentimus: Vetus prouerbium eſt, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων: Neque omnia, neque quouis tempore, neque ab omnibus. Nam valde inhumanum eſt à nemine accipere, ſed paßim vilißimum, ac per omnia auarißimum.* Demum ſubdit: *Sed neque xenia producenda ſunt ad munerum qualitatem.* Hæc ille. Illud autem Eſai. 33. & 35. cap. dicentis. *Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere*: intelligendum eſt de muneribus, quæ accipientis animos allicere, aut peruertere poſſunt, *cap. & ſi quæſtiones. de ſimon.* Iure etiam Canonico id permiſſum eſt delegatis. *cap. ſtatutum. § inſuper. de reſcr. li. 6.* quamuis iure noſtro Regio id nullis permittatur iudicibus, iuxta ſententiam Iacob. Septimacenſis Regij Senatoris inſtitutionibus Catholicis, *c. 34. de inquiſitoribus, n. 21.* per tex. *in l. 7. & 8. tit. 15. li. 2. ord. & in pragm. 40. Vallisoletanæ cãcellariæ. c. 20.* Sed & iure comuni recentiori authenticorũ illud idem prohibitũ fuerat. Iudicib. quippe ſalariũ congruũ de publico percipiẽtibus, munera xeniaue aliqua quamuis minima in quantitate accipere fas non erat, vt *in auth. ſcriptum exemplar. 2. in ſi. collat. 2.* vbi gl. alia inſuper glo. *in auth. iusiurandum quod præſtatur ab his § . 1.* & per præcerata iura idem affirmant Gabriel de Olelletis, Rain. & Alb. *n. 2. in l. ſolet. §. non vero. ff. de offic. proconſ.* dicuntque ita ſæpius conſuluiſſe, Luc. de Penna *in l. in ſacris, col. vltim. verſ. Quarto quæro. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.* glo. *in § . l. Iulia, Inſt. de publ. iudic. & in c. non licet. 11. quæſt. 3.* Ang. *in Auth. iusiurandum quod præſt. ab his, coll. 2.* Matth. de Afflict. *in conſti. Regni Siciliæ lib. 1. ſub rubr. 41.* quę eſt, de officio capitanei. Ioan. Imolen. *in c. cũ ab omni, de vita & hon. cler. & Clem. nolentes, de hæret.* Alex. *conſ. 206. Viſo themate li. 2. n. 9. & 10.* Villadiego *in tract. contra hæreticam prauitatem, c. 8.* Petr. Nunnius *de mand. ex quen. c. 2. num. 3. & 4.* quod quidem maxime procedere adſeuerat iure noſtro Regio quippe quo generaliter ſtatutum ſit, vt nulla recipiant munera, vt *in d. cap. 2. correctorum*, dum ſic ait: *Y no recibira dadiua, ni aceptara promeſa ni donacion, ellos, ni ſu muger, ni hijos de ninguna perſona, por ſi, ni por otro, directe ni indirecte, durante el tiempo de ſu oficio, de cuya mano aya de venir a el ya ſu prouecho. ni*

T 2 *reciban*

reciban mas de ſu ſalario y derechos que iuſtamente deuieren de auer, ſegun la tabla de ſu auditorio. Cum ergo generaliter loquatur, generaliter eſt intelligenda. *cap. nemo poteſt bene agere. de pœnit. diſt. 1. l. de pretio. cum ſimilibus. ff. de Publiciana.* Id quod maxime nititur comprobare ex *l. 40. c. 20. pag. 24. col. 3. in Regys pragmat.* vbi hoc idem peculiariter ſtatuitur in magiſtratibus maioribus curiæ, hoc eſt, Præfecto prætorio, Auditoribus, Prętoribus criminalium, & alijs fori Regij Pintiani iudicibus, quibus inhibetur xenia, aut eſculenta, poculenta ve capere. Ex eis namque alij exemplum ſumere debent. Quare grauiſſimæ infliguntur pœnæ contrarium facientibus, nam minima quoque mouent animos, minimaque accipiendo delinquitur *c. fur autem. 14. q. 6.* & vt inquit Pintianus Senator *in ſuis inſtitutionibus. c. 34. n. 21.* aurum eſt, vt habet vulgare prouerbium, quod auro æquiualet. Præterea hoc idem fulcire conatur Petr. Nunnius *vbi ſupra*, ex eo quod iudex iurat nihil recipere.
2 Quod in forma † ſpecifica adimplendum eſt, & minima quæque veniunt conſideranda in iuramenti obſeruatione. *c. ad noſtram, de iureiur.* Decius *in rubr. de iud. n. 20. & in c. 1. n. 23. eod. tit.* Si ergo iudex, qui nihil recipere iurauit vltrà debitum ſalarium, durante officio, munus quantumuis minimum reciperet, violaret dubio procul iuriſiurandi religionem, neque in forma ſpecifica adimpleret illud, quippe cum vnus etiam minimus defectus ſit in conſideratione, vt actus perfecte non dicatur impletus, gloſ. *in l. communi diuidundo. ff. commun. diuid.* Bald. *in l. cum ſit. C. de ſepul. viol.* ex quo correcta videtur *l. 30. tit. 15. lib. 2. ordin.* quæ iudicibus maioribus permittebat eſculenta & poculenta in minima accipere quantitate.

Oppoſitam tamen ſententiam, imo quod eſculenta & poculenta impune capi poſſint à quibuſuis iudicibus, iuxta formam *d. §. non vero.* aſſerit eſſe veriorem Guil. de Cuneo *in l. Plebiſcito. ff. de offic. præſid.* eo quod lex illa noua, *in d. authent. ſcriptum exemplar*, generaliter loquens, reſtringitur per legem antiquam in caſu ſpeciali loquentem, iuxta notata per iuris interpretes *in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog.* per gloſſ. *in l. de pretio. ff. de Public.* eandem viſus fuit ſentire opinionem Bald. *in d. l. ſolent. §. non vero. num. 2.* Paris de Puteo *de ſyndicatu, in verb. eſculenta*, & rurſus *in verbo conſiliarijs*, Alexand. *d. conſ. 206. n. 10. lib. 2.* Vtpo-
3 te † cum minimis lex non offendatur, *arg. l. quamuis. ff. de condit. & demonſtr.* neq; ex talibus iudicum deflectantur animi, *vt ibidem inquit Bald.* Quæ quidem ſententia humanior videtur ſaltem quoad pœnam vitandam. Et maxime hodie iure noſtro Regio, per præcitatam *l. 30. tit. 15. lib. 2. ordinat.* qua permittitur magiſtratibus etiam minoribus eſculenta, aut poculenta in parua quantitate accipere ab vltro offerentibus, poſtquam eorum cauſæ plene expeditæ fuerint, quæ ſpecialiter correcta non inuenitur, & leges aliud generaliter dicentes refrenare voluerunt auaritiam, vt Alexand. vbi ſuprà, quòd ſi quis huic tanquam humaniori ſententiæ, maximè ad pœnam euitandam, adhærere maluerit, facile refellere poterit argumenta in contrarium adducta, & primo generalitas legis
4 non obſtat per ſupradicta. Multo † minus offendet, quod de obſeruantia iuramenti in ſpecifica forma tradit Nunnius *vbi ſupra*: illud enim intelligitur quoad interpretationem verborum, quæ proprie intelligi debent in iuramento, vnde qui promittit iureiurando ſoluere, compenſare non poterit, vt *in cap. ad noſtram. 1. extra de iureiurand.* & ita
5 commun. intelligitur ſecundum Felin. *antep. col.* attamen † ex hoc non excluditur interpreta-

terpretatio, quæ extra proprietatem verborum venit ex natura actus, vt probatur *in l.*
vlt. C. de non num. pecun. Præterea † hic non agitur de præiudicio tertij, cum vltro fuerit 6
munuſculum oblatum, at vbi non infertur cuipiam grauamen, impropriè & ficte iuramentum intelligitur. *c. ex parte tua. vbi Abbas, extra de cleric. non reſid.* Cæterum hoc ita intelligendum cenſeo, ſi à non litigantibus acceperint, licet ſint ſibi ſubditi: ſecus vero quando à litigantibus, aut proxime litigaturis eſculentum, aut poculentum accipiant in quantumuis minima quantitate: nam grauiſſimis in ea ſpecie afficiuntur pœnis, hoc eſt, periurij ſimul atque priuationis cinguli & dignitatis, & cuiuſuis publici iudicandi muneris, duplique reſtitutione, *vt in l. 7. tit. 15. lib. 2. ordin. ibi. Aßi los del fuero, como los del ſalario*, & in pragmat. Regijs. *l. 40. §. 20. fo. 24. col. 3. in princ.* niſi eã intelligere libuerit in iudicibus ſuperioribus fori Regij, de quibus loquitur tantum, non in alijs. Maius ſiquidem crimen contrahunt maiores, qui alijs conſtituuntur exemplo, vt ibi dicitur, quam inferiores: quippe quorum grauamina per appellationem reparari poſſint, non ergo æquum erit pœnam in d. l. contentam ad alios inferiores iudices extendere: tum ob imparem cauſam ſeu rationẽ, quæ in vtroque vertitur caſu: tum etiam quia pœna non debet ampliari, aut intelligi vltra ſpeciem in l. contentam, cui ſententiæ aſſentire videtur Montal. *in l. 2. tit. 2. lib. 2. fori, in glo. O quel pro metan.* Iudices † tamen ordinarij huius Regni, qui 7
quolibet anno cõſtituũtur, quibusque nulla ſtipendia aſſignantur, ij tanquam iudices delegati, xenia in minima quãtitate capere nõ prohibentur. *c. ſtatutũ. §. inſuper. de reſcr. lib. 6* Nic. Boer. *deciſ. 153. nũ. 28* Luc. de Peña *in l. in ſacris. 7. col. verſ. Secũdo quæro. C. de prox. ſacr. ſcrin. li. 12.* Pet. Nunnius *d. cap. 2. correctorum. num. 4. verſ. Tertio deducitur.* Quibus non parum confert text. *in d. auth. ſcriptum exemplar.* ibi: *Aut ſi non eſt eis aliquod publicum ſolatium, quantum ei inculpabilis antiquitas diffiniuit.* Vt à ſpontaneis ipſis, quam ab inuitis accipiant, & hoc parum, & quantum eis ad mediocrem ſufficit vitæ gubernationem, quod omnes intelligunt, quando munus mera liberalitate eſt oblatum, ſecus vero ſi non vltro, ſed vi, metu aut impreſſione iudicantis ſit exactum, per ſe vel per alium directe vel indirecte, gloſſ. *in d. § inſuper.* Nicol. Boer. *deciſ. 153. n. 28. & 29.* Purpur. *in l. quadam. ff. de offic. aſſeſſ. fol. 41. num. 173. verſ. quinimo niſi decretum.* Dum † tamen ea non excedant, quæ per Alberic. refe- 8
runtur *in l. plebiſcito. n. 3. ff. de offic. præſid.* nempe quod non recipiantur à calumniatoribus & perſequutoribus innocentum, neque ab iniuſte vexatis, vt per Greg. *libr. 5. regiſtri*, neque ab infamibus, vt per Senecam *libr. 2. de beneficijs*, neque paſſim, quia auariſſimum & viliſſimum, vt *in d. l. ſolent. §. vltim. ff. de offic. proconſ.* quod dictum refert & ſequitur Iacob. Montolonius *in promptuario iuris. in verbo, xenia.* Ioan. Neuiz. *lib. 5. ſylua nuptialis. num. 99.* id quod rectius explicat Roman. Pontifex *in c. & ſi quæſtiones. de ſim.* his verbis: *Cum in accipiendis*, inquit, *& dandis muneribus tria ſunt maxime attendenda, perſona ſcilicet dantis, & accipientis qualitas, quantitas muneris & donationis tempus. Qualitas perſonarum, vt à quo & cui, videlicet, an à paupere diuiti, an è diuerſo, ſiue à diuite locupleti datum fuerit, æſtimatio muneris, & donationis tempus, ſi magni vel minoris pretij res data exiſtat, vel an inſtante neceßitate, aut alio tempore conferatur.* Hactenus Decretalis. REL. Vt perfectius poſſit materia iſta percipi, quæſtionem iſtam rogo explices, Nunquid † iudices, aut alij officiales ſalarium habentes, 9
non tamen omnino congruum, eſculenta poculentave capere poſſint impune? ADV.

Luc. de Penna *in dict. l. in ſacris, col. 7. verſic. Secundo quæro*, æquiparat hos duos caſus, ſcilicet, nullum ſalarium, vel non ſufficiens habere: dicens vtroque caſu licere accipere xenia modicæ quantitatis, vel etiam expenſas, quæ ſufficiant ad mediocrem vitæ moderationem, *arg. text. in d. authent. ſcriptum exemplar. coll. 2.* cui quidem ſententiæ non facile aſſentirem. Quippe qui munus ſubijt iudicandi, perpendere debuiſſet, num ſtipendium ſibi ſufficeret, nec ante acceptare: ſibi ergo imputet, ſi id non conſiderauit: prout in ſimili dixit Barbat. *in c. cum ſit generale. col. 18. de foro comp.* quod iniquam proferens ſententiam metu tyranni licet à dolo excuſetur, id tamen verum eſſe affirmat, quando ab initio non potuit veriſimiliter id cogitare, alias ſecus. Ex quo deducitur, quod ſi hæc veriſimiliter cogitare non potuit, vt quia minoris victualia emi poterant, quando acceptauit officium, deinde omnium rerum pretium auctum eſt: tunc ſine expermiſſu Principis id capere poſſe videatur: qui hoc non ignorans, ſalarium non auget. Quod maxime verum eſſe conſtat, quoties non modo non auget, ſed potius minuit, nam tunc licebit enim xeniolum ſumere, nam illud pauculum quod accipitur expeditioni cauſæ calcar addit, vt ſic litigantes minus fatigentur amiſſione temporis & expenſis hoſpitij, vt recte conſiderauit Ioan. Neuizan. *in ſua nuptiali ſylua lib. 5. n. 99.* Bocr. *d. d. c. 153. n. 3.* Commodius tamen agetur & congruentius erit diuinæ iuſtitiæ ab his abſtinere, iuxta
10 illud, *Beatus qui excutit manum ſuam ab omni munere, c. non licet. 11. q. 3.* Caueant † tamen interim Principes, omnesque quibus Reipublicæ gubernatio tradita eſt, ne huiuſmodi exceſſibus occaſionem præbeant, & conniuere videantur, quippe qui iudicibus & alijs officialibus de aliquo competenti ſalario prouidere tenentur, ne ſimilia perpetrent. Æquum enim eſſe videtur & iuſtum, vt ſalarium correſpondeat labori, vt not. gloſſ. *in l. argentarius. ff. de edend.* & Felin. *in c. a ... fin.* gloſſ. Nunnij *in cap. 2. de mand. exequend. num. 13. verſ. & contra.* vt de Referendarijs inquit Ludou. Gomez *in regulis Cancellariæ in vtriuſque ſignaturæ compendio, pag. 318. verſ. ſed iſtud, de eſculento.* & de Doctore cathedram regente aſſerit Didac. Perez *in l. 1. tit. 10. libr. 1. ord. in gloſſ. vlt. verſ. eſt etiam ſubtilis quæſtio.* Abhorret enim lex ſine præmio homines laborioſis officijs præfici, vt dicit text. *in §. ſi quis autem. in auth. de iudicibus.* quia alicui officium ſuum non debet eſſe damnoſum. *c. cum non deceat. de elect. lib. 6.* & teſte Catone:

Cum labor in damno eſt, mortalis creſcit egeſtas.

Gloſſ. *in d. §. ſi quis, in verb. pedaneus,* Azo. *in ſumma Cod. de ſportulis.* Leges enim neminem in paupertate viuere, nec in anxietate mori permittunt, *auth. de hered. & Falcid. circa finem.*

CAPVT XXXIII.

POENAS ADVERTIT MVLTIFARIAM MVNERA capientibus impoſitas.

SVMMARIA.

1 *Pœna iudicibus præſcripta munera capientibus.*
2 *Pœna iudicis pecunia corrupti.*
3 *Pœna iudicem corrumpentis.*
4 *Sententia per pecuniam lata eſt ipſo iure nulla.*

5 Sen-

5 *Sententia lata à iudice precibus corrupto an valeat.*
6 *Pœna iudicis corrupti iure Regio.*
7 *Pœna iudicem pecunia corrumpētis codē iure.*
8 *Iudicem corrumpere volentem iudex ipſe decipere & punire poteſt.*
9 *Corruptionis crimē poſt mortem opponi poteſt.*
10 *Pœna iudicis munera ſimpliciter recipientis, aliquid vltra taxatas ſportulas.*
11 *Pœna officialium munera recipientium.*
12 *Pœna ſeptupli cui applicetur.*
13 *Pœna ſeptupli exigitur eius quod ſummam taxatam exceſſit.*

RELATOR.

CÆterum, vt † promiſſis pareamus, operæpretium erit pœnas à iure ſtatutas iudici- 1
bus, alijsve officialibus pecuniam, aliave munera recipientibus, hîc inſerere, vt tamen non prætereantur, quæ dantibus iudicibusve corrumpentibus imponuntur. Incipe ergo per concluſiones diſcurrere cuilibet pœnam iuri conſonam applicando. ADV. Magnum hoc opus eſt. Sed quod ſenſerim libenter explicuero. In prima concluſione *ſupra c.24.n.1.& 2.* aſſerui iudices nihil recipere poſſe, vt rectum proferant iudicium, vel vt citius cauſam expediant. Pœna iudici aliquid recipienti, vt ſententiam ſi iuris eſt in mei fauorem proferat, licet iuſtam, iure communi ſtatuitur, vt quadruplum reſtituat, *l.1.ff.de calumniat.l.1.C.ad l.Iul.repet.* duplum parti læſæ & duplum fiſco, *l.3.in fin. C. de aſſeſſor. gloſ. vltim.* & Salic. *in l.1.C.ad l.Iul.repet.* quia nulla turpitudo ex parte dantis verſatur, vt ſupra dictum eſt: ſi autem verſaretur, totum fiſco quæreretur, vt *in l. Lucius. in fin. ff. de iure fiſci, & infra num. ſequent.* vt opinatur gloſ. & Salic. *in dict.l.1.* & Franc. Lucunus *de fiſco.2.par.num.4.* Sed nouo iure qui accepit, vel promiſſionem ſuſcepit, ſi cauſa pecuniaria ſit, dati triplum fiſco perſoluet, dignitate ſeu cingulo amiſſo. Si vero criminalis cauſa fuerit confiſcatis omnibus bonis in exiliū mittitur, vt *in auth. vt litigan. in exord. litis iurent. §. ſi quis autem ex litig. coll. 9. & in auth. nouo iure, C. de pœna iud. qui male iudic.* verum iure noſtro Regio vltra prædictas pœnas infamia perpetua notatur, vt *in l.25. tit. 14. de ſolutionibus part.5* & ſi cauſa criminalis fuerit ex qua mortis aūt membri mutilationis condemnatio ſequi poſſet, omnibus confiſcatis bonis in inſulam perpetuo deportatur, vt *eadem l. in fin.*

In ſecunda concluſione ſupra *c.25.nu.1.* aſſerui, iudici non licere pecuniam aliamvè 2
quancumque rem à litigatoribus accipere, vt ad commodum dantis iuſtè vel iniuſtè ferat ſententiam. Sed † qua pœna afficitur iudex ita recipiens? Et quidem iure communi antiquo & recentiori, iure etiam Regio, quamplurimæ ſtatutæ inueniuntur, & primo quadrupli ſubire pœnam pluribus legibus cautum eſt, *l.1.ff. de calumn.l.1. C. ad l. Iul. repet.* & hoc quando ciuiliter ageretur contra iudicem, ſecus ſi criminaliter, vt Tho. Gramm. contendit *conſ.35. num.11. in fin.* cui ipſe non aſſentio, tum quia ex titulo ſub quo *d. l. ſituatur.* apparet contrarium, ſcilicet, *ad l. Iul. repet.* qui inter alia crimina ponitur, tum etiam quia fiſco applicatur, vt *ſupra num. praced.* diximus, item expenſas parti læſæ, æſtimationemque litis diſcriminis reſarcire tenetur, *l. vltim. C. de pœna iudic. qui male iudic.* alia inſuper adijcitur pœna, ea videlicet quæ pro falſi crimine infligitur *in l.1. §. & qui iudicem. ff. ad l. Cornel. de fal.* vbi gloſſ. notat, Bald. *in l. vltim. 1. col. C. de*

pœna

pœna iudic. qui male iudic. Paris de Puteo *de ſyndicat. in verſ. fideiuſſor. 1. col. in princip.* quæ pœ-
na eſt deportationis, *l. 1. §. vltim. ff. de falſ.* & omnium bonorum publicatio, vt ibi dicitur.
His accedit alia pœna iure authenticorum ſtatuta contra iudicem corruptum pecunia,
aut quouis alio munere, videlicet exilium, confiſcatio bonorum, atque in corpus ver-
bera & ſupplicium, vt *in auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. ſi quis autem, coll. 2.* ibique Iacob
de Bellouiſu, & Ang. dignitatem etiam & cingulum amittit, vt *in auth. nouo iure. C. de pœ-
na iud. qui male iudic.* vel dici poteſt pœnam eſſe extraordinariam iudicis arbitrio æſti-
mandam vſque ad deportationẽ, vt ait gloſſ. *in l. 1. C. ad l. Iul. repet.* ibique Iacob. Butri.
Cyn. & Salic. & cæteri, vt Thom. Gramm. atteſtatur *d. conſ. 35. num. 9.* per text. *in l. lex
Iulia. §. hodie. ff. ad l. Iul. repetun.* dicente, hodie ex l. repetund. extra ordinem puniuntur:
3 & plerique vel exilio, vel durius, prout admiſerint. Simili † quoque modo iudicem
corrumpens pœna falſi punitur, *d. l. 1. §. & qui iudicem. ff. de falſ.* idem ſi corrumpere ten-
tauerit, vt ibi. Item tenetur lege Iulia repetundarum, *l. vltim. C. ad l. Iul. repet.* quorum
criminum pœna eſt arbitraria vſque ad deportationem, incluſiuè, vt *in l. 1. §. vlt. ff. de
falſ.* & *d. §. hodie. l. lex Iulia. ff. ad l. Iul. repet.* Quinimò & alijs pœnis verberum atque
ſupplicij ſubiacent, vt aſſerit Thom. Gramm. *d. conſ. 35. nu. 13. & 14.* per text. *in d. §. ſi quis
autem. in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. coll. 2.* qui tamen nihil probat, diuerſam enim
continet ſpeciem, nam in iudice dante, aut promittente aliquid, vt officium conſe-
quatur, loquitur: in quo grauius contrahitur crimen: quare nil mirum ſi diutius punia-
tur. Subdit idem Thom. quod cum iudex & corruptus & corrumpens ſint correlati-
ua, diſpoſitum in vno, & in alio cenſetur repetitum, etiam reſpectu pœnæ, vt per Abb.
in c. quia clerici, de iure patr. vbi hanc aſſerit eſſe communem. Iaſ. etiam *in l. vltim. col. 3. C.
de indicta vidui. toll.* quod ſane, iudicio meo, minus eius tuetur ſententiam, cum illud
verum ſit, quando in vtroque ex correlatiuis ineſt eadem ratio, vt ipſimet authores per
eum citati concludunt. At hîc non eadem, ſed diuerſa admodum verſatur, grauius
quippe delinquit iudex accipiens, à quo alij exemplum ſumere deberent, quam litiga-
tor dans ei aliquid, vt iam alibi diximus. Quare ſat erit pœnæ, ſi datum ſimul & cauſam
amiſerit, & fiſco triplum dati reſtituat, ſi cauſa fuerit ciuilis, ſi verò criminalis, grauius
4 puniatur. Deniq; † ſentẽtia lata per pecuniam eſt ipſo iure nulla, vt *in l. venales, & ibi DD.
C. quan. prou. non eſt neceſſe, & in §. venales. 2. q. 6. gloſ. ordin. in cap. quatuor. 11. q. 3.* quod tripli-
citer limitat Felin. *in c. tua nos, num. 5. de ſimo.* Primo, vt non procedat in ſententia arbitri,
quæ per pecuniam lata, non eſt ipſo iure nulla, *l. 3. C. de arbitr. not.* Imo *in cap. 1 num. 14. de
conſtit.* vbi ſententiam (ait) arbitri pecunia corrupti valere, ſaltem quoad effectum, vt
ipſo iure incidat in pœnam ei contrauenieńs. Secundo intelligit, niſi pecunia poſt ſen-
tentiam data fuerit, quia in ſpecie niſi probetur pactum præceſſiſſe ſententia, non eſt
nulla, neque iudex de repetundis puniri poterit, ita eleganter cõſuluit Petr. de Anchar.
conſil. 271. de titulis criminum, nu. 4. Marſilius *ſingulari 190.* idem Anchar. *conſil. 201.* Bald.
conſil. 353. lib. 5. Tertio limitatur, niſi lata fuiſſet à tribus iudicibus, quorum alter tantum
fuiſſet corruptus, ita ſingulariter affirmat Ioann. Andr. *in addit. ad ſpeculum. tit. de ſenten-
tia prolat. §. iuxta, in princ. in addit. incip. quid ſi ex duobus*, Roman. *in l. 1. §. ſtipulanti, col. vltim.
5 ff. de verb. obligat.* Sententia † vero lata à iudice non pretio, ſed precibus corrupto non
eſt

eſt ipſo iure nulla, *l. ſeruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebell.* de quo fuſius per Imol. *in l. diuus,*
num. 12. & deinceps. ff. de re iudic.

Iure † autem Regio pœna iudicis corrupti hæc eſt, in cauſa ciuili: Si pecunia, aliove 6
munere corruptus ſententiam iniquam protulerit, iniuſtè condemnato damna & æſti-
mationem litis, expenſaſque per eum iureiurando declaratas & æſtimatas reſarciet, in-
currit præterea infamiam perpetuam, quia contra iuramentum in officio præſtitum ve-
nit directè, & inſuper priuari debet officio iudicis, & reſtituere fiſco triplum eius, quod
accepit: duplum verò eius quod ſibi promiſſum fuit, & nondum traditum, ſententia-
que eſt ipſo iure nulla, vt *in l. 23. titul. 22. par. 3. l. 52. titul. 14. de ſolut. 5. part.* Sin autem cauſa
fuerit criminalis, & iniuſtè ſcienterque innocentem condemn..uerit, eandem ſubibit
pœnam iudex, quam & ipſe damnatus, mortis videlicet & deportationis. Quod ſi Rex
pœnam mortis iudici inferri noluerit, poterit bona eius confiſcare, & in exilium Regni
perpetuum mittere. Verum ſi pretio corruptus, iniquam protulerit ſententiam perpe-
tuò deportabitur, eius bona omnia fiſco inferentur, deſcendentibus aut aſcendenti-
bus in quarto gradu deficientibus, quod ſi non deſint, bona eis non fiſco quærentur.
Dummodo quadruplum eius quod recepit hæredibus condemnati perſoluat, & tri-
plum fiſco, aut duplum eius quod fuit promiſſum, *l. 24. tit. 22. part. 3.*

Iudicem † vero corrumpens pecunia, amittit cauſam, & patitur pœnas omneis iudi- 7
cibus hac in ſpecie impoſitas, dandoque, aut promittendo aliquid, præſumitur crimen
confiteri, de quo accuſatus extitit. Sin autem cauſa ciuilis fuerit, triplum dati fiſco reſti-
tuet, & duplum promiſſi, & cauſam nihilominus perdet. At ſi quis detexerit ſponte ſe
dediſſe, aut promiſiſſe aliquid iudici, perſonamque declarauerit, & inſuper hoc proba-
uerit veniam conſequetur, recipienſque tantum punietur, vt *ſupra nu. præcedenti.* Sed ſi
datum vel promiſſum probare litigator nequiuerit, officialis de repetundis infamatus,
ſe ab incuſatione poterit liberare, ſi iureiurando præſtito aſſeruerit, neq; ſe neque alium
eius nomine aliquid ſuſcepiſſe, niſiq; ſibi fuiſſe promiſſum. Atqui litigator, qui muneris
receptionem probare nequiuit, ſi cauſa pecuniaria fuerit, æſtimationem litis fiſco per-
ſoluet, lite ſuſtinente proprium euentum: ſin autem criminalis, bonis omnibus publi-
catis cauſa apud cōpetentem iudicem legitimè terminabitur, *l. pen. tit. 22. de iudic. part. 3.*
quæ originem habuit ab authen. & litigan. in exord. litis iur. §. ſi quis autem ex litigat. collat. 9. & ad
auth. nouo iure. C. de pœna iud. qui male iudic. Quas † ſanè pœnas non euitabit litigator, qui 8
corrumpere tentauit iudicem, licet non corruperit, vtputa ſi aures præbere ſe finxit iu-
dex, & corrumpere volentem decepit, adhibitis ſecreto teſtibus, qui verba corruptio-
nis audirent, & coram eis pecuniam accepit: poterit namq; eum punire ipſemet iudex,
vt Ioan. Lup. adſeuerat *in rep. c. per veſtras, in princ. §. 29. num. 3. de don. inter vir. & vxor.* arg.
eius quod adnotauit Paul. Caſtr. *in l. ſi quis ſeruo, per tex. ibi. C. de furt. 1. not.* & Iac. de ſancto
Georgio, de vxore quæ adulterare volentem decepit, vt vir eius eum offenderet, atque
de Caſtellano ſeu cuſtode arcis, refert Ant. Gom. *in l. 80. Taur. num. 65* & Greg. Lup. *in l.*
8. in gloſ. vltim. per text. ibi, tit. 14. de fur. p. 7. Adeoque † atrociſſimum cenſetur hoc crimē,
quod non modo in vita, ſed & poſt mortem de eo iudex incuſari poteſt, vt *in l. 2. ff. ad l.*
Iul. repetun. & l. 8. tit. 1. p. 7. & hoc fuſius proſequitur Petr. Nannius *in 3 reſponſo.*

V In

In tertia verò concluſione *ſupra c. 20. num.* 1. tradita, diximus iudici non licere pecu-
niam aliudve munus aut xenium, etiam nullo adiecto pacto ſuſcipere, animo quippe
corrumpendi litigator id ei dare præſumitur, quare vltra taxationem legalem nil ei ca-
10 pere licere aſſeruimus. Pœnam † igitur iudicis munera ſimpliciter recipientis iure com-
muni crederem eſſe quadrupli, vt *d. l. 1. C. ad l. Iul. repet. l. 1. ff. de calumniat.* fiſcoque eſſe ap-
plicandam, vt gl. & Salicet. adnotauere *in d. l. 1. C. ad l. Iul. rep.* Franc. Luca. *de fiſco. 2. part.
num.* 4. vel arbitrariè prout admiſerit, punietur, vt *in l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad l. Iul. repet.* hoc
perpenſo, num ſemel tantum munera ſuſceperit, num bis, aut pluries; num xeniolum
quoddam, num ante aut poſt ſentẽtiam, num iniquam tulerit ſententiam, num contra
eum, qui munera dedit: vt his omnibus cautè prudenterq; conſideratis, inſpecta etiam
iudicis optima aut ſuſpecta fama, pœna eidem crimini condigna, infligatur. Iure autem
moderniori pœna indiſcriminatim ſtatuitur in accipiẽtem aliquid vltra iure cõceſſum,
videlicet, quadruplæ redditionis, cinguli amiſſionis & ſubſtantiæ, vtq; ſupplicijs ſubia-
ceat, quæ congruant delictis eius, *authen. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. ſic igitur in fin. coll. 2.*
quod clarius explicatur *in auth. vt litigant. iur. in exor. litis. §. ſi quis autem ex litigatoribus, coll.
9. & in auth. hodie. C. de pœna iud. qui mal. iud.* vbi qui accepit, aut promiſſionem ſuſcepit, ſi-
quidem pecuniaria ſit cauſa, eius quod datur triplum, & promiſſi duplum reſtituet, &
dignitatem ſeu cingulum quod habet in vtroq; caſu amittit. Sin vero criminalis cauſa
fuerit, confiſcationem propriæ ſubſtantiæ patitur & exilium, qui propter receptionem
11 alienum crimen in ſe tranſponi feſtinauit. Si † quis autem ex executoribus alijsve offi-
cialibus vltra quam eis liceat ſportularum nomine acceperit, quadruplum reſtituet, vt
ſimplum damnum paſſo reddatur, triplum verò inferatur ærario: quas ſi omiſerit iudex
vindicare culpas, ex ſua ſubſtantia quadruplum ſecundum prædictum perſoluet mo-
dum, vt *d. auth. vt litigan. iu. §. & hoc quoque. coll. 9.*

Iure autem Regio alia eſt ſtatuta pœna iudici aliquid vltra debitas ſportulas ſuſci-
pienti per ſe aut per alium publicè, & occultè quouis quæſito colore, nempe, vt duplum
fiſco reſtituat, officioq; priuetur, nunquam ad id aliudve rediturus: Regiſque arbitrio
grauiorem pœnam iuxta accepti muneris quantitatem ſubiturus, vt *in l. 7. tit. 15. lib. 2. or-
din.* alia autem pœna imponitur iudicibus quibuſcunque, eiuſque executoribus, & ſcri-
bis *in l. 30. eiuſdem tituli & libri*: videlicet quadrupli, cum ſemel, decupli vero ſi bis deli-
querint. At ſi ter officio aut dignitate, ſeu cingulo careant, quas iubet ipſo iure incurri,
ita quod in foro conſcientiæ eas luere teneantur abſq; alia condemnatione quantum-
uis fuerit crimen occultum, cuius quidem pœnæ medietatem fiſco, aliam vero accuſa-
tori, applicat text. *in dict. l. 30. ti. 15. li. 2. ord.* iure vero nouiſſimo iudices Regiæ cancellarię,
ex quibus alij exemplũ ſumere debent, nullũ munus xeniumve, eſculenta videl. & po-
culenta, in quantũuis minima quãtitate nec p ſe, neq; per interpoſitã perſonã ſuſcipere
poſſunt, ni maluerint periurium infamiamque ſubire cinguliſque & dignitate priuari,
ad aliudque officium publicum ſubeundum perpetuo inhabiles haberi, & inſuper du-
plum accepti reſtituere, *l. 40. §. 20. in pragm. regia cancellaria. fo. 24. col. 3.* Quod ve-
rum eſſe crederem, ſi à litigatoribus accipiant, aut proximè litigaturis, vt *in l. 14. tit. 4.
li. 2. ord.* ſecus autẽ ſi ab alijs amicis forte aut cognatis, ex quo tamẽ nulla cõiectura cor-
ruptelæ

Digitized by Google

ſuptelæ capi poſſit, vt ſupra latius explicuimus, ex verbiſque eiuſdem pragmaticæ ſanctionis ſatis expenditur, & ex *l.* 1. *in fin. d. ad l. Iul. repet.* In correctoribus verò, qui proconſulibus adæquantur, pœna ſeptupli ſtatuitur hac in ſpecie, vt *in c. correctorum.* 1. cauetur.

Sed † cui applicabitur hæc pœna ſeptupli? nempe Petr. Nunn. *in c.* 2. *de mand. exequ. num.* 11. contendit, applicandam fore parti læſæ, à qua aliquid eſt extortum iuxta doctr. Bart. *in l. agraria. ff. de term. moto, & in l.* 1. *C. de modo mult.* motus quibuſdam rationibus parum quidē vrgentibus. Quod vtiq; ipſe non admitterem: ex delicto n. qui munera iudici obtulit, non debet cōmodum reportare. Deliquit ſiquidē, & non leuiter, quippe cū iudicem muneríb. corrumpere velle viſus fuerit, & ob id tanquā turpiter datum repetere non poſſe crederē, vt *ſupr. c.* 24. *n.* 8. *& deinceps*, fuſius traditum fuit, ſi igitur datum nō poteſt repetere, lōge minus ſeptuplum eius quod dedit acquirit. Quinimo non tantū non repeteret datum, ſed & triplum eius quod dedit, duplum eius quod promiſit, reſtituet fiſco, niſi ſe dediſſe, vltro confeſſus fuerit, quo caſu veniā meretur, vt *in auth. nouo iure. C. de pœna iud. qui mal. iud. l.* 25. *ad mediū, tit.* 22. *p.* 3. Sed quid multa? aut quorſum hæſitādum eſt, cum legē Regni noſtri habeamus expreſſam *in proxime citato, tit.* 22. *de iud. p.* 3. *l. vlt.* dū ait: *Mas deuelo tornar al Rey: porque el deue de auer las coſas que fueron prouadas que los iuzgadores malamente ganam por razon de ſus oficios.* Caput ergo correctorū generaliter loquens per legem antiquā partitarum ſpecialiter loquentē, reſtringendū eſt & limitandū, vt iam nō ſemel diximus. 12

Cæterū † id non incongrue hic tractari poteſt, nūquid pœna ſeptupli aut quadrupli iudicib. impoſita, intelligi debeat habita cōſideratione ad exceſſum an ad quantitatē, quam iuſte accipere potuerunt? & primum probabilius eſt, vt ſi 10. iudici aut officiali debentur, & 12. exigantur: duo tantum nomine pœnæ quadruplicētur, aut ſeptuplicentur: ne maior ſit pœna, quam quantitas culpæ, & quia vtile per inutile nō vitiatur in diuiſibilibus, prout eſt quantitas, de qua hic agitur, vt in regula *vtile. de reg. iur. li.* 6. Bart. & Doctores *in l. Græce. §.* 1. *ff. de fideiuſſor.* & ita nuncupatim adnotauit gloſ. *in auth. ſed hodie, in verb. in duplum. C. de Epiſc. & cler.* Ioan. de Platea *in l. modicos, vltimis verbis. C. de ſuſceptoribus.* Præpoſ. & Anch. *lib.* 10. *Nunn. in dict. c.* 2. *n.* 12. 13

CAPVT XXXIV.

POENA ANTIQVA AN TOLLATVR PER NOVAM in lege moderniori præſcriptam, examinat.

SVMMARIA.

1 *Pœna maior an tollatur per minorem in nouiori lege poſitam.*

2 *Leges regni in iudicijs ſeruari oportet, aliis poſtpoſitis.*

3 *Leges regni ius commune & ciuile dicuntur.*

4 *Itidem in regno Angliæ.*

5 *Rex Hiſpaniæ non ſubeſt imperio.*

6 *Hiſpaniæ antiqua lex ne imperatorum leges allegarentur.*

7 *Ius ciuile in curiis Regum non allegatur pro authoritate, ſed pro ratione.*

8 *Lex Regia ſuperat leges imperiales, & iuris appellatione de iure Regio intelligitur hoc in regno quod ius commune dicitur*

 Supereſt

Digitized by Google

1 SVpereſt modo quæſtionis cuiuſdam examinatio: ſintne iuris communis pœnæ antiquatæ & ſublatæ per leges Regias longe minores ſtatuentes pœnas iudicib. munera capientibus, vt *in l.30. tit.15. li.2.ord. & in c. correctorum* caueturan vero omnes ſimul incurrant? & primo videtur non eſſe ſublatas, ſed additas priſcę ſeueritati, vt deduci poteſt ex *l.4. cum ibi notatis.C.de ſepulchro viol.* & ideo vel omnes pœnæ imponi poſſunt, vt cenſuit Iacob.de Bellou.*in auth.vt iud.ſine quoquo ſuffr.§.ſi quis autem, coll.2.in 3. oppoſ.* Cæpol.*cõſ.14. 4.col.in fi.* vel poterit iudex de præſcript. pœnis infligere quam velit, vt opinatur Abb.*in c. 2.in fi.extra de empt.& vend.* per tex.*in c.quoniã frequenter.§.vlt.extra vt lite nõ conteſt.& in l.quoties.ff. de act. & oblig.* vel maior pœna infligatur, vt quæ magis timeatur, vt *d.c.quoniam frequenter, in fi. extra vt lite non cõteſt. c.prodeſt.23.q.5.* verumenimuero hæc ita ſunt interpretãda, vt procedant, ſi prædictæ pœnæ ſunt in corpore iuris ciuilis incluſæ, vt tũc vna pœna non tollatur per aliã, & idem omnino ſi in volumine ſtatutorũ ſint recluſæ iuxta diſtinctionẽ Bart.*in l.ſanctio legũ ff.de pœnis.* Quando autẽ vna eſt recluſa in corpore iuris ciuilis, alia in volumine ſtatutorũ: pœna ſtatutaria eſt imponenda, ita docet Bald.*in l.data opera, n.13. C.de iis qui accuſ.non poſſ.* derogat n. pœnæ legali, vt per eum ibi, idem ante eum cẽſuit Iac de Bellou. *in l.3. C.de requir.reis,* cuius ſententiam refert & ſequitur Ioan.Andr.*in addit. ad Spec.tit.de pœna temere litig. in fin.* vbi inquit, conſilio peritorum diuerſarum ciuitatũ fuiſſe, ita Ianuæ obtentum, & totus mundus ita obſeruat, vt per Alberic. traditur *in 1.part. ſtatutorum.8.q.* Paul.Caſtren.*in l.1.§.dixerat aliquis.ff.de public.* Pet.Anchar.*in c.canonum ſtatuta, col.122.14.q.princip.de conſtit.* Corn.*conſ.114.licet primo aſpectu.n.6.li.1.* Salic.*in l.qui ſepulchra.C.de ſepul. viol.* Ang. *in auth. de ſanct.Epiſcop.§.vlt.* Angel.de Aretio, *in §.quadrupli.n.23. Inſt.de act.* Dec. *in c.de cauſ.n.15. de offi.deleg.* Matth.de Affl.*in conſt.regni Siciliæ,ſi quis aliquẽ. 2. col.* quæ conſtitutio eſt vlt. Thom. Gramm. *conſ.35.n.56.& ſeq.* Ex quib. facile conſtat pœnas iure noſtro Regio impoſitas alijs iure communi ſtatutis derogare, ſecundum veriorẽ crebrioremque ſententiam eandemq; humaniorem. Quæ † planius iure noſtro Re-
2 gio procedit, quippe quo ſemper iudicandum ſit, lex ſiquidem 1.& 2. Taur. præcipit, vt primo legib. ordinationum, & Regijs pragmaticis iudicetur, deinde foro legũ aut municipali, ſi modo non aduerſetur dictis legibus, his autem deficientib. per leges partitarũ. Cum ergo in huiuſmodi criminib. pœnæ iure Regio imponãtur, id dubio procul obſeruandum eſt, non ius ciuile. Et hoc cenſeo eſſe iuridicũ, quidquid diſtinguendo dixerit Ant. Gomez *in libro Var. reſolut. tomo 3. de delictis.c.1.n.39.* Quod maxime procedit ex doctrin.Bar.*in l.1. circa.fi.ff. vi bonorũ rap.* vbi tunc concedit legẽ veterem ſtatuto derogari cũ nuncupatim derogata fuerit, aut ſi apparuerit ex coniectura ta mẽte ſtatuentis tacite voluiſſe à lege antiqua recedi: quare (inquit ipſe, cũ in multis Italiæ ciuitatib. ſtatuta inueniuntur diſponẽtia de ſimilib. procedi ad ſimilia, vbi pœna nõ eſt ſtatutis determinata: atque vbi ſimile non reperitur, vt ad ius recurratur cõmune) fit, vt ex eorundẽ ſtatutorum mente pœna iure cõmuni impoſita minime tollatur, cui ſuffragatur Cor.*cõſ.114.n.6.li.1.* Nil minũ igitur ſi hoc idẽ ſenſiſſe videãtur leges noſtræ Regiæ in *d.l.1.& 2. Taur.* quippe †
3 q̃ nõ ſtatuta municipalia, ſed ius cõe & ciuile in noſtro Regno appellẽtur. Quotieſq; iuris fit mẽtio de iure Regio intelligatur ex ſententia Ioan. Lup. *in præf. relect. de don. inter vir. & vx.n.8.& 9.* Did.Caſtc. *in l.1.Taur.* in verbo, *El derecho,* nos quoque *infra n.8.* prout & de iure

Digitized by Google

iure Anglico dixerat Bal. *in c.cum veniſſent,nu.2.extra de eo qui mittitur in poſſ. cauſ.rei ſeruan.*
vbi perinde ait,atq; ius ſimpliciter prolatum, per † excellentiã intelligitur de iure Ro- 4
mano & communi vt *in* §. *ius autem. Inſtit. de iure nat.* ita & ſi à Rege Angliæ proferatur,
intelligetur de eo iure quod emanat ab ore ipſius Regis, quod Anglicanum appellatur:
quia in ſuo Regno monarcha eſt & totum continens. Cuius ſententiam refert, & ſe-
quitur Fel. *in c.cauſam quæ.n.17.de reſcript.* Ioan.Lup. *vbi ſupra n. 9.* Sic † etiam Rex Hiſpa- 5
niæ, vtpotè qui non ſubeſt Imperatori, eo quod Hiſpani terram eruerunt à faucibus ini-
micorum, vt inquit glo. *in c. Adrianus.263.diſtin.& in c.& ſi neceſſe,in gloſ vlt. ad fi. de don. inter
vir.& vxor.* Nic.de Vbal. *de ſucceſſ.ab inteſtato.1.part. verſ.vltim.legitimandi modus.n.82.* Iaſ. *in
l.cunctos populos.1.lect.col.3.in princip.C.de ſumma Trin.& fid.* Cathol. Segura *in rep.l.Imperator.
col.2.ff.ad Treb.* Iaſ. *in l.id quod apud hoſtes,col.2.ff.de leg.1.* Gomez Arias *in l.3.Taur. num.16.*&
denique hanc eſſe communem opinionem atteſtatur *nu.20.* Carol.Molin. *in conſuet.Pa-
riſienſibus.tit.1.de materia feudal.* id quod lege etiam Regni noſtri comprobatur, *1.par. tit.5.
l.18.& l.1.ord.tit.3.li.19.* Quibus minimè oberit text. *in l.relegatorũ.§. interdicere.ff. de interd.
& releg.& in l.in nomine Domini.§.iuuemus.C.de off.præfect. prat. Afric a.& in c. volumus.11.q.1.*
vbi videtur probari quod Hiſpania olim fuerat ſubiecta Imperio. Minimeque oberit,
quod ſit Dominus totius. Bart.Bald.Paul.Sal.& Iaſ. *in l.1.C.de ſum. Trin.* Quia reſponderi
poteſt, negando dominum eſſe, prout elegantiſſime ꝓbauit Couarr. *in relect.reg.peccatũ.
2.p.§.9.n.5.* Ad leges autem primo citatas facillimè reſpõdetur, nempe, quia poſt prædi-
ctarũ legum diſpoſitionẽ Reges Hiſpaniæ terrã ab inimicorũ iugo eruerunt, vt reſpon-
dit Oldr. *conſ.69.Conſueuit.n.9.* Qui † tradiderat *n. 6.* Hiſpanos olim legẽ conſtituiſſe, vt 6
quicunq; in iudicio legẽ Imperatoris allegaſſet, capite puniretur. Idẽ atteſtatur Vincen.
& Io.Andr. *in c.ſuper ſpecula.extra de magiſtr.in prin.* Ioan:Lup. *in introduct. repetitionis. rub. de
don.inter vir.& vx.nu.19.* vbi etiam refert Policratum *lib.8.c.22.in fi.* dixiſſe: edicto Regio
prohibitum eſſe, ne quis libros legum Romanorum retineret. Poſtmodum vero anno
milleſimo treceteſimo octuageſimo ſexto Rex Alfonſus Hiſpaniæ in Ocanna legem
tulit, qua leges Imperatorum permiſit legi in Academijs ſeu ſcholis, vt Hiſpani doctio-
res euaderent, quam Reges Catholici confirmarunt, vt *in l.1. Taur.* ſcribitur. Atqui lex
Alfonſi, de qua modo meminimus tranſcripta reperitur *li.1. ordinationum tit.4.l.4.* Qui-
bus † non extra cauſam addi poteſt, ꝙ & Bald.cenſuit *in c.1. §. iniuria.n.17.de pace iuram.* 7
firm.in feudis, vbi ius, inquit, ciuile in curijs Regum nõ allegatur pro authoritate, ſed pro
ratione; quod refert & ſequitur Paris de Puteo *de ſyndic. in verb.teſtis, verſ. fui ſemel rogatus.
ad fi.ſol.108.n.6.* idem opinatur Bald. *in l.nemo, in princ.poſt Butr.C.de ſentent.* vbi dicit, quod
Francigenæ, non quia lex hoc dicat aliquid, probare nituntur, nam leges non allegant,
ſed quia ratio ſic perſuadet. Item non allegant conſtitutiones Imperatorum, quia Im-
peratorum: ſed quia naturæ conſonæ ſunt & bonæ, *c. Obertus. in quib. cauſ. feudum amitt.*
Ioan. Lup. *vbi ſupra n. 16.* Ex † quibus facile deducitur diſpoſitionem legum Imperialiũ 8
ſeu Iuriſconſultorum inutilem reddi per expreſſam Regni legem, vt idem Lupus atte-
ſtatur *ibi n.10.* Nam compilata à Iuſtiniano non dicũtur apud nos iura, ſed dicta ſapien-
tum, quæ, deficiente lege, ſequi poſſumus, & quatenus ratione iuuantur, & confirmant
ius Regium, in iudicijs poſſunt allegari, vt *in ord. Taurinis conſtit.1.* ſtatuitur, quo fit, vt me-

Digitized by Google

rito ius noſtrum Regium, ius cõmune dicatur, & appellatione iuris in Regno Caſtellæ ſicut & Angliæ ius Regium intelligatur perinde atq; appellatione iuris de Romano intelligebatur: vt *in §. ius autem. Inſt. de iur. natur.* ita atteſtatur Panor. *in c. cũ à nobis. 1. not. de teſtib.* Ioan. Lup. *in l. 1. Tau. n. 9* Segur. *in rep. l. cohared. §. cum filia. n. 19. ff. de vulg.* Did. Caſtel. *in l. 2. Taur.* in verb. *Por ellas. l. 5. tit. 4. lib. 1. ord.* Et nouiſſime Did. Perez *in proœm. ordin. 3. q. & ſupra n. 3.* diximus. Quare nimirum ſi ſpecialis lex Regia vincat prædictas Imperiales, cum quodlibet aliud ſtatutum, aut peculiaris conſuetudo idem efficeret, vt *in l. de quibus. ff. de legib.* Sed hoc vltimum obtinet, quãdo ſtatutum directo aduerſatur legi ciuili, vt tunc eã tollat, ita ab omnib. fere traditur *in l. omnes populi. ff. de inſt. & iur.* nam vbi altera à lege pœna imponitur, altera ab ſtatuto, vna non tollit aliam, niſi hoc expreſſe aut tacite ex verbis ſtatuti colligatur, ex doctrina Bart. *in l. ſanctio legum. ff. de pœnis*, & Caroli Ruini *conſ. 143. Delictum, de quo quæritur. lib. 5. n. 6.* Quorum ſententiam alij improbant ſupra relati *num. 1.* quod modo examinare nõ libet. Quibus accedere poteſt, quod ex gloſſ. iuncto text. colligitur *in cap. ius Quiritum. 1. diſtinctione*, leges videlicet Imperiales non extendi ad illos, qui etiam de facto non obediunt Romano Imperio, ex ſententia Cyni & Bald. *in l. cũctos populos. C. de ſumma Trin.* licet Bart. ibi teneat contrarium. Non ergo extenduntur ad Regna Franciæ, aut Hiſpaniæ, niſi ex quadam tolerantia, qua Reges permittunt, vt ſubditi legibus imperialibus vtantur, quando leges ſuæ non diſponunt, vt notanter aſſeruit Petr. de Rauenna *in ſuis dictis notabilibus verſ. leges Imperiales*, & in Regno Franciæ latius per Carolum Degraſſalium *in lib. 1. Regalium Franciæ, 7. iure, in principio.*

CAPVT XXXV.

IVSTITIAM AVRO VIOLARI, OB IDQVE IVDIcibus maiorem oportere ſtatui pœnam ſuadet.

SVMMARIA.

1 *Pœna iudici pecuniâ corrupto à Rege Cambyſe impoſita.*
2 *Iuſtitia auro violatur.*
3 *Senatus effigies ex Alciati emblemate.*
4 *Munera à iudicibus non ſunt capienda.*

RELATOR.

1 IESV bone, quantum habenas laxaſti, rem adeo nitidam pertractando. Nam † quid legum ſeueritatẽ exaggeras, quas mites potius & molles eſſe cerno, quippe quæ leuiſſimas pœnas adeo enormi crimini imponant. Vtinam ea ſtatueretur pœna, quam Rex Cambyſes ſecũdus Perſarũ, moderatori Aſiæ inflixiſſe fertur, eo quod munere pecuniario corruptus fuiſſet: occidi namque & excoriari fecit, & pellem ſellæ intendi, in eaq; filium conſidere iuſſit: vt patris pellẽ videndo exemplum ſumeret, ne ſimilia patraret, facinus profecto dignum memoriæ prodi. Quod exemplum apud Valerium traditur *li. 6. c. 3. hiſtoria vlt.* Bernard. Buſt. *in ſui roſarij li. 2. ſermone 8. litera* A. Guill. de Rouile *in ſuo de iuſtitia & iniuſtitia, lib. 3. c. item 3.* Ioan. Andr. & Phil. Franc. *in c. 1. § ſi quis autem, in fin. de re iud. lib. 6.*

Digitized by Google

lib.6. Lex item 12. tabularum iuſtiſſime decreuit, iudicem qui ob ius dicendum pecuniã accepiſſet, capite puniendum fore, cuius meminit Gellius *lib.* 20. *c.* 1. Cito † ſiquidem 2
auro violatur iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam nummis redimere poteſt, atqui pauper dum non habet quid offerat in iudicio, non modo audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur, teſte Iſidoro, cuius verba Gratianus transſcripſit *in cap. pauper.* 11. *quæſt.* 3. quod potiſſimum à maioribus cauendum eſt magiſtratibus. Senatum † quippe boni Principis Alciatus in quodam depinxit emblemate, in 3
hunc modum:

Effigies manibus truncæ ante altaria diuûm
Hic reſident: quarum lumine capta prior.
Signa poteſtatis ſummæ ſanctique ſenatus
Thebanis fuerant iſta reperta viris.
Cur reſident? quia mente graues decet eſſe quieta
Iuridicos: animo nec variare leui.
Cur ſine ſunt manibus? capiant ne xenia: nec ſe
Pollicitis flecti, muneribúſve ſinant.
Cæcus at eſt Princeps, quod ſolis auribus abſque
Affectu conſtans iuſſa ſenatus agit.

Ex † quibus ſufficienter perſuadetur iudicum ſtipitem ad flatum venti Occidentalis, 4
hoc eſt, ratione præmiorum, vel pecuniæ flecti non debere: ſed facere oportere quod de Epaminonda legitur apud Stobæum, *ſerm.* 1. Legati, inquit, venerunt à Rege ferentes aurum animo corrumpendi Epaminondam, inuitati ſunt igitur ad prandium ab ipſo: intelligebat enim, qua gratia appuliſſent. Iuſſit vero vt à prandio cauſam aduentus explicarent. Appoſita eſt menſa vilis, bibebant vinum acidum, nec habebant quod dicerent. Tum ille ſubridens, Abite, inquit, & domino veſtro mea prandia narrate, quibus me contentum non facile ad proditionem alliciet.

CAPVT XXXVI.

ARBORIS STIPITEM AD FLATVM VENTI MERIDIONALIS, hoc eſt, ratione timoris, vel potentiæ flecti non debere admonet.

SVMMARIA.

1 *Iudex ratione timoris, vel potentiæ flecti non debet.*

CÆterum † nec ipſum flecti oportere ad flatum venti Meridionalis, ratione videlicet timoris vel potentiæ admonet *l.* 18. *tit.* 9. *part.* 2. ibi: *De bien ni de mal.* Timore 1
enim peruertitur iudicium humanum: dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui, aut ſequi pertimeſcimus. *c. quatuor.* 11. *q.* 3. *c.* 1. *de re iudic. libr.* 6. *in princip.* Sufficit quippe iudici ad perfectam fortitudinem & lex & imperij fauor, *auth. de mand. princip.* §. *patrocinia, coll.* 3. *cap. iudicet.* 3. *q.* 6. quiſquis enim metu alicuius poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat: vt qui magis hominem timet, quam Deum. *cap. quiſquis.* 11. *q.* 3.

q.3.Cæterum,proh dolor,ſunt,&qui obnoxie quod aiunt,& ſeruiliter gerunt magiſtratus, timentes forte ne eos offendant, qui quaſi admiſſionis ſunt officio præfecti, quorumque ſuffragio egent, vt alij ſibi mandentur magiſtratus: eis placere trepideque eorum nutui parere curantes, vt ipſis viam ad aulam interiorem muniant. Neque id mirum,quippe qui videant neminem, niſi amicum, aut ab eis excuſſum, atque eorum pace,id eſt,fide data,authoratum penitus admitti.Sed iam iam animum à timore auertant Tullij ſententiam memoriæ reducentes *offic.2.n.33*.dicentis; ad opus & potentiam valet plurimum, id amplectamur, vt metus abſit,charitas retineatur: ita facillime quæ volumus,& priuatis in rebus,& in Republica conſequemur.

CAPVT XXXVII.

ARBORIS NOSTRAE STIPITEM AD FLATVM VENTI Septentrionalis,hoc eſt, ratione iræ, aut amicitiæ flecti non debere,aduertit optime.

SVMMARIA.

1 *Iudex ratione iræ, aut inimicitiæ flecti non debet.*
2 *Ira an ſit nobis vtiliter à natura data?*
3 *Ira iudicantis animum molliſſimum detegit.*
4 *Mulieres eſſe iracundiores viris.*
5 *Ira in ſinu ſtulti requieſcit.*
6 *Ira ſæpe innocentes ad crimen adducit.*
7 *Ira parat inimicos.*
8 *Iracundus infelix.*
9 *Ira ante tempus facit hominem ſeneſcere.*
10 *Animi vitia & affectus plerumq; morbos gignunt.*
11 *Ira irrationabilem fere reddit ea vtentem.*
12 *Ira ex quibus cognoſcatur ſignis.*
13 *Ira à ſuperioribus maximéque poteſtatem habentibus fugienda eſt,& ab omnibus repudianda.*
14 *Peccatũ grauius quod à maioribus patratur.*

1 VErum† neq; ad flatum venti ſeptentrionalis flecti debet, vt vere fortis eſſe dicatur, hoc eſt,ratione iræ,aut iracundiæ, vel inimicitiæ, quandoquidem ſententiam profert, licet iuſtam: cum non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij protulerit, iuſtitiam Dei (in quam perturbatio non cadit)non imitatur,*cap.Epiſcopus. in fin.11.quæſt.3*. vnde legitur Sa-
2 pientiæ 12. *Tu autem Dominator virtutum omnia cum tranquillitate iudicas.* ADV. Iram† non inutiliter nobis à natura adhibitam putant Peripathetici. Vtpote quæ tum quibuſdam (vt aiunt) calcaribus fortitudinem incitet, tum vero à nonnullis, id quod etiam Ariſt. inquit, in ipſius fortitudinis partem referatur, denique, vt Plutarchus ait, in prouerbium abijt quod dici ſolet: *Iram non habere qui mentem non habeat.* Nam in quibus permulta & frigida bilis eſt atra (vt Ariſt. *in problematis ſectione 30.q.1.* probat) ij ſtolidi ſunt, attoniti, ignaui: in quibus permulta & calida, ij perſciti, ingenioſi, acres, perpenſi ad omnem excandeſcentiam. Calorem enim Phyſici longe magis, quam frigus naturæ con-
3 ſentaneum putant. REL. Non† diffiteor iram in pueris ſæpe bonæ indolis eſſe argumentum, ingenuæque, erectæ & liberalis naturæ, vt Ang. Polit. non minus ſcite quam

eleganter

eleganter probat *lib. de ira ad Laurent. Medicem*: verum accedentibus annis, literis & diſci-
plina, in conſtanti ætate iracundiam reor non eſſe laudandam. Nihil enim adeo op-
poſitum eſt virtutibus, maxime ijs quæ iudicum animis inhærere debent, quam intem-
perantia & ira. Quippe quę molliſſimum animum iudicantis detegat, eiusque oſtendat
ſtultitiam, imbecillitatem, & criminum abundantiam: amicosque, vitam, nec nō & ho-
norem perdere faciat, & denique animal irrationabile reddat. Quod quidem facile ex
ſequentibus apparebit, & primo ex Plutarchi libro *de cohibenda ira*, dicentis, Sicuti tumor
accidit ex magna plaga in carne, ita in mobiliſſimis animis, ſi quis ſe pbeat dolori, hoc ip-
ſo quod maior eſt imbecillitas, maiorem elicit iracūdiam, hacque de cauſa mulieres ira-
cundiores ſunt viris, ægroti ſanis, ſenes iuuenibus, infelices felicibus. Hinc Seneca *lib. 1.
de clementia*, *Muliebre*, dicit, *in ira furere*: cui concinit, quod Eccleſiaſticus c. 25. ſcribit, *Non
eſſe iram mulieris*: & Chryſoſtomus in Homilia, decollatione Ioannis, ait, *Mulier ſi iniuriā
patitur inſanit*: & illud Eccleſiaſt. vſurpauit Bald. *in l. ſi apud. C de reuocand. don.* in id trahens,
tex. ibi: plurima alia in eam rem Tiraqu. (more ſolito) congeſſit *in ſuis legibus connubialibus.
l. 9. gloſ. 1. part. 9. n. 184. & ſeq.* Legitur † præterea *Eccleſiaſt. 7.* Iram in ſinu ſtulti requieſcere, 4
Item *Prouerbiorum 14. Qui patiens eſt, multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens, exaltat
ſuam ſtultitiam.* & rurſus *c. 21.* Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur
ſuperbiam. Atque, ſi Ariſtoteli credimus, vt fumus mordicans oculos, non videre ſinit,
quæ pedibus adiacent, ſic iracundia oboriens rationem offuſcat. Ira † præterea ſæpe 5
etiam innocentes ad crimen adducit, quia dum iuſto amplius iraſcimur, alienaque vo-
lumus coercere crimina, grauiora committimus, *c. ira. 11. q. 3.* legitur etiam *Eccleſiaſt. 27. in
fin.* iram & furorem eſſe execrabilia: vixq; peccatorem illorum fore continentem, Et ali-
bi *Prouer. 29. Qui ad dignationem facilis eſt, erit ad peccata procliuior.* Vnde Valerius *libr. 5. cap.
7.* ait: *Qui impetu iræ abſtractus ſæuire feſtinat, magis ſcelus admittit, quam vendicet.* Nempe † ira 6
facile inimicos parat: nam homini iracundo, teſte Salomone, *Prouerb. 21.* non erit amicus:
& rurſus, *22. Noli*, inquit, *eſſe amicus homini iracundo, neque ambula cum viro furioſo, ne forte diſ-
cas vias eius.* † Hinc Seneca *li. 3. de ira. 28* infelicem appellat iracundū: *Age, inquit, infelix, &* 7
*quando amabis? O quam bonum tempus in re mala perdis. Quāto nunc ſatius erat amicos parare, ini-
micos mitigare, Rempublicā adminiſtrare, transferre in res domeſticas operam, quā circumſpicere quid
alieni poſſis facere mali, quod aut dignitati eius, aut patrimonio, aut corpori vulnus infligas, cum id
tibi contingere ſine certamine ac periculo non poſſit, etiamſi cum inferiore concurſes?* Quid tandem
non mali adfert hoc teterrimum ſcelus? Nempe cum animæ plurima incommoda, tum
etiam corpori ægritudines non modicas. Facit quippe ante tempus hominem ſeneſce- 8
re, *Eccleſiaſt. 30. & in l. 10. & 11. tit. 5. par. 2.* Nempe iracundia ſicut & Zelus minuunt dies,
Eccl 30. in fin. Spiritus enim triſtis deſiccat oſſa, teſte Salomone, & *in dict. l. 11. tit. 5. par. 2.*
Neque † id mirū quidem cum & naturaliter animi vitia & affectus plerunque morbos 9
gignant, teſte Æſculapio & Galeno. ſicut è contrario vitium corporale euenit quando-
que vſque ad animum penetrare, vt Vlp. ait *in l. 1. § apud Iulian. ff. de ædilit. edict. & in l. ob quæ
vitia. eod. titul.* potentiæ ſiquidem animi, corporis ſequuntur temperamenta. vt Galenus
aſſeruit *in lib. de ſubſt. virtutum animalium, circa princ. & iterum cap. 6. & alibi ſæpe.* dicitque
omnibus, tum Philoſophis, tum medicis id eſſe in confeſſo *lib. 3. de locis affectis.* Ioan Da-

Digitized by Google

maſc. *Aphoriſm.* 22. Bal. quoque qui omni doctrinæ genere omnibus noſtris eſt antepo-
nendus, *ca. qua fronte. ante fin. extra de appellat.* ait *Qui vult. ſanitatem corporũ, prius quærat ſalutẽ*
10 *animæ.* Tiraq. *de nobil. c.* 13. *n.* 180. *& ſequent.* & quod † deterius eſt, hominem ea vtentem
fere irrationabilem reddit. Ira namque, teſte Horatio, *furor breuis eſt.* Cui conſonat quod
& Terentius ait in Adelphis: *Tandem reprime iram, & ad te redi.* Omnium denique pertur-
bationum fons eſt intemperantia, atque à tota mente, à recta ratione defectio, ſic auerſa
à pſcriptione rationis, vt vllo modo appetitiones animi, nec regi, nec contineri queant,
vt elegãter docuit Cicero, 4. *Tuſculanarum quæſtionũ* vbi alia plura, & Seneca copioſius *li.*
de ira: vbi *li.* 1. *cap.* 1. *ca.* 1. quoſdam ex ſapientibus viris dixiſſe refert, iram breuem eſſe inſa-
niam. *Sui enim,* inquit, *eſt impotens, decoris oblita, neceſſitudinũ immemor, in q; cæpit pertinax intẽ-*
ta rationi, conſiliisque præcluſa, vanis agitata cauſis, ad conſpectum æqui verique inhabilis, ruinis ſi-
millima, quæ ſuper his, quod oppreſſere, frãguntur. Vide quã bene hæc conueniant iudici. Hæc
11 tandem, teſte † Plutarcho, dignoſcitur, ſi oculi ſint truculenti, aut os turbidum, vel ſi
quis inaniter clamat, aut ſpumam ruboremque ferueſcit: aut pudenda dicit & pœniten-
da, trepidatio etiã, & mutatio coloris ſigna ſunt iræ: quę ita cor occupat, ne ſinat cernere
verum vt *in d. l.* 10. *tit.* 5. *part.* 2. *Vt autem,* inquit Seneca, *ſcias inſanos eſſe, quos ira poſſedit, ipſum*
illorum habitum intuere, Nam vt furientium certa indicia ſunt, audax, & minax vultus, triſtis
frons, torua facies, citatus gradus, inquieta manus, color verſus, crebra & vehementius acta ſuſ-
piria: ita iraſcentium eadem ſigna ſunt, flagrant & micant oculi vultus, ore toto rubor, exæſtuante &
ab imis præcordiis ſanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac ſubriguntur capilli,
ſpiritus coactus ac ſtridens, articulorum ſe ipſos torquentium ſonus, gemitus mugitusque & parum ex-
planatis vocibus ſermo præruptus, & complosæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus, & totum con-
citum corpus, magnasque iræ minas agens, fœda viſu & horrenda facies deprauantium ſe, atque intu-
meſcentium. Neſcias vtrũ magis deteſtabile vitium ſit, an deforme, cæterũ licet abſcondere, & in abdi-
to alere, ira ſe præfert, & in faciem exit, quantoque maior eſt, hoc efferueſcit manifeſtius. Hæc Sene-
ca *lib.* 1. *de ira. c. item.* 1. At quid † viro graui deformius? certe nihil, ſi Policrato credimus
12 *lib.* 5. *cap.* 15. Caueant † igitur iudices, atque iterum dico caueant, ne ira, odio, vel inimici-
tijs in iudicando ducantur, ne iudicium Chriſti peruertant, vt habetur *in c. quatuor. &*
cap. quicunque. 11. *q.* 3. *& in l.* 10. 11. *&* 12. *tit.* 5. *part.* 2. Hinc Gregor. Papa Mauritio Imperato-
ri ita reſcripſit. Illa eſt in propoſitis cautela laudabilis, ſi omnia ratio agit, & furor nihil
ſibi vindicat. Reſtringenda enim ſub ratione poteſtas eſt. Nec quid agendum, prius-
quam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iuſtum
creditur omne quod fit, vt *in c. ii.* 1. 11. *q.* 3. Bonus text. Regni noſtri *in l.* 10. *tit.* 5. *part.* 2.
quæ enim cum aliqua perturbatione fiũt, ea nec conſtanter fieri poſſunt, nec eis qui ad-
ſunt probari, teſte Cicer. *officiorum.* 1. *n.* 191. Ratio igitur corrigat quod furor ex[illegible]
gatum eſt, *c. apud.* 11. *q.* 3: Hinc idem Cicero *officiorum.* 1. eleganter inquit, prohibenda eſt
maxime ira in puniendo. Nunquam iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem il-
lam tenebit, quę eſt inter nimium & parum: illa vero omnibus in rebus repudianda eſt,
optandumque vt hi qui præſunt Reipublicæ, legum ſimiles ſint, quæ ad puniendum nõ
iracundia, ſed æquitate ducuntur. Cicero *lib.* 1. *ad Quintum fratrem. n.* 59. memoriæ pro-
didit, vehementiores animi concitationes, maledicta, & contumelias cum abhorrere à

literis

literis,ab humanitate, tum vero contraria eſſe imperio ac dignitati:& pa[illegible], Reſi-ſtendum eſſe,ait, iracundiæ: cumque ea maxime animum moueat,tum tibi eſſe diligentiſſime linguam continendam: quæ quidem mihi virtus, inquit, non interdum minor videtur, quam omnino non iraſci. Quod maxime cauendum eſt à maioribus iudicibus ſeu magiſtratibus,quippe quorum peccata ad plurium notitiam deueniant: eaq; magis homines indigne ferant. Quocirca Saluſtius in Catilina ſic inquit, *Qui † demiſſi in obſcuro vitam agunt, ſi quid iracundia delinquunt,pauci ſciunt,fama atque fortuna eorum pares ſunt. Qui vero magno imperio prediti in excelſo ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouere.* Nam quo quiſque magis omnium oculis expoſitus eſt, eò etiam decet omnibus diſciplinis eſſe indutum, ne aliter veteri adagio *purpurata ſimia* vulgo appelletur. Grauiota namque facit vitia ſublimitas peccantium,*cap.nulli fas.25.q.1.* 15

Fortis igitur & firmus debet eſſe iudex non declinans neque claudicans ad dexteram,neque ad ſiniſtram:ſed æqua lance medius inter partes *l.nullus.C.de Iudeis,c.cum æterni tribunal.de re iud.lib.6.* Hæc denique eſt vera fortitudo, quę ineſſe debet iudicibus, ſicut truncus arbori, vt ramos, frondes, flores, fructuſque bonos producere queat.

CAPVT XXXVIII.

CORTICEM ARBORIS NOSTRAE PATIENTIAM CVM in ferendo importunitates litigantium, tum in audiendis plene cauſis eſſe inſinuat.

SVMMARIA.

1 *Cortex arboris in iudice patientiam deſignat.*
2 *Iudicem mitē eſſe oportet in reſpondendo litigantibus.*
3 *Seueritas Reipublicæ cauſa quandoque adhibenda eſt.*
4 *Reſponſio mollis frangit iram,ſermo durus ſuſcitat furorem.*
5 *Vrbana verba multiplicant amicos,inurbana inimicos.*
6 *Triboniani comitas & alia naturæ dotes.*
7 *Pſeudo-Catones qui ſint.*
8 *Comitas & vrbanitas plurimum valet ad amicos,diuitiasque parandas.*
9 *Authoritas magiſtratus comitate augetur, & humilitate.*
10 *Recuſari poteſt iudex, qui aſpera verba dixit litigatori.*
11 *Ira quo pacto ſedabitur?*

HACTENVS plura de ſtipite pertractauimus: nunc res ipſa monet, vt deinceps ad corticem,cui quartus locus aſſignatur,tranſeamus. Corticem † itaque patientię & humilitatis arborem noſtram habere oportet, quibus truncus eius, hoc eſt, fortitudo & authoritas conſeruetur, perinde atque arborem naturalem,omniaq; eius interiora cor- 1

Digitized by Google

ra cortex tuetur ab aqua, niue, & gelu: ſine quo ſtipes ſeu truncus non eſſet fortis. Patientiæ, inquam, cum in reſpondendo litigantibus, tum etiam in audiendo libenter al-
2 legationes partium. Primum † probat text. *in l.3. & 8. tit. 4. part. 3. & in l.18. tit. 9. part. 3. l. 1. tit. 15. lib. 2. ordinat.* vbi leges illæ aliæque vbique proclamant atque præcipiunt iudices, vt ſint mites in reſpondendo litigantibus, prudenter tamen, ne ſe contemni patiantur, vt *in d. l. 8. & l. obſeruandum. ff. de offic. præſid.* id quod elegantius explicauit Cicero *libr. offic. 1.* dicens: *Nihil laudabilius, nihilque magno & præclaro viro dignius placabilitate & clementia.* In liberis vero populis, & in æqualitate iuris exercenda etiam eſt facilitas & altitudo animi, quæ dicitur. Ne ſi iraſcamur, aut intempeſtiue accedentibus, aut impudenter rogan-
3 tibus, in moroſitatem inutilem & odioſam incidamus, & tamen † ita eſt probanda manſuetudo & clementia, vt adhibeatur Reipublicæ causa ſeueritas: ſine qua admini-
4 ſtrari ciuitas non poteſt, de quo tamen infra aliquid. *Reſponſio † vtique mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem*: vt legitur *Prouerb 15.* & rurſus ibidem, *Lingua placabilis lignum vitæ, quæ autem immoderata eſt, conteret ſpiritum.* Et eiſdem prouerbijs ſcribitur, *cap. 16. Melior eſt ſapiens viro forti: & qui ſuo dominatur animo, expugnatore vrbium.* Ibidemque poſt pauca,
5 *Fauus*, inquit, *mellis verba ſunt compoſita: dulcedoque animæ, & ſanitas oſſium.* Cæterum † id mihi exploratum velim, quid lucri, quidve honoris, aut authoritatis imperioſus iudex conſequeretur, ſi inurbane contumelioſeque reſponderit? aut quid ſibi oberit, ſi falſe, facete & vrbane loquatur? nempe illud, inimicos non paucos ſibi addi, amittereque faciet amicos, quæ res maximi habenda eſt, hoc vero multiplicabit amicos, & mitigabit inimicos, *Eccleſ. 6.* Quid enim blandus & humilis ſermo non efficiet? Infideles profecto ad fidem trahet, *cap. qui ſincera, in princ. & c. ſeq. 45. diſt.* quid quod non modo recte officia gerentibus conducit ad famam honoremque ſeruandum, verum & improbe admini-ſtrantibus ad pecunias ſubſtantiamque parandam. Idque duobus tantum exemplis per-
6 ſuadere libet. Suidas Græce quidem, ſed in hũc ſenſum, refert: Tribonianum † Græcum omnis religionis contemptorem, & præſertim à Chriſtiana fide abhorrentem adulatorem & fraudulentum, Iuſtiniano Imperatori perſuaſiſſe, fore, vt is nunquam moreretur, ſed in cœlum cum carne aſſumeretur. Quæſtor is fuit Iuſtiniani, tantumque naturæ dotibus ingenioque pollebat, vt ſuæ ætatis nemini ſecundus eſſet. Auaritiæ autem euſque erat deditus, vt ius & fas venale haberet. Nam ſingulis diebus leges ferebat, & latas reuocabat, vti indigentium vſus à quibus pecuniam acceperat poſtulare videretur. Cum diu poſt indeptum honorem ſuperuixiſſet, morbo tandem deceſſit, ab aliquo nulla prorſus affectus iniuria: quod videlicet, ſermone comi blandoque fuerat, & ita auaritiæ morbum celabat, quod retulit Alciat. 4. *diſpunctionum lib. c. 7.* Aliud noſtræ ætatis exemplum, quia notiſſimum lippis fuit (quod aiunt) & tonſoribus, ſubticendum
7 duco. Adv. Miror † equidem, cur ita Tribonianum aliosque huiuſmodi omni æuo pernicioſiſſimos Pſeudo-Catones ſummis efferas encomijs, qui vel Roſcium illum hiſtrionum decus hypocriſi, id eſt, arte mimica ſuperant, quos tamen præcordia charitatis populus eſſe credit: vt quorum omnia dicta, factaq; multis ſimulationum inuolucris obtegantur. Sinuoſiſſimos enim mentis receſſus habentes, fronte inſuper omnia animi ſenſa obtendunt, oculis & vultu quidquid commodum eſt, ementiuntur, apud populũ quidem,

Digitized by Google

quidem, qui hebetioribus oculis introſpicere per faciem vultuoſam non poteſt, tectorioque hiſtrionico omnia aſſimulantem. Hi ſunt, qui ex inſidijs vulnifice feriunt, iaculis etiam venenatis Reipublicæ vitalia conſauciantes. Horum nec ictus inopinati prævideri, nec vulnera cæca ſanari poſſunt. Hi ſunt denique, qui ad prima ſubſellia non euadere, ſed erepere, atque arduum quodque inceptum, non corona, operibus expugnare, ſed cuniculis arteque Sinonia ſolent: vulpina pelle peruincentes, id quod Herculibus leonino tergore amictis etiam deſperandum eſſet. REL. Abſit à me talium perſonatorum hominum commendatio. Quorum † licet comitatem, ſalſaque admodum & faceta verba laudauerim, non tamen ideo mores regendique normam admiſi. 8
Sed vt ijs id effici perſuaderem, quod licet non animæ, corpori tamen hoc in æuo ad amicos diuitiaſque parandas conſuleretur. Nam quis eſt, proh Deûm atque hominum fidem (inquit Tullius *de amicitia*) qui velit, vt neque diligat quenquam, neque ab vllo diligatur, circumfluere omnibus copijs, atque omnium rerum abundantia viuere? hæc enim eſt tyrannorum vita, nimirum, in qua nulla fides, nulla charitas, nulla ſtabilis beneuolentiæ poteſt eſſe fiducia, omnia ſemper ſuſpecta atque ſollicita ſunt, nullus locus eſt amicitiæ. Quis enim eum diligat quem metuit, aut eum à quo ſe metui putet?

Porro † neque authoritas minuitur magiſtratus, ſi humilis, comis, vrbanuſque fuerit, imo augetur, ſi Ciceroni credimus *libr. officiorum* 1. dicenti, *Quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſubmiſſius geramus.* & *Eccleſiaſt.* 32. *capite*, cum ſic ait: *Rectorem te poſuerunt? noli extolli. Eſto illis quaſi vnus ex ipſis.* Ex quo nimirum Pythagoras Principes & magiſtratus monere ſolebat, ſic inquiens, *Magis cupere debes, vt conuerſantes tibi, te vereantur quam metuant, reuerentiam enim admiratio, timorem odium comitatur.* Philippus Rex aiebat, oportere meminiſſe Regem, quod homo exiſtens, poteſtatem adeptus ſit diuinam, vt res honeſtas & diuinas inſtituat, ſermone autem humano vtatur. Quo etiam fit, vt Philonis non ſit contemnenda ſententia dicentis: *ſimul cum potentia manſuetudinem ſerua, vt non timendus, ſed reuerentia dignus videaris illis, qui in te inciderint.* Et quamuis pluribus id comprobari poſſit argumentis, vnicum ex legibus Regni noſtri mihi ſat erit. Dixit itaque ſapientiſſimus Alfonſus Imperator, Hiſpaniarum Rex *in l. 16. tit. 9. part. 7.* hæc haud parum elegantia verba vernaculo ſermone: *Pero los iuzgadores, maguer ayan poder, ſegun derecho de hazer las coſas ſobre dichas: con todo eſſo mucho ſe deuen guardar de reſponder mal, O de hazer desbõra a los que vinierẽ ante ellos para alcançar derecho: y ſi contra eſto hizieren, deshonrando los querelloſos de palabra, o de hecho ſin razon, temudo ſeria en todas guiſas de hazer mayor emienda por ello, que ſi otro hombre la hizieſſe.* Nam & iure communi acerba verba iudicis, licet infamiam non irrogent, *l. verbum. C. de his qui notand. infam.* attamen pudor eius contra quem proferuntur, grauatur, vt Papinianus ait *in l. ob hæc verba. ff. de infamibus*, & text. Regni noſtri. 1. *p. tit.* 5. *l.* 55. ibi: *Y entõces bie re el Prelado de palabra, quando es de mal ſeſo y de mala voluntad: y dize alguna razon mal y ſin pro, porque aya de mouer los coraçones de los hombres a dezir, o hazer, algun mal.* Hinc † non immerito iuris interpretes crediderunt iudicem recuſari, ſeu reijci poſſe tanquam ſuſpectum, ſi verba aſpera aut contumelioſa cuipiam ex litigatoribus dixerit, cuius ſententiæ fuit gloſſ. *in cap. cum ſuper. de offic. deleg.* licet contrarium aſſeruerit gloſſ. *in cap.* 10

1 SVpereſt modo quæſtionis cuiuſdam examinatio: ſintne iuris communis pœnæ antiquatæ & ſublatæ per leges Regias longe minores ſtatuentes pœnas iudicib. munera capientibus, vt *in l.30. tit.15. li.2. ord. & in c. correctorum* cauetur: an vero omnes ſimul incurrant? & primo videtur non eſſe ſublatas, ſed additas priſcę ſeueritati, vt deduci poteſt ex *l.4. cum ibi notatis. C. de ſepulchro viol.* & ideo vel omnes pœnæ imponi poſſunt, vt cenſuit Iacob. de Bellou. *in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. §. ſi quis autem, coll.2. in 3. oppoſ.* Cæpol. *cõſ.14. 4. col. in fi.* vel poterit iudex de præſcript. pœnis infligere quam velit, vt opinatur Abb. *in c. 2. in fi. extra de empt. & vend.* per tex. *in c. quoniã frequenter. §. vlt. extra vt lite nõ conteſt. & in l. quoties. ff. de act. & oblig.* vel maior pœna infligatur, vt quæ magis timeatur, vt *d. c. quoniam frequenter, in fi. extra vt lite non cõteſt. c. prodeſt. 23. q.5.* verumenimuero hæc ita ſunt interpretãda, vt procedant, ſi prædictæ pœnæ ſunt in corpore iuris ciuilis incluſæ, vt tũc vna pœna non tollatur per aliã, & idem omnino ſi in volumine ſtatutorũ ſint recluſæ iuxta diſtinctionẽ Bart. *in l. ſanctio legũ ff. de pœnis.* Quando autẽ vna eſt recluſa in corpore iuris ciuilis, alia in volumine ſtatutorũ: pœna ſtatutaria eſt imponenda, ita docet Bald. *in l. data opera, n.13. C. de iis qui accuſ. non poſſ.* derogat n. pœnæ legali, vt per eum ibi, idem ante eum cẽſuit Iac. de Bellou. *in l.3. C. de requir. reis,* cuius ſententiam refert & ſequitur Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de pœna temere litig. in fin.* vbi inquit, conſilio peritorum diuerſarum ciuitatũ fuiſſe, ita Ianuæ obtentum, & totus mundus ita obſeruat, vt per Alberic. traditur *in 1. part. ſtatutorum. 8. q.* Paul. Caſtren. *in l. 1. § dixerat aliquis. ff. de public.* Pet. Anchar. *in c. canonum ſtatuta, col.122. 14. q. princip. de conſtit.* Corn. *conſ.114. licet primo aſpectu n.6. li.1.* Salic. *in l. qui ſepulchra. C. de ſepul. viol.* Ang. *in auth. de ſanct. Epiſcop. §. vlt.* Angel. de Aretio, *in §. quadrupli n.23. Inſt. de act.* Dec. *in c. de cauſ. n.15. de offi. deleg.* Matth. de Afll. *in conſt. regni Siciliæ, ſi quis aliquẽ. 2. col.* quæ conſtitutio eſt vlt. Thom. Gramm. *conſ.35. n.56. & ſeq.* Ex quib. facile conſtat pœnas iure noſtro Regio impoſitas alijs iure communi ſtatutis derogare, ſecundum veriorẽ crebrioremque ſententiam eandemq; humaniorem. Quæ † planius iure noſtro Re-

2 gio procedit, quippe quo ſemper iudicandum ſit, lex ſiquidem 1. & 2. Taur. præcipit, vt primo legib. ordinationum, & Regijs pragmaticis iudicetur, deinde foro legũ aut municipali, ſi modo non aduerſetur dictis legibus, his autem deficientib. per leges partitarũ. Cum ergo in huiuſmodi criminib. pœnæ iure Regio imponãtur, id dubio procul obſeruandum eſt, non ius ciuile. Et hoc cenſeo eſſe iuridicũ, quidquid diſtinguendo dixerit Ant. Gomez *in libro Var. reſolut. tomo 3. de delictis. c.1. n.39.* Quod maxime procedit ex doctrin. Bar. *in l.1. circa fi. ff. vi bonorũ rap.* vbi tunc concedit legẽ veterem ſtatuto derogari cũ nuncupatim derogata fuerit, aut ſi apparuerit ex coniecturata mẽte ſtatuentis tacite voluiſſe à lege antiqua recedi: quare (inquit ipſe, cũ in multis Italiæ ciuitatib. ſtatuta inueniuntur diſponẽtia de ſimilib. procedi ad ſimilia, vbi pœna nõ eſt ſtatutis determinata: atque vbi ſimile non reperitur, vt ad ius recurratur cõmune) fit, vt ex eorundẽ ſtatutorum mente pœna iure cõmuni impoſita minime tollatur, cui ſuffragatur Cor. *cõſ.114. n.6. li.1.* Nil miũ igitur ſi hoc idẽ ſenſiſſe videãtur leges noſtræ Regiæ *in d. l.1. & 2. Taur.* quippe †

3 q̃ nõ ſtatuta municipalia, ſed ius cõe & ciuile in noſtro Regno appellẽtur. Quotieſq; iuris fit mẽtio de iure Regio intelligatur ex ſententia Ioan. Lup. *in præf. relect. de don. inter vir. & vx. n.8. & 9.* Did. Caſte. *in l.1. Taur.* in verbo, *El derecho,* nos quoque *infra n.8.* prout & de iure

iure Anglico dixerat Bal. *in c.cum veniſſent,nu.2. extra de eo qui mittitur in poſſ. cauſ.rei ſeruan.*
vbi perinde ait,atq; ius ſimpliciter prolatum, per † excellentiã intelligitur de iure Ro- 4
mano & communi vt *in* §. *ius autem. Inſtit. de iure nat.* ita & ſi à Rege Angliæ proferatur,
intelligetur de eo iure quod emanat ab ore ipſius Regis, quod Anglicanum appellatur:
quia in ſuo Regno monarcha eſt & totum continens. Cuius ſententiam refert, & ſe-
quitur Fel. *in c.cauſam quæ.n.17.de reſcript.* Ioan.Lup. *vbi ſupra n.9.* Sic † etiam Rex Hiſpa- 5
niæ, vtpotè qui non ſubeſt Imperatori, eo quod Hiſpani terram eruerunt à faucibus ini-
micorum, vt inquit glo. *in c.Adrianus.263.diſtin.& in c.& ſi neceſſe, in gloſ vlt. ad fi. de don. inter
vir.& vxor.* Nic.de Vbal. *de ſucceſſ.ab inteſtato.1.part. verſ.vltim.legitimandi modus.n.82.* Iaſ. *in
l.cunctos populos.1.lect.col.3.in princip.C.de ſumma Trin.& fid.* Cathol. Segura *in rep.l.Imperator.
col.2.ff.ad Treb.* Iaſ. *in l.id quod apud hoſtes,col.2.ff. de leg.1.* Gomez Arias *in l.3.Taur. num.16.* &
denique hanc eſſe communem opinionem atteſtatur *nu.20.* Catol.Molin. *in conſuet.Pa-
riſienſibus.tit.1.de materia feudal.* id quod lege etiam Regni noſtri comprobatur, *1.par. tit.5.
l.18.& l.1.ord.tit.3.li.19.* Quibus minimè oberit text. *in l.relegatorũ.§. interdicere. ff. de interd.
& releg.& in l.in nomine Domini.§.iuuenimus.C.de off.præfect. prat. Africæ.& in c.volumus.11.q.1.*
vbi videtur probari quod Hiſpania olim fuerat ſubiecta Imperio. Minimeque oberit,
quod ſit Dominus totius.Bart.Bald.Paul.Sal.& Iaſ. *in l.1.C.de ſum. Trin.* Quia reſponderi
poteſt, negando dominum eſſe, prout elegantiſſime ꝓbauit Couarr. *in relect. reg. peccatũ.
2.p.§.9.n.5.* Ad leges autem primo citatas facillimè reſpõdetur, nempe, quia poſt prædi-
ctarũ legum diſpoſitionẽ Reges Hiſpaniæ terrã ab inimicorũ iugo eruerunt, vt reſpon-
dit Oldr. *conſ.69.Conſueuit.n.9.* Qui † tradiderat *n.6.* Hiſpanos olim legẽ conſtituiſſe, vt 6
quicunq; in iudicio legẽ Imperatoris allegaſſet, capite puniretur. Idẽ atteſtatur Vincen.
& Io.Andr. *in c.ſuper ſpecula.extra de magiſtr.in prin.* Ioan: Lup. *in introduct. repetitionis. rub. de
don.inter vir.& vx.nu.19.* vbi etiam refert Policratum *lib.8.c.22.in fi.* dixiſſe: edicto Regio
prohibitum eſſe, ne quis libros legum Romanorum retineret. Poſtmodum vero anno
milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſexto Rex Alfonſus Hiſpaniæ in Ocanna legem
tulit, qua leges Imperatorum permiſit legi in Academijs ſeu ſcholis, vt Hiſpani doctio-
res euaderent, quam Reges Catholici confirmarunt, vt *in l.1.Taur.* ſcribitur. Atqui lex
Alfonſi, de qua modo meminimus tranſcripta reperitur *li.1. ordinationum tit.4.l.4.* Qui-
bus † non extra cauſam addi poteſt, ꝙ & Bald.cenſuit *in c.1.§.iniuria.n.17.de pace iuram.* 7
firm.in feudis, vbi ius, inquit, ciuile in curijs Regum nõ allegatur pro authoritate, ſed pro
ratione; quod refert & ſequitur Paris de Puteo *de ſyndic. in verb.teſtis, verſ.fui ſemel rogatus.
ad fi.fol.108.n.6.* idem opinatur Bald. *in l.nemo, in princ.poſt Bntr.C.de ſentent.* vbi dicit, quod
Francigenæ, non quia lex hoc dicat aliquid, probare nituntur, nam leges non allegant,
ſed quia ratio ſic perſuadet. Item non allegant conſtitutiones Imperatorum, quia Im-
peratorum: ſed quia naturæ conſonæ ſunt & bonæ, *c. Obertus. in quib. cauſ. feudum amitt.*
Ioan. Lup. *vbi ſupra n.16.* Ex † quibus facile deducitur diſpoſitionem legum Imperialiũ 8
ſeu Iuriſconſultorum inutilem reddi per expreſſam Regni legem, vt idem Lupus atte-
ſtatur *ibi n.10.* Nam compilata à Iuſtiniano non dicũtur apud nos iura, ſed dicta ſapien-
tum, quæ, deficiente lege, ſequi poſſumus, & quatenus ratione iuuantur, & confirmant
ius Regium, in iudicijs poſſunt allegari, vt *in ord.Taurinis conſtit.1.* ſtatuitur, quo fit, vt me-

Digitized by Google

rito ius noſtrum Regium, ius cõmune dicatur, & appellatione iuris in Regno Caſtellæ ſicut & Angliæ ius Regium intelligatur perinde atq; appellatione iuris de Romano intelligebatur: vt *in §. ius autem. Inſt. de iur. natur.* ita atteſtatur Panor. *in c. cũ à nobis. 1. not. de teſtib.* Ioan. Lup. *in l. 1. Tau. n. 9* Segur. *in rep. l. cohared. §. cum filia. n. 19. ff. de vulg.* Did. Caſtel. *in l. 2. Taur.* in verb. *Por ellas. l. 5. tit. 4. lib. 1. ord.* Et nouiſſime Did. Perez *in proœm. ordin. 3. q. & ſupra n. 3.* diximus. Quare nimirum ſi ſpecialis lex Regia vincat prædictas Imperiales, cum quodlibet aliud ſtatutum, aut peculiaris conſuetudo idem efficeret, vt *in l. de quibus. ff. de legib.* Sed hoc vltimum obtinet, quãdo ſtatutum directo aduerſatur legi ciuili, vt tunc eã tollat, ita ab omnib. fere traditur *in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.* nam vbi altera à lege pœna imponitur, altera ab ſtatuto, vna non tollit aliam, niſi hoc expreſſe aut tacite ex verbis ſtatuti colligatur, ex doctrina Bart. *in l. ſanctio legum. ff. de pœnis*, & Caroli Ruini *conſ. 143. Delictum, de quo quæritur. lib. 5. n. 6.* Quorum ſententiam alij improbant ſupra relati *num. 1.* quod modo examinare nõ libet. Quibus accedere poteſt, quod ex gloſſ. iuncto text. colligitur *in cap. ius Quiritum. 1. diſtinctione*, leges videlicet Imperiales non extendi ad illos, qui etiam de facto non obediunt Romano Imperio, ex ſententia Cyni & Bald. *in l. cũctos populos. C. de ſumma Trin.* licet Bart. ibi teneat contrarium. Non ergo extenduntur ad Regna Franciæ, aut Hiſpaniæ, niſi ex quadam tolerantia, qua Reges permittunt, vt ſubditi legibus imperialibus vtantur, quando leges ſuæ non diſponunt, vt notanter aſſeruit Petr. de Rauenna *in ſuis dictis notabilibus verſ. leges Imperiales*, & in Regno Franciæ latius per Carolum Degraſſalium *in lib. 1. Regalium Franciæ, 7. iure, in principio.*

CAPVT XXXV.

IVSTITIAM AVRO VIOLARI, OB IDQVE IVDIcibus maiorem oportere ſtatui pœnam ſuadet.

SVMMARIA.

1 *Pœna iudici pecuniâ corrupto à Rege Cambyſe impoſita.*
2 *Iuſtitia auro violatur.*
3 *Senatus effigies ex Alciati emblemate.*
4 *Munera à iudicibus non ſunt capienda.*

RELATOR.

1 IEſu bone, quantum habenas laxaſti, rem adeo nitidam pertractando. Nam † quid legum ſeueritatẽ exaggeras, quas mites potius & molles eſſe cerno, quippe quæ leuiſſimas pœnas adeo enormi crimini imponant. Vtinam ea ſtatueretur pœna, quam Rex Cambyſes ſecũdus Perſarũ, moderatori Aſiæ inflixiſſe fertur, eo quod munere pecuniario corruptus fuiſſet: occidi namque & excoriari fecit, & pellem ſellæ intendi, in eaq; filium conſidere iuſſit: vt patris pellẽ videndo exemplum ſumeret, ne ſimilia patraret, facinus profecto dignum memoriæ prodi. Quod exemplum apud Valerium traditur *li. 6. c. 3. hiſtoria vlt.* Bernard. Buſt. *in ſui roſarij li. 2. ſermone 8. litera* A. Guill. de Rouile *in ſuo de iuſtitia & iniuſtitia, lib. 3. c. item* 3. Ioan. Andr. & Phil. Franc. *in c. 1. § ſi quis autem, in fin. de re iud. lib. 6.*

Digitized by Google

lib.6. Lex item 12. tabularum iuſtiſſime decreuit, iudicem qui ob ius dicendum pecuniã accepiſſet, capite puniendum fore, cuius meminit Gellius *lib.* 20. *c.* 1. Cito † ſiquidem 2
auro violatur iuſtitia, nullamque reus pertimeſcit culpam, quam nummis redimere poteſt, atqui pauper dum non habet quid offerat in iudicio, non modo audiri contemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur, teſte Iſidoro, cuius verba Gratianus tranſcripſit *in cap. pauper.* 11. *quæſt.* 3. quod potiſſimum à maioribus cauendum eſt magiſtratibus. Senatum † quippe boni Principis Alciatus in quodam depinxit emblemate, in 3
hunc modum:

Effigies manibus truncæ ante altaria diuûm
Hic reſident: quarum lumine capta prior.
Signa poteſtatis ſummæ ſanctique ſenatus
Thebanis fuerant iſta reperta viris.
Cur reſident? quia mente graues decet eſſe quieta
Iuridicos: animo nec variare leui.
Cur ſine ſunt manibus? capiant ne xenia: nec ſe
Pollicitis flecti, muneribúſve ſinant.
Cæcus at eſt Princeps, quod ſolis auribus abſque
Affectu cenſens iuſſa ſenatus agit.

Ex † quibus ſufficienter perſuadetur iudicum ſtipitem ad flatum venti Occidentalis, 4
hoc eſt, ratione præmiorum, vel pecuniæ flecti non debere: ſed facere oportere quod de Epaminonda legitur apud Stobæum, *ſerm.* 1. Legati, inquit, venerunt à Rege ferentes aurum animo corrumpendi Epaminondam, inuitati ſunt igitur ad prandium ab ipſo: intelligebat enim, qua gratia appuliſſent. Iuſſit vero vt à prandio cauſam aduentus explicarent. Appoſita eſt menſa vilis, bibebant vinum acidum, nec habebant quod dicerent. Tum ille ſubridens, Abite, inquit, & domino veſtro mea prandia narrate, quibus me contentum non facile ad proditionem alliciet.

CAPVT XXXVI.

ARBORIS STIPITEM AD FLATVM VENTI MERIDIONALIS, hoc eſt, ratione timoris, vel potentiæ flecti non debere admonet.

SVMMARIA.

1 *Iudex ratione timoris, vel potentiæ flecti non debet.*

CÆterum † nec ipſum flecti oportere ad flatum venti Meridionalis, ratione videlicet timoris vel potentiæ admonet *l.* 18. *tit.* 9. *part.* 2. ibi: *Debuen ni de mal.* Timore 1
enim peruertitur iudicium humanum: dum metu poteſtatis alicuius veritatem loqui, aut ſequi pertimeſcimus. *c. quatuor.* 11. *q.* 3. *c.* 1. *de re iudic. libr.* 6. *in princip.* Sufficit quippe iudici ad perfectam fortitudinem & lex & imperij fauor, *auth. de mand. princip.* §. *patrocinia, coll.* 3. *cap. iudicet.* 3. *q.* 6. quiſquis enim metu alicuius poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat: vt qui magis hominem timet, quam Deum. *cap. quiſquis.* 11.

q.3. Ca-

q.3. Cæterum, proh dolor, ſunt, & qui obnoxie quod aiunt, & ſeruiliter gerunt magiſtratus, timentes forte ne eos offendant, qui quaſi admiſſionis ſunt officio præfecti, quorumque ſuffragio egent, vt alij ſibi mandentur magiſtratus: eis placere trepideque eorum nutui parere curantes, vt ipſis viam ad aulam interiorem muniant. Neque id mirum, quippe qui videant neminem, niſi amicum, aut ab eis excuſſum, atque eorum pace, id eſt, fide data, authoratum penitus admitti. Sed iam iam animum à timore auertant Tullij ſententiam memoriæ reducentes *offic.2.n.33.* dicentis; ad opus & potentiam valet plurimum, id amplectamur, vt metus abſit, charitas retineatur: ita facillime quæ volumus, & priuatis in rebus, & in Republica conſequemur.

CAPVT XXXVII.

ARBORIS NOSTRAE STIPITEM AD FLATVM VENTI Septentrionalis, hoc eſt, ratione iræ, aut amicitiæ flecti non debere, aduertit optime.

SVMMARIA.

1 *Iudex ratione iræ, aut inimicitiæ flecti non debet.*
2 *Ira an ſit nobis vtiliter à natura data?*
3 *Ira iudicantis animum molliſſimum detegit.*
4 *Mulieres eſſe iracundiores viris.*
5 *Ira in ſinu ſtulti requieſcit.*
6 *Ira ſæpe innocentes ad crimen adducit.*
7 *Ira parat inimicos.*
8 *Iracundus infelix.*
9 *Ira ante tempus facit hominem ſeneſcere.*
10 *Animi vitia & affectus plerumq; morbos gignunt.*
11 *Ira irrationabilem fere reddit ea vtentem.*
12 *Ira ex quibus cognoſcatur ſignis.*
13 *Ira à ſuperioribus maximéque poteſtatem habentibus fugienda eſt, & ab omnibus repudianda.*
14 *Peccatũ grauius quod à maioribus patratur.*

1 VErum † neq; ad flatum venti ſeptentrionalis flecti debet, vt vere fortis eſſe dicatur, hoc eſt, ratione iræ, aut iracundiæ, vel inimicitiæ, quandoquidem ſententiam profert, licet iuſtam: cum non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij protulerit, iuſtitiam Dei (in quam perturbatio non cadit) non imitatur, *cap. Epiſcopus. in fin. 11. quæſt.3.* vnde legitur Sapientiæ 12. *Tu autem Dominator virtutum omnia cum tranquillitate iudicas.* ADV. Iram †
2 non inutiliter nobis à natura adhibitam putant Peripathetici. Vtpote quæ tum quibuſdam (vt aiunt) calcaribus fortitudinem incitet, tum vero à nonnullis, id quod etiam Ariſt. inquit, in ipſius fortitudinis partem referatur, denique, vt Plutarchus ait, in prouerbium abijt quod dici ſolet: *Iram non habere qui mentem non habeat.* Nãm in quibus permulta & frigida bilis eſt atra (vt Ariſt. *in problematis ſectione 30.q.1.* probat) ij ſtolidi ſunt, attoniti, ignaui: in quibus permulta & calida, ij perſciti, ingenioſi, acres, perpenſi ad omnem excandeſcentiam. Calorem enim Phyſici longe magis, quam frigus naturæ conſentaneum putant. REL. Non † diffiteor iram in pueris ſæpe bonæ indolis eſſe argu-
3 mentum, ingenuæque, erectæ & liberalis naturæ, vt Ang. Polit. non minus ſcite quam eleganter

eleganter probat *lib. de ira ad Laurent. Medicem*: verum accedentibus annis, literis & diſci-
plina, in conſtanti ætate iracundiam reor non eſſe laudandam. Nihil enim adeo op-
poſitum eſt virtutibus, maxime ijs quæ iudicum animis inhærere debent, quam intem-
perantia & ira. Quippe quę molliſſimum animum iudicantis detegat, eiusque oſtendat
ſtultitiam, imbecillitatem, & criminum abundantiam: amicosque, vitam, nec nō & ho-
norem perdere faciat, & denique animal irrationabile reddat. Quod quidem facile ex
ſequentibus apparebit, & primo ex Plutarchi libro *de cohibenda ira*, dicentis, Sicuti tumor
accidit ex magna plaga in carne, ita in mobiliſſimis animis, ſi quis ſe pbeat dolori, hoc ip-
ſo quod maior eſt imbecillitas, maiorem elicit iracūdiam, haeque de cauſa mulieres ira-
cundiores ſunt viris, ægroti ſanis, ſenes iuuenibus, infelices felicibus. Hinc Seneca *lib. 1.
de clementia, Muliebre*, dicit, *in ira furere*: cui concinit, quod Ecclesiaſticus c. 25. ſcribit, *Non
eſſe iram mulieris*: & Chryſoſtomus in Homilia, decollatione Ioannis, ait, *Mulier ſi iniuriā
patitur inſanit*: & illud Ecclesiaſt. vſurpauit Bald. *in l. ſi apud. C de reuoc. and. don.* in id trahens,
tex. ibi: plurima alia in eam rem Tiraqu. (more ſolito) congeſſit *in ſuis legibus connubialibus.
l. 9. gloſ. 1. part. 9. n. 184. & ſeq.* Legitur † præterea *Eccleſiaſt. 7.* Iram in ſinu ſtulti requieſcere, 4
Item *Prouerbiorum 14. Qui patiens eſt, multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens, exaltat
ſuam ſtultitiam.* & rurſus *c. 21.* Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur
ſuperbiam. Atque, ſi Ariſtoteli credimus, vt fumus mordicans oculos, non videre ſinit,
quæ pedibus adiacent, ſic iracundia oboriens rationem offuſcat. Ira † præterea ſæpe 5
etiam innocentes ad crimen adducit, quia dum iuſto amplius iraſcimur, alienaque vo-
lumus coercere crimina, grauiora committimus, *c. ira. 11. q. 3.* legitur etiam *Eccleſiaſt. 27. in
fin.* iram & furorem eſſe execrabilia: vixq; peccatorem illorum fore continentem, Et ali-
bi *Prouer. 29. Qui ad dignationem facilis eſt, erit ad peccata procliuior.* Vnde Valerius *libr. 5. cap.
7* ait: *Qui impetu iræ abſtractus ſæuire feſtinat, magis ſcelus admittit, quam vendicet.* Nempe † ira 6
facile inimicos parat: naro homini iracundo, teſte Salomone, *Prouerb. 21.* non erit amicus:
& rurſus, *22. Noli*, inquit, *eſſe amicus homini iracundo, neque ambula cum viro furioſo, ne forte diſ-
cas vias eius.* † Hinc Seneca *li. 3. de ira. 28* infelicem appellat iracundū: *Age*, inquit, *infelix, &* 7
*quando amabis? O quam bonum tempus in re mala perdis. Quāto nunc ſatius erat amicos parare, ini-
micos mitigare, Rempublicā adminiſtrare, transferre in res domeſticas operam, quā circunſpicere quid
alieni poſſis facere mali, quod aut dignitati eius, aut patrimonio, aut corpori vulnus infligas, cum id
tibi contingere ſine certamine ac periculo non poſſit, etiamſi cum inferiore concurſes?* Quid tandem
non mali adferr hoc teterrimum ſcelus? Nempe cum animæ plurima incommoda, tum
etiam corpori ægritudines non modicas. Facit quippe ante tempus hominem ſeneſce- 8
re. *Eccliſiaſt. 30. & in l. 10. & 11. tit. 5. par. 2.* Nempe iracundia ſicut & Zelus minuunt dies,
Eccl. 30. in fin. Spiritus enim triſtis deſiccat oſſa, teſte Salomone, & *in dict. l. 11. tit. 5. par. 2.*
Neque † id mirū quidem: cum & naturaliter animi vitia & affectus plerunque morbos 9
gignant, teſte Æſculapio & G[illegible]no. ſicut è contrario vitium corporale euenit quando-
que vſque ad animum penetrare, vt Vlp. ait *in l. 1. §. apud Iulian. ff. de ædil. edict. & in l. ob quæ
vitia. cod. titul.* potentiæ [illegible] animi, corporis ſequuntur temperamenta. vt Galenus
aſſeruit *in lib. de ſubſt. vir[illegible] animalium, in cap. vnic. & [illegible] cap. 6. & alibi ſæpe.* dicitque
omnibus, tum Philoſophis, tum medicis id eſſe in confeſſo *lib. 3. de locis affectis.* Ioan Da-

X maſc.

maſc. *Aphoriſm.* 22. Bal. quoque qui omni doctrinæ genere omnibus noſtris eſt antepo-
nendus, *ca. qua fronte. ante fin. extra de appellat.* ait *Qui vult. ſanitatem corporis, prius quærat ſalutẽ*
10 *animæ.* Tiraq. *de nobil. c.* 13. *n.* 180. *& ſequent.* & quod † deterius eſt, hominem ea vtentem
fere irrationabilem reddit. Ira namque, teſte Horatio, *furor breuis eſt.* Cui conſonat quod
& Terentius ait in Adelphis: *Tandem reprime iram, & ad te redi.* Omnium denique pertur-
bationum fons eſt intemperantia, atque à tota mente, à recta ratione defectio, ſic auerſa
à pſcriptione rationis, vt vllo modo appetitiones animi, nec regi, nec contineri queant,
vt elegãter docuit Cicero, 4. *Tuſculanarum quæſtionũ* vbi alia plura, & Seneca copioſius *li.
de ira:* vbi *li.* 1 *cap.* 1. *ca.* 1. quoſdam ex ſapientibus viris dixiſſe refert, iram breuem eſſe inſa-
niam. *Sui enim, inquit, eſt impotens, decoris oblita, neceſſitudinũ immemor, in q̃ cepit pertinax intẽ-
ta rationi, conſiliisque præcluſa, vanis agitata cauſis, ad conſpectum æqui verique inhabilis, ruinis ſi-
milima, quæ ſuper his, quod oppreſſere, frãguntur.* Vide quã bene hæc conueniant iudici. Hæc
11 tandem, teſte † Plutarcho, dignoſcitur, ſi oculi ſint truculenti, aut os turbidum, vel ſi
quis inaniter clamat, aut ſpumam ruboremque feruefcit: aut pudenda dicit & pœniten-
da, trepidatio etiã, & mutatio coloris ſigna ſunt iræ: quę ita cor occupat, ne ſinat cernere
verum vt *in d. l.* 10 *tit.* 5. *part.* 2 *Vt autem,* inquit Seneca, *ſcias inſanos eſſe, quos ira poſſedit, ipſum
illorum habitum intuere, Nam vt furientium certa indicia ſunt, audax, & minax vultus, triſtis
frons, torua facies, citatus gradus, inquieta manus, color verſus, crebra & vehementius acta ſuſ-
piria: ita iraſcentium eadem ſigna ſunt, flagrant & micant oculi vultus, ore toto rubor, exæſtuante &
ab imis præcordiis ſanguine, labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac ſubriguntur capilli,
ſpiritus coactus ac ſtridens, articulorum ſe ipſos torquentium ſonus, gemitus mugitusque & parum ex-
planatis vocibus ſermo præruptus, & comploſæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus, & totum con-
citum corpus, magnasque iræ minas agens, fœda viſu & horrenda facies deprauantium ſe, atque intu-
meſcentium. Neſcias vtrũ magis deteſtabile vitium ſit, an deforme, cæterũ licet abſcondere, & in abdi-
to alere, ira ſe præfert, & in faciem exit, quantoque maior eſt, hoc efferueſcit manifeſtius.* Hæc Sene-
ca *lib.* 1. *de ira. c. item.* 1. At quid † viro graui deformius? certe nihil, ſi Policrato credimus
12 *lib.* 5. *cap.* 15. Caueant † igitur iudices, atque iterum dico caueant, ne ira, odio, vel inimici-
tijs in iudicando ducantur, ne iudicium Chriſti pertimeſcant, vt habetur *in c. quatuor. &
cap. quicunque.* 11. *q.* 3. *& in l.* 10. 11. *&* 12. *tit.* 5. *part.* 2. Hinc Gregor. Papa Mauritio Imperato-
ri ita reſcripſit. Illa eſt in propoſitis cautela laudabilis, ſi omnia ratio agit, & furor nihil
ſibi vindicat. Reſtringenda enim ſub ratione poteſtas eſt. Nec quid agendum, prius-
quam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iuſtum
creditur omnę quod fit, vt *in c. ti.* 1. 11. *q.* 3. Bonus text. Regni noſtri *in l.* 10. *tit.* 5. *part.* 2.
quæ enim cum aliqua perturbatione fiũt, ea nec conſtanter fieri poſſunt, nec eis qui ad-
ſunt probari, teſte Cicer. *officiorum.* 1 *n.* 191. Ratio igitur corrigat quod furore remul-
gatum eſt, *c. apud.* 11. *q.* 3: Hinc idem Cicero *officiorum.* 1. eleganter inquit, prohibenda eſt
maxime ira in puniendo. Nunquam iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem il-
lam tenebit, quę eſt inter nimium & parum: illa vero omnibus in rebus repudianda eſt,
optandumque vt hi qui præſunt Reipublicæ, legum ſimiles ſint, quæ ad puniendum nõ
iracundia, ſed æquitate ducuntur. Cicero *lib.* 1. *ad Quintum fratrem. n.* 59. memoriæ pro-
didit, vehementiores animi concitationes, maledicta, & contumelias cum abhorrere à
literis

literis, ab humanitate, tum vero contraria eſſe imperio ac dignitati[illegible] Reſi-ſtendum eſſe, ait, iracundiæ: cumque ea maxime animum moueat, tum tibi eſſe dili-gentiſſime linguam continendam: quæ quidem mihi virtus, inquit, non interdum minor videtur, quam omnino non iraſci. Quod maxime cauendum eſt à maioribus iudicibus ſeu magiſtratibus, quippe quorum peccata ad plurium notitiam deueniant: eaq; magis homines indigne ferant. Quocirca Saluſtius in Catilina ſic inquit, *Qui † demiſſi in obſcu-* 12
ro vitam agunt, ſi quid iracundia delinquunt, pauci ſciunt, fama atque fortuna eorum pares ſunt. Qui vero magno imperio præditi in excelſo ætatem agunt, eorum facta cunctis mortales nouere. Nam quo-quiſque magis omnium oculis expoſitus eſt, eò etiam decet omnibus diſciplinis eſſe in-ſtructum, ne aliter veteri adagio *purpurata ſimia* vulgo appelletur. Grauiora namque facit vitia ſublimitas peccantium, *cap. nulli fas. 25. q. 1.*

Fortis igitur & firmus debet eſſe iudex non declinans neque claudicans ad dexte-ram, neque ad ſiniſtram: ſed æqua lance medius inter partes *l. nullus. C. de Iudæis, c. cum æter-ni tribunal. de re iud. lib. 6.* Hæc denique eſt vera fortitudo, quę ineſſe debet iudicibus, ſicut truncus arbori, vt ramos, frondes, flores, fructuſque bonos producere queat.

CAPVT XXXVIII.

CORTICEM ARBORIS NOSTRAE PATIENTIAM CVM in ferendo importunitates litigantium, tum in audiendis plene cauſis eſſe inſinuat.

SVMMARIA.

1 *Cortex arboris in iudice patientiam deſignat.*
2 *Iudicem mitē eſſe oportet in reſpondendo litigantibus.*
3 *Seueritas Reipublicæ cauſa quandoque adhibenda eſt.*
4 *Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem.*
5 *Vrbana verba multiplicant amicos, inurbana inimicos.*
6 *Triboniani comitas & aliæ naturæ dotes.*
7 *Pſeudo-Catones qui ſint.*
8 *Comitas & vrbanitas plurimum valet ad amicos, diuitiaſque parandas.*
9 *Authoritas magiſtratus comitate augetur, & humilitate.*
10 *Recuſari poteſt iudex, qui aſpera verba dixit litigatori.*
11 *Ira quo pacto ſedabitur?*

HActenvs plura de ſtipite pertractauimus: nunc res ipſa monet, vt deinceps ad corticem, cui quartus locus aſſignatur, tranſeamus. Corticem † itaque patientię. 1
& humilitatis arborem noſtram habere oportet, quibus truncus eius, hoc eſt, fortitu-do & authoritas conſeruetur, perinde atque arborem naturalem, omniaq; eius interio-ra cor-

Digitized by Google

quidem, qui hebetioribus oculis introſpicere per faciem vultuoſam non poteſt, tectorioque hiſtrionico omnia aſſimulantem. Hi ſunt, qui ex inſidijs vulnifice feriunt, iaculis etiam venenatis Reipublicæ vitalia conſauciantes. Horum nec ictus inopinati præuideri, nec vulnera cæca ſanari poſſunt. Hi ſunt denique, qui ad prima ſubſellia non euadere, ſed erepere, atque arduum quodque inceptum, non corona, operibus expugnare, ſed cuniculis arteque Sinonia ſolent: vulpina pelle peruincentes, id quod Herculibus leonino tergore amictis etiam deſperandum eſſet. Rel. Abſit à me talium perſonatorum hominum commendatio. Quorum † licet comitatem, ſalſaque admodum & faceta verba laudauerim, non tamen ideo mores regendique normam admiſi. 8
Sed vt ijs id effici perſuaderem, quod licet non animæ, corpori tamen hoc in æuo ad amicos diuitiaſque parandas conſuleretur. Nam quis eſt, proh Deûm atque hominum fidem (inquit Tullius *de amicitia*) qui velit, vt neque diligat quenquam, neque ab vllo diligatur, circumfluere omnibus copijs, atque omnium rerum abundantia viuere? hæc enim eſt tyrannorum vita, nimirum, in qua nulla fides, nulla charitas, nulla ſtabilis beneuolentiæ poteſt eſſe fiducia, omnia ſemper ſuſpecta atque ſollicita ſunt, nullus locus eſt amicitiæ. Quis enim eum diligat quem metuit, aut eum à quo ſe metui putet?

Porro † neque authoritas minuitur magiſtratus, ſi humilis, comis, vrbanuſque fuerit, imo augetur, ſi Ciceroni credimus *libr. officiorum* 1. dicenti, *Quanto ſuperiores ſumus, tanto nos ſubmiſſius geramus.* & *Eccleſiaſt.* 32. *capite*, cum ſic ait: *Rectorem te poſuerunt? noli extolli. Eſto illis quaſi vnus ex ipſis.* Ex quo nimirum Pythagoras Principes & magiſtratus monere ſolebat, ſic inquiens, *Magis cupere debes, vt conuerſantes tibi, te vereantur quam metuant, reuerentiam enim admiratio, timorem odium comitatur.* Philippus Rex aiebat, oportere meminiſſe Regem, quod homo exiſtens, poteſtatem adeptus ſit diuinam, vt res honeſtas & diuinas inſtituat, ſermone autem humano vtatur. Quo etiam fit, vt Philonis non ſit contemnenda ſententia dicentis: *ſimul cum potentia manſuetudinem ſerua, vt non timendus, ſed reuerentia dignus videaris illis, qui in te inciderint.* Et quamuis pluribus id comprobari poſſit argumentis, vnicum ex legibus Regni noſtri mihi ſat erit. Dixit itaque ſapientiſſimus Alfonſus Imperator, Hiſpaniarum Rex *in l.* 16. *tit.* 9. *part.* 7. hæc haud parum elegantia verba vernaculo ſermone: *Pero los iuzgadores, maguer ayan poder, ſegun derecho de hazer las coſas ſobre dichas: con todo eſſo mucho ſe deuen guardar de reſponder mal, O de hazer deshõra a los que vinierẽ ante ellos para alcançar derecho: y ſi contra eſto hizieren, deshonrando los querelloſos de palabra, o de hecho ſin razon, temudo ſeria en todas guiſas de hazer mayor emienda por ello, que ſi otro hombre la hizieſſe.* Nam & iure communi acerba verba iudicis, licet infamiam non irrogent, *l. verbum. C. de his qui notand. infam.* attamen pudor eius contra quem proferuntur, grauatur, vt Papinianus ait *in l. ob hæc verba. ff. de infamibus*, & text. Regni noſtri 1. *p. tit.* 5. *l.* 55. ibi: *Tentõces bie re el Prelado de palabra, quando es de mal ſeſo y de mala voluntad: y dize alguna razon mal y ſin pro, porque aya de mouer los coraçones de los hombres a dezir, o hazer, algun mal.* Hinc † non immerito iuris interpretes crediderunt iudicem recuſari, ſeu reijci poſſe tanquam ſuſpectum, ſi verba aſpera aut contumelioſa cuipiam ex litigatoribus dixerit, cuius ſententiæ fuit gloſſ. *in cap. cum ſuper. de offic. deleg.* licet contrarium aſſeruerit gloſſ. *in cap.* 10

cum ceſſante. de appellationib. Quarum diſcordia ita ſedatur, vt arbitrio iudicis conſideratis perſona iudicis,& qualitate verborum cenſeatur,ſitne iniuria ſiue contumelia ſufficiens ad recuſandum, aut ſecus ex mente Abb. *in cap. cum accedens. 2. extra vt lite non conteſt.* cui ſententiæ adhæret Ripa *in cap. ſi quando. num. 4. extra de reſcript.* Hoc denique temperamentum eſt ad ſedandam iram. ADV. Qui † natura eſt iracundus, quo pacto ſedare poterit iram. REL. Seneca hoc optimum eſſe,inquit,iræ irritamentum: protinus,ſcilicet, ſpernere, ipſiſque repugnare ſeminibus, & dare operam ne incidamus in iram: nam ſi cœperit ferre tranſuerſos, difficilis ad ſalutem recurſus eſt. Quoniam nihil rationis eſt vbi ſemel affectus eſt inductus, iuſque illi aliquod voluntate noſtra datum eſt. Faciet de cætero quantum volet, non quantum permiſeris. In confinibus hoſtis arcendus eſt. Nam cum intrauit & portis ſe intulit, modum à captiuis non accipit. Multo ergo ante rem præmeditari oportet,& longiſſime abnauigare ab ipſa. Itaque exerceamus prius nos domi inter famulos & vxorem. Qui enim domi lenis eſſe didicit,idem multo magis publice talis erit,mitis videlicet ac bonus.

11

CAPVT XXXIX.

CELERITATEM IN IVDICIBVS, MAXIME MAioribus, eſſe perniciosam ob idque fugiendam docet.

SVMMARIA.

1 *Iudex libenter audire tenetur partium allegationes,cunctaque rimari.*
2 *Teſtes de nuo quandoque admittuntur poſt lapſum termini.*
3 *Sententia præcipitatio inuehitur.*
4 *Iudicem conſtantem eſſe oportet.*
5 *Conſtans quid ſit?*
6 *Iudices balliſtarij dicuntur, qui ita præpropere ſententias ferunt,atque balliſta ſagittas.*
7 *Fœminæ præcipites.*
8 *Romanorum iudicum mos circa ferendas ſententias.*
9 *Præcipitatio nimia eſt nouerca iuſtitiæ.*
10 *Sententia eſt nulla, ſi iudex acta non viderit.*
11 *Sententia tam breui lata, quod iudex acta non potuerit videre, eſt nulla.*
12 *Decretum iudicis eodem momento interpoſitum, quo & authoritas petita fuit, eſt nullum.*
13 *Notario aſſerenti, cauſæ cognitionem interueniſſe,an credatur.*
14 *Alienationis rei minoris, aut eccleſiæ inſtrumenti praxis.*
15 *Magiſtratus maiores non decet in ferendis ſententijs præcipitare.*
16 *Magiſtratuum maiorum exiſtimatio apud Principem.*
17 *Feſtinatio & ira contraria ſunt conſilio.*
18 *Deliberatio laudatur.*
19 *Tempus eſt pater veritatis.*

1 DIxi † præterea fortitudinem & integritatẽ conſeruari per patientiã,libenter audiendo allegationes partiũ,quod iure noſtro Regio ꝓbat *text. in l. 18. tit. 9. p. 2. & l. 1. tit. 15. lib. 2.*

lib. 2. ord. Doctrina enim viri per patientiam noſcitur, *Prouerb.* 19. Non vero per nimiam celeritatem in inſpiciendis definiendiſque cauſæ meritis, vt *in c. vltim. 30. q. 5.* cuius verba ſunt: *Iudi. autem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, interrogandi, reſpondendi, obijciendique, præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium illuminata ſit pleniſſime, neq. litigantibus prius velit ſua ſententia obuiare, quam cum iam peractis omnibus nihil habeant in quæſtione quod proponant: & tamdiu actio ventiletur quouſque ad rei veritatem perueniatur. Frequenter interrogare oportet, ne quid prætermiſſum fortè maneat, quod annecti conueniat.* Cæterum iudex ſi cauſam plenè non viderit inſtructam, neque ex actis conſtare poſſe de veritate & iuſtitia alterius ex litigatoribus, ſiue id ex negligentia iudicis, ſiue ex contumacia partis eueniat, non eſſe præcipitandam ſententiam, donec iudex ſit affatim inſtructus, admonuit Innocentius III. ad capitulum Oſcenſe reſcribens *in c. tum ex literis, extra de in integr. reſtitut. verſic. proſpeximus quoque. & in c. dudum. vbi Innoc. & Abb. extra de elect. & in c. cum Bertoldus, extra de re iudic.* Tempus enim & mora, frequenſque inquiſitio ad aperiendam controuerſiam conſtat: vt diuinus atteſtatur Plato, *lib.* 34. *de legibus Dialog. 6. col.* 11. Poteſt † enim iudex, imo debet, ſi æquum eſſe viderit, etiam poſt lap- 2
ſum termini ad probandum conceſſum, pro veritate eruenda, nouos admittere teſtes, vt Angel. atteſtatur *in auth. de teſtib. §. quia vero, num. 19. ad remedium.* notatur *in c. per tuas. de teſtib.* frequenterque, quoties viderit expedire, partes interrogare, *l. vbicumque. ff. de interrog. act.* fructus enim diuinus eſt, ſæpius iuſtitiam recenſeri, *cap. graue. 35. quæſt. 9.* Gregorius † item, ſummopere cauẽdum ait, ne qui publica iudicia exercent in dictan- 3
dis ſententijs, leuitate aut furore ducti, ſint præcipites, ſed prius cauſis diligenter ventilatis, cum res quæ ignorabatur plenius ad notitiam venerit, tunc diuina & humana lex reſoluatur, *c. ſummopere. 11. quæſt. 3.* Chriſti præceptoris Redemptoriſque noſtri exemplo, qui noluit Sodomitas damnare, donec de cauſa cognoſceret, quamuis ei nihil eorum criminum eſſet abſconditum, dicens *Geneſ. 8. Deſcendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam.* Deus (quem nihil præterit etiam priuſquam fiat) pro ſe inquirere dignatus eſt, non quod ipſe ignoraret, ſed vt nobis exemplum relinqueret, ne præcipites in iudicandis, & diſcutiendis cauſarum meritis eſſemus, *c. Deus omnipotens. 2. q. 1.* quibus non incongrue accedit text. *in l. 2. C. de ſentent. ex peric. recit.* cum ait, iudex non ſubitas, ſed deliberatione habita poſt negotium, ſententias proferat ponderatas, facit etiam text. *in l. iudices. C. de iudic.* vbi Iaſ. in huius confirmatione m plura congerit, quæ hic non refero. Vt † tamen non omiſerim, iudicem o- 4
portere eſſe conſtantem, quippe qui iuſtitiæ fructus germinare producereque teneatur, iuſtitia autem nil aliud eſt, quam conſtans & perpetua voluntas, &c. vt *in l. 1. ff. de iuſt. & iur.* Conſtans † autem (vt à viris grauibus pronunciatum eſt) id proculdubio eſſe cõſtat, 5
quod non cito fit, neque facilè diſſoluitur, teſte Philoſ. *Ethic. lib. ad Eudemium. 7. col. item.* 2. Cæterum prætereundum nõ eſt, quod haud iniucunde Federi. Senen. dixerat *in conſ.* 187. *incip. Caſus talis eſt, Dominus Petrus. in fin.* Eos † quippe qui præpropere ſententias fe- 6
runt, iudices appellauit Balliſtarios, vt qui ita fulminent ſentẽtias, ſicut balliſta ſagittas, quod vt facetum dictum retulit Aymon Grauet. *conſ. 135. num. 2.* Atque vt Octauianus ait *de ſtylo Rom. curiæ, li. 7. fo. 98.* damnãda equidẽ eſt in iudicãdo facilitas illorũ præſertim,

ſi qui

Digitized by Google

ſi qui prouentus magis, quam veritatem affectantes rebus plerunque ſuppreſſis ſenten-
tias temere non minus quam fulmina iaciant, ignorantes quid ni: quam grauior ſit fu-
tura aduerſus ipſos Optimi Maximi iuſtitia, ac tantæ impietatis diuina vltio, nec ſatis
memores comminationis Hieremiæ, qui aduerſus eos hiſce verbis proclamat, *Væ vobis*
qui iudicatis terram quoniam iudicabimini. Cæterum & hos, qui furore potius & leuitate
7 ducuntur ad præcipitandum, fœminis ipſe facilè adæquarem. Quas † eſſe maiorem in
modum præcipites, teſtimonio eſt Seneca in Hippolyto inquiens, *Quid ſinat inauſum*
fœmina præceps furor? & apertius Valerius ad Rufinum inter epiſtolas Diui Hieronymi:
Inſani capitis & præcipitis eſt fœmina, indeliberata ſemper voluntate, præcipuum arbitratur quod
vult, & quod non expedit: refert Tiraquel. *de legibus connubialib. l. nona. num.* 128. Quare non
8 mirum † ſi Romanorum mos iudicum commendetur, qui olim (teſte Aſcanio apud
Cicer. *in pratura vrbana*) in cauſis maioribus tabellas omnium ſententiarum in ciſtam
ſimul conijciebant habentes inſculptas literas condemnationis, abſolutionis, & am-
pliationis, ſeu prolongationis. Condemnandi nota erat C. litera, ideo triſtis appellata:
abſoluendi A. litera, ea ratione ſalutaris vocata. Ampliandi denique nota, N.L. erat,
quaſi *non liquet*: qua tunc excuſatione vtebātur, cum eſſet obſcura cauſa, ne temere pro-
nunciaretur: inde ampliatio dicta eſt. Meminit quoque Iureconſultus arbitri iurantis
9 nondum ſibi liquere de cauſa *in l. Pompon. de re iud.* Nimia † enim præcipitatio eſt nouer-
ca iuſtitiæ, vt *in Clem. paſtoralis, de re iudic.* & iniquitati comparatur, cum iniquitas omnia
præcipitet, *c. non in perpetuum. vbi gloſſ. in fi.* 24. *q.* 3. text. etiam *in cap. inter hircum. de pœnit.*
diſtin 3. ait: *Virtus lenta eſt, & omnium percunctatrix.* Ex quo non immerito Bal. *in l. ſi qua ex*
fœminis. 2. *lect. C. de ſecun. nuptiis,* feſtinationem, dixit, malorum morum euidens eſſe ar-
gumentum: & alibi, qui iudicat priuſquam intelligat, in labyrinthum incidit erroris, vt
in c. ſciendum. 19. *diſtin.* facit text. *in cap. ad noſtram, extra de conſuet.* per quem Bald. ibi inue-
hit in iudices ſententias fabricantes non ruminato proceſſu. His quoque accedit text.
in c. licet. ibi, *poſt multarum experimenta cauſarum.* 45. *diſtinct. & in c. ponderet.* 50. *diſtinct.* per
quem text. exclamabat ibi Domin. contra iudices, *quibus*, vt ipſe ait, *de ſero mittitur pro-*
ceſſus, & de mane iudicant: prout ante eum dixerat Bart. *in l. prolatam. C. de ſentent.* vbi addit,
10 quod † licet iudex in proceſſu litis ordinem ſeruauerit debitum, ſi tamen formato iam
proceſſu non deliberauerit, neque plenè viderit acta, ſentētia eſt ipſo iure nulla, quam-
uis fuerit iuri conformis. Paria enim ſunt, non fuiſſe de cauſa cognitum, & non vidiſſe
acta, aut probationes alterutriuſque partium, vt per Felin. traditur *in c. eccleſia ſancta Ma-*
riæ, num. 23. *lim.* 6. *extra de conſt.* vbi ampliſſime diſputat hanc quæſtionem, ſitne nulla
ſententia ſine cauſæ cognitione lata? *num.* 12. *& deinceps.* Et in *nu.* 17. concludit eſſe com-
muniter receptum, ſententiam fore nullam, quod reſtringit & limitat ſex modis: ali-
11 qua adducuntur per Hippol. *in l. qui cædem, num.* 18. *& ſeq. ff. ad l. Corn. de ſic.* Hinc † eſt,
quod ſententia lata tam breui tempore, quod veriſimiliter iudex acta non potuerit
videre, eſt ipſo iure nulla, quia ex hac temporis breuitate præſumitur latam fuiſſe ſine
cauſæ cognitione, ex ſententia Bar. *in dict. l. prolatam. ad fin. & in l. ſtipulatione. C. de ſentent.*
per text. *in c. tum ex literis. de in integr. reſtit.* qui tamen probat contrarium, cum contra ſen-
tentiam ibi detur in integrum reſtitutio: ex quo eam valere præſupponitur. Abb. tamen

ibi

ibi intelligit, quando ſententia lata fuit aliquali adhibito interuallo temporis, minori ta-
men quam materia exigat, vt tunc ſit reſtitutio in integrum neceſſaria, opinio autẽ Bart.
procedit, teſte eodem Abbate, ibi, quando apparet, iudicem fuiſſe prorſus ignarũ con-
tentorum in proceſſu cauſæ, & hoc attenta temporis breuitate, *argumen. text.* qui ſic po-
teſt etiam intelligi, *in c. cum Bertoldus. de re iudic.* quem ita intelligit Lud. Rom. *in l. ſciendũ,
pen. col. ff. de verb. oblig.* Felin. *in dict. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 18. Innit. extra de conſtitut.* &
doctrinam Bartoli ſequutus fuit Petr. de Anchar. *conſil.* 188. *num.* 2. per text. *in l. vlt. C. com-
mina. vel epiſt.* Alex. & Iaſon. *in l.* 2. 4. *col. in fin. C. de eden.* Alex. *conſ.* 123. *numer.* 24. *lib.* 4. Vbi † 12
refert pulchrum conſilium Petr. Ancha. *conſil.* 83. Viſis *diligenter*, vbi *num.* 2. inquit, quod
authoritas ſiue decretum à iudice interpoſitum in contractibus minorum (in quibus
authoritas iudicis, & ſic cauſæ cognitio requiritur, iuxta text. *in l. magis puto. §. ne paſſim,
cum ſimilibus. ff. de rebus eorum*) ſi ſtatim quod à curatore minoris fuit poſtulatum, fuerit
interpoſita, contractus eſt nullus, quandoquidem nullum fuit decretum, vtpote cui
cauſæ cognitio defuerit, non enim potuit tam breui tempore interuenire cauſæ cogni-
tio: quod ibi apparebat, eo quod datio curatoris, & authoritas in contractu interpoſita
eodem momento factæ fuerant, vt ibi per eum, quod Alex. vbi ſupra, nimis commen-
dat, & Carol. Molin. *in addit.* idem Alex. *conſ.* 118. *col.* 2. *lib.* 2. Iaſon. *in d. l.* 2. *col.* 5. *C. de eden.*
Fel. *in d. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.* 15. Hippol. *in d. l. qui eadem, num.* 18. *ff. de ſicar.* Greg. Lup.
tacitis his, quos ſupra citauimus *in l.* 16. *in gloſ.* 2. *tit.* 8. *part.* 5. Petr. Duennas *in regula.* 186.
incip. Decretum per totum, vbi plurima in hanc rem cumulat. Quibus † non parum adſti- 13
pulatur doctrina Pauli Caſtren. *conſil.* 38. *lib.* 2. *Super eo quod quæritur, vtr: in viſo ſtatuto, nu-
mer.* 2. vbi inquit, ſi notarius rogatus de interpoſitione decreti ſcribat interueniſſe cauſæ
cognitionem, non creditur ei: quia diligens inueſtigatio, quæ in cauſæ cognitione inter-
uenire debuit, non potuit fieri tempore confecti inſtrumenti, ſed temporis requirebà-
tur interuallum, ideo de eo notarius non potuit eſſe rogatus, iuxta notata per gloſſ. &
Bart. *in l.* 1. *C. de fid. inſtr. & iure haſtæ fiſc. lib.* 10. per Bart. rurſus *in l. ſciendum, num.* 3. *ff. de verb.
oblig.* vbi notario non creditur, niſi de ijs quæ interuenire poterant tempore confecti in-
ſtrumenti: imo neque iudici id aſſerenti quippe qui pro motu omittere poſſet cauſæ co-
gnitionem: atque ideo verba enunciatiua non probant, vt per Bart. *in l. ſi forte. ff. de caſtrẽſ.
pecul.* Debuit † ergo, vt idem Paul. ſubdit, de cauſæ cognitione & debita inueſtigatione, 14
fieri ſcriptura ſeorſum diuerſa ab ea, ſuper qua interponitur decretum, & dicit hoc vo-
luiſſe Guil. Duran. *in ſpecul. titul. de procur §.* 1. *verſ. ſed quid ſi ſolum per libellum, &c.* Sicut &
quando agitur de alienatione rei eccleſiaſticæ debet fieri ſeorſum ſcriptura tractatuum,
qui præcedere debent, iuxta formam traditam à Guill. Durandi *in ſpecul. tit. de locato, §. ſe-
quitur, verſ. & ſcias quod de ipſo tractatu*, quam Pauli ſententiam retulit, & ſequutus fuit Fe-
lin. *in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, num.* 15. *de conſt.* & Hippol. *in d. c. qui eadem, num.* 19. *ff. ad l. Corn.
de ſicariis.* Thomas Fer. *in cautela* 60. *num.* 13. Iaſ. *in l. nec quicquam. §. vbi decretum, num.* 71. *ff.
de offic. proconſ. & leg. in l. ſciendum, numer.* 13. *ff. de verb. oblig.* Et † quamuis omnibus ſit inter- 15
dictum iudicibus, antequam ſint plene inſtructi de cauſæ meritis, ſententiam ferre,
longe magis id ſenatoribus, Regijſque conſiliarijs, & auditoribus, alijſque maiores
gerentibus magiſtratus inhibetur, à quibus alij ſunt inſtruendi, quippe qui non ſolum

16 nobiles, & plebeios, verum etiam alios iudicant magiſtratus, vt *in l.1.tit.4.p.3.* † Credi-
dit enim Princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & grauitate,
ad huius officij magnitudinem adhiberentur, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia
ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret iudicaturus, vt *in l.vnic. C. de officio praefecti prat.* &
17 hac de cauſa ab eis non appellatur, vt ibi. Duo † enim præcipue, teſte Seneca in prouer-
bijs, ſunt contraria cõſilio, feſtinatio videlicet, & ira. Idem etiam dixit Bias Philoſophus,
& Socrates, vt refert Ioann. Neuiz. *in ſylua nupt. lib.5.n.107.* ibique ſubdit, ſecus eſſe in
rebus bellicis, in quibus plerunque pręſtat celeritas, quam virtus. Terentius tamen, O-
mnia prius experiri Imperatorem conſilio, quam armis decere ait. Optima enim eſt vi-
ctoria, quæ ſine ſanguine euenit, teſte Laertio: Nam ſera nimis eſt poſt cladem belli de-
liberatio. Poſtquam autem eſt paratum, inquit Lucanus, tolle moras. Atque vt Caſſia-
dorus ait, in rebus inchoandis prudentia & conſilio vti oportet, periclitandis vero auda-
18 cia. Atqui in alijs rebus deliberatio † ſæpe trahit hominem, & facit videri bonũ, quod
antea malum eſſe putabat, vt ſcribitur *in antiquis Rotæ deciſionibus cap.774.* nec vlla res fe-
ſtinata ſimul eademque examinata eſſe poteſt, teſte Apuleio, vt Neuizanus vbi ſupra
19 refert *n.107.* tempus † enim pater eſt veritatis, vt teſtimonio eſt Gellius, *li.12.c.11.in fin.* &
vt ſcribitur prouerb. in Senecæ, *Mora omnu odio eſt, ſed facit ſapientiam.*

CAPVT XL.

CELERITATEM IN EXPEDIENDIS CAVSIS QVAN-doque requiri, affatim inſinuat.

SVMMARIA.

1 *Celeritas in definiendo, quandoque requiritur.*
2 *Celeritatem plures cauſæ requirunt.*
3 *Ordinis qualiſqualis omiſſio reddit proceſſum nullum, & in ſummarijs.*
4 *Maturitas non poteſt eſſe conſilij, vbi ordo deficit iudiciarius.*
5 *Cauſæ quæ breuiſſime ſint expediẽda, quæ breui corrumpuntur.*
6 *Idem in notorijs.*
7 *Atque in criminibus.*
8 *Cauſa etiam clericorum apud regia tribunalia celeriter expediuntur.*
9 *Idem in alijs pluribus cauſis remiſſiue.*

1 VErum enimuero cum † de cauſæ meritis iudici plene conſtiterit, legitimeque liquerit non decet eſſe tardus, aut mollis in ſententia ferenda. *l. vltim. C. de compenſ. l.12.tit.4.part.* Inquit enim Saluſtius: *Conſilio opus eſt prius: vbi conſulueris, mature opus eſt facto.* Cui concinit text. *in l.ſi de meu.§.vlt.ff.de arbitr.* Nec timidus in ea exequenda poſtquam in rem tranſierit iudicatam. *ſi quis forte.ff.de pœnis.* Modus itaque in ſententijs ferendis adhibendus eſt: ne ſubito nimis nec ad Calendas, quod aiunt, Græcas pronuntietur. ſed illud menti iudicum fixum eſſe debet temperamentum; *Feſtina lente.* Cuius meminit Eralinus *1.prouerbiorum parte, prouerb.1.* Ioan. Oldendorpius *de ſent. & re iudic.§.2.incip.Sententia qua expreſſam. n.28.* Cæterum neque ex ſupra proximo capite dictis excludi cenſebuntur

buntur plurimi caſus, qui in iure reperiuntur celeritatem exigentes: vt eſt cernere, in † 2
cauſis vilioribus, ſiue alijs quæ ſummaria debēt expediri cognitione, abſque pleno proceſſu, vt tractatur *in extrauagan. ad reprimendum.* Bart. interprete, & *in Clem. ſæpe de verb. ſign.*
In † quibus tamen omiſſio qualiſqualis ordinis reddit proceſſum nullū. Petrus de An- 3
chat. 167. *Viſis diligenter omnibus, de quibus ſupra fit mentio. num. 4. ad finem.* ita dicentis ſentire Innocen. ſubtiliter *in cap. veſtra de cohab. cleric. & mul.* dum ait quod in notorijs, & ſic non omnis, tamen aliquis ordo ſeruandus eſt, cuius doctrinæ ſubſcripſit Felin. *in dict. cap. eccleſia ſancta Mariæ n. 29. 5. not. de conſt.* Hippol. *in dict. l. qui eadem n. 36. ff. ad l. Corn. de ſic.* Non † 4
enim poteſt maturitas eſſe conſilij, vbi nullus eſt ordo iudicij, teſte Hieron. ſuper Hieremiam *lib. 10.* quem refert Ioann. Andr. *in cap. qualiter 1. de accuſat.* ex quo Guill. *in ſpecul. tit. de appellat. §. nunc breuiter. verſ. item ſecundum quoſdam.* inuenit contra ſtylum curiæ Regis Franciæ, vbi non ſeruatur ordo iuris, & perperam ſecundum eum, cuius dictum refert Felin. *in dict. cap. Eccleſia ſancta Mariæ. num. 25.* Alijs plerſque etiam caſibus cauſæ celeritas deſideratur, nempe, vbicunque iudicium inchoatur ſuper rebus, quæ breuiſſime corrūpuntur, cuius ſane tractatus non debet eſſe longus: ſed debet iudex ita celeriter & leuato velo expedire, quod res litigoſa non corrumpatur, vt cenſuit Bar. *in l. 1. ff. de gland. legend.* per text. illum, vbi cauſa ſimilis triduo expediri iubetur, cum hoc exigat eius natura. Ex quo deducit, quod cauſa prioratus vel conſulatus qui durat duobus mēſibus eſt ita celeriter expedienda quod iudex tempus labi non ſinat, quod dicit Bart. eſſe longe nimis ſignandum, & demū ſe relegat ad ea quæ ipſemet tradidit *in l. ſi prius. 10. q. ff. de noui oper. nun.* ſequitur Roma. *in l. ſi vero. §. de viro, in 40. fallentia verſ. 17. ff. ſolut. matrim.* Felin.
in dict. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. num. 3. 28. not. de conſt. Vbi † ipſe *n. 20.* idem ait in notorijs, 5
quę omnino nō exigunt ſolitam cauſæ cognitionem, *l. ictus fuſtium. vbi gloſ. & Bar. ff. de his qui not. infam.* Abb. *in repet. dict. c. Eccleſiæ. & in cap. ad noſtram. 3. col. de iureiurand.* quod fuſius tractat Felinus, vbi ſupra. † Porro vt inquit Budæus *in ſuis in pandectas annotationibus* 6
in l. vltim. de ſenat. pag. 117. in princip. criminales cauſæ minime ſunt differendæ. Præſertim in his, quæ certum priuatumque accuſatorem habent, & iniuriæ ſuæ vindicē, quæque legitimo ordine agitaræ, hinc accuſatorem, illinc defenſorem admittunt. Criminum enim, inquit, inuidia quæ recenti accuſatione calere ſolet, & ad animaduerſionē vindicationemque iudicū animos perpellere, comperendinatare, vt aſſolet forenſi artificio, refrigeſcit. Etenim longe die accuſatorum iuſta ira relangueſcit, & lacrymæ iudicū exareſcunt, qui prius viduarū orborumq; calamitati ingemiſcere videbātur. Quod 7
ſi morib. noſtris cōparatū eſſet, vt accuſationes, defenſioneſq; probationib. ac teſtimonijs inſtructæ in iudicium afferrentur, ſicq; præſentanea cognitione, continuaq; diſceptatione diiudicarentur, ꝑfecto audaciſſimis ac confidentiſſimis hominib. impunitatis ſpes præciſa eſſe videretur. Hæc ille. Ibique refert memorabilē Romani ſenatus breuiſſimam cognitionem authore Plinio, ex quo nimirum leges, criminales cauſas ſine iudicij ſtrepitu terminari iubent. *l. properandum. C. de iudic.* Circa cuius veritatem eſt videndus Bald *in cap. iurgantium, de ſentent. & re iud. nu. 1. & 2.* vbi non omnes cauſas criminales celeriter permittit expedire, ſed poſtq̃ plene liquerit, appellatio tñ recipi deƀ, niſi forte latro manifeſtus ē, vel ſeditio prærupta, factioq; ciuenta, vel alia iuſta cauſa, q̃ mox pſes literis

excuſauerit, moram non recipiat, non pœnæ feſtinatione, ſed prçueniendi periculi cauſa: tunc enim punire permittitur, deinde ſcribere Imperatori, inquit Vlp. ex oratione diui Mar. *in l. ſi quis filio. §. hi autem omnes. ff. de iniuſt. rupt. irritoq́; facto teſt.* Celeritas † etiam
8 exigitur, ſi clericorum cauſæ apud ſeculares iudices trutinentur, tam in expeditione, quam in deffinitione, ne à ſacris ideo commoueantur obſequijs, vt *in authen. apud proprios epiſc. §. ſi vero. coll. 6.* Hinc leges Regni noſtri permittentes cauſas eccleſiaſticas coram auditoribus cancellariæ agitari, vt ipſi cognoſcant, ex eiſdem actis de violentijs per iudices eccleſiaſticos admiſſis ob appellationem ab eis non receptam, omnibus alijs præponi, ante omnesq́; expediri præcipiunt, vt in duobus Regijs mandatis eodem die confectis Toleti, anno 1525. die vero 11. menſis Auguſti continetur. Plurima † alia ſunt celeriter
9 expedienda, ab Luc. de Pen. tradita *in l. 2. col. 3. C. quando & quib. 4. pars deb. lib. 10. & infra cap. 42. num. 8.*

CAPVT XLI.

MEDVLLAM ARBORIS (QVAE VERITATEM, fidelitatem, & ſecretum continet) deſcribit.

SVMMARIA.

1 *Veritatis laudes.*
2 *Veritatem cum improbis non poſſe habere cõmercium.*
3 *Mendacij periculum.*
4 *Iudices veritatem ſequi oportet.*
5 *Subtilitas ingenij quam in iudice laudatur.*
6 *Veritate nil hoc in æuo fortius.*
7 *Veritatem pro pecunia negantes Deum vendere dicuntur.*
8 *Veritas quandoque pro iuſtitia ſumitur.*
9 *Veritas quandoque pro veritate ſumitur.*
10 *Veritas in luto ſubuerſa eſt, & odium parit eam ſectantibus.*

HActenus de ſtipite corticeque arboris noſtræ dictum ſufficiat. Longo etenim ſermone, vltra quam par fuit, ea prolatauimus. Supereſt modo, vt paucula de eiuſdem arboris medulla pertractemus. Ex qua fructus pendere bonitatem, omnemque vim liquido conſtat. Tria enim medullam in iudice repræſentant veritas videlicet, fidelitas, & ſecretum. Quibus ſane tota arbor regitur, & coaleſcit, fructusque vberes, ſani, aut corrupti, ex ſanitate, corruptioneve medullæ producuntur.

1 Veritas † nempe, vt ad primum deueniam, latere dicitur in horreo cordis noſtri, vt Archid. ait *in c. ſi forte, de elect. lib. 6.* ſicut & medulla in trunco. Eſt vtique materiuſtitiæ, *l. libertini. ff. de ſtatu homin.* & in omnibus principatum obtinet, vt quæ rebus omnibus ſit præferenda, *c. quæritur. 2. q. 7.* Et ſi Platoni credimus, *lib. 34. dialogo de legib. 5. 3. col.* veritas profecto, tum dijs, tum hominibus dux omnium eſt bonorum. Hæc facile omnis ſcientiæ finis eſt, teſte Ariſt. *1. & 2. metaphyſ.* & Iuriſconſulto *in l. apud Iulianum. ff. de fideicomm. libert.* qua (cum inuenta fuerit) nihil dulcius, nilve pretioſius haberi poteſt: pro theſauris om-
2 nibus eſt, deſiderium explet, & animo quietem parat. Ea † verò non corporis viribus, ſed ingenio atq; arte comprehenditur, ratiocinando, ſpeculandoq́; inuenitur. Enimuero ſpeculatio animi libertatem quærit: liber autem eſſe non poteſt, cui affectus imperat, & cu-

& cupiditates dominantur. Quomodo enim ventri aut ſcorto deditus rectè ſpeculabitur? aut ab alea pendens veritatis conſtantiam quæret? quis alienæ fortunæ inuidens, probe ratiocinabitur, aut ira perpetuo flagrans, iuſtitiæ ſemitam diſcernet? quis fœdiſſimæ auaritiæ laqueis irretitus, aut miſerrimæ ambitionis fumo liqueſcens ad philoſophiã rerum omnium contemptricem euolabit? Planè ſi pugnantia eodem loco conſiſtere non poſſunt, *l.1.C.de furt.l.Mutius.ff.pro ſocio.l. vbi repugnantia.ff.de reg. iur.* nullumq; veritas habeat hoſtem cupiditate maiorẽ, vt poterit affectibus turgens cõmodè ſpeculari, & ad veritatis ſcientiam peruenire? Veritas candorem amat, latebras odit, fucos horreſcit, aditus patentes quærit, libera eſt, ſeruire neſcit, aliena vmbra tegi non vult: ſuo lumine delectatur, cum ſeruili ignauoq; hominum genere cõmercium non habet: ſolis liberis & ſpeculantibus præſto eſt. Qui denique eam ſequitur, Deum ſequitur, *c.quiſquis. 2.q.3.* Deus enim ipſe veritas eſt, & vita, *Ioan.*14. Ideoq; nimirum hæc valet, hæc vincit, hæc omnia ſuperat, vt ſcribitur *in c.conſuetudo.8.diſt.& in c.fraternitatis, de frig.* Hinc Iſidorus de ſummo bono ſic exclamans, ait: *O quam magna eſt vis veritatis, quæ omnia ingenia, aſtutias & caliditates ſuperat, quæ contra ficta ſimulataq; figmenta, ſe ipſam defendit, quæ deniq; poſt Deum colenda eſt.* Quam cœli ciuem appellauit Stobæus *ſerm.9.* eamq; ſolam conuictu frui Deorum. Pythagoras interrogatus quid Deo ſimile facerent homines, cum veritatem reſpondit, exercent. Proinde qui celat eam, in labem incidit peccati, *c.1.& cap.delictorum, de teſt.cog.* fur enim dicitur, veritatis laudis ve alienæ occultator, *l.hæreditatũ.§.vlt.ff.ad l.Falc. Iaſ.in §.vlt. in fi. Inſt. de act.* Neq; minus † periculũ eſt in verbis lingua mentiendo, quam 3
manibus ſanguinem effundendo. Melius item eſt pro veritate pati ſupplicium, quam pro adulatione beneficium. *c.nemo.11.q.3.* Quamobrem † iudices eam modis omnibus 4
amplecti oportet, nam ſicut ſtultum non decent verba compoſita, ita neq; Principem labium mentiens, *Prouerb.*17. Iudicum præterea ſunt partes veritatem ad lucem perducere, eamque ſummoperè iuuare, *c.iudicantem.30.q.5.l.2.C.de edend.l.ſi eum, in fi.princip.cum concord.ibi in gloſſ.adductis.ff.ſi quis caut.l.vlt.ff.de probat. ibi, veritati ſemper locum fore. l. illicitas. §.veritas.ff.de off.præſid.* Alibi quoque ſcribitur in iudicando, cordi ſit magis cuſtodia veritatis, quam obedientia voluntatis, vt *in cap. iudicet in fin.3.quæſt.7.* Guill. *in ſpecul. tit. de ſententia. §.qualiter autem ſententia, num. vltim.* Iudicis eſt enim, in cauſis verum ſequi, patroni, nonnunquam veriſimile, etiam ſi minus ſit verum, defendere, inquit Cicero *officiorum, num.*73. Porro † ad officium iudicis pertinet, vnde veritatem perquirere, 5
ita vt non lateat, *l. quoties. C. de naufrag.libr.*11. vbi Luc. de Pen. plura in eam rem congerit: eſt item optimus text. Regni noſtri *in l.*11. *tit.* 4.*part.*3. vbi probatur iudicis partes eſſe, veritatem ad lucem perducere. Ad quam certè indagandam ſubtilitas ingenij plurimum iuuat, vt *in l. vn. ibi, Per ſuam ſubtilitatem. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt proferuntur*, vbi Pet. Rebuff. 8 *notabili*, plurima in huius fauorem congerit, *vſque ad num.* 7. ibique plurima in contrarium adducit, imò quòd magis veritas, quam ſubtilitas attendatur per *l. in rebus. C. de iure dot.* & quod ſcribitur *Sapien.* 6. Ponam in lucem ſcientiam, & non prætéribo veritatem: & alia plurima quæ ibi Rebuffus tradit vſque ad *num.*15. vbi demum concludit, nimiam ſubtilitatem, & quæ tendit ad iurium obſcuritatem reprobari, vt *in d. l. lege. C. de legi. hær.* Quæ autem eſt ingenij, à virtute pro-

cedit, à ratione pariter & æquitate non deuians, quæve tendit ad iurium declarationem, eam admittit, ex notatis per Abb. & cæteros *in cap. dilecti. de iudic.* Henricum etiam *in c. capellanus de fer.* Porro, vt nihil veritatis laudes concernens, omittatur, non ſilendum
6 eſt, quod † reſpondit iuuenis ille Zorobabel cum duobus alijs iuuenibus de re fortiori contendens: qui poſtquam alius vinum fortius eſſe aſſeruiſſet, quod ſeduceret mentem id bibentium, omnemq; animum conuerteret in ſecuritatem & iucunditatem: alter autem Regem ſcripſiſſet eſſe fortiorem, quod omnes præcellat homines, quos ſi ad bellum miſerit, vadunt, monteſq; & muros demoliunt, iugulantur, & iugulant, & Regis verbum non prætereunt: quin & alij omnes colentes terram, tributa Regi perſoluunt, quam ipſe ſolus dixerit, Occidite, occidũt: dixerit, Remittite, remittunt: cuius ob id magnam quidem eſſe vim atque poteſtatem aſſereret: ipſe, inquam, Zorobabel mulierem atteſtatus eſt fortiorem, quod eorum omnium dominetur, vt per eum affatim comprobatur: Veritas tamen, inquit, fortior eſt omnibus. Omnis terra veritatem inuocat, cælum autem eam benedicit, omnia opera mouentur, & tremunt eam, neque eſt cum ea quicquam iniquum. Vinum iniquum, iniquus Rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua omnia illorum opera, & ſi ipſis non ineſt veritas, in ſua iniquitate peribunt: atqui veritas manet, & inualeſcit in æternum, viuit, obtinetque principatum. Neque eſt apud eam accipere perſonas, neque differentias, ſed quæ iuſta ſunt, facit omnibus iniuſtis ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius, neq; eſt iudicium eius iniquum, ſed fortitudo, Regnum atq; poteſtas, omnium æuorumq; maieſtas, benedictus Deus veritatis. Qui tandem victoriæ palmam obtinuit coram Dario Rege, omnibuſq; magiſtratib. circum aſtantibus, vt legitur *Eſdræ 3. cap. item 3. & 4.* Deus
7 deniq; veritas eſt, *Ioan.* 14. Quamobrem † veritatem pro pecunia aliove præmio negantes, Deum vendere dicuntur, ſicut Iudas, qui Chriſtum nummis prodijt, *c. abijt Iudas.* 11. *q.* 3. Veritas † item iuſtitia eſt, ſic intelligitur fortaſſe illud Prouerbiorum 20. Miſericordia & veritas cuſtodiunt Regem. In quem ſenſum Cicero pro Deiotaro poſuit, cum ait, *Quæ mihi ad ſpem obtinendæ veritatis grauiſſima ſunt: ad motum animi, & ad omnem impetum di-*
8 *cendi leuiora.* Veritatẽ † pro iuſtitia poſuit, teſte Budæo *in ſuis in Pandectas annotat. tit. pro ſocio. l.* 3. in eadem etiam ſignificatione accepit eam Dauid, *Pſalm.* 50. Ecce enim veritatem dilexiſti, vti ea verba exponit Alfonſus à Caſtr. *ibidem homil.* 11. Bonus igitur iudex dici non poteſt, qui veritatem non ſequitur, cum ijs iuſtitiam denegare videatur, qui veritatem non amplectitur, quæ melius operando, quam audiendo intelligitur gloſ. *Lucæ c. vlt.* Sapiens hoc ſentiens *Prouerbiorum* 30. Sic, inquit, vanitatem & verba mendacia lon-
9 ge fac à me. Verum † hodie, quod dolens dico, veritas quaſi in luto ſubmerſa & oblimata eſt: aut (ſi Democrito credimus & Cicer. *Academicarum libr.* 1. *prope finem*, & rurſus *lib.* 4. *num.* 63.) in profundo demerſa, opinionibus & inſtitutis omnia tenentur, nil veritati relinquitur. Vnde Apoſtolus ad Galatas 4. *Ego*, inquit, *inimicus factus ſum vobis verum dicens*, ibiq; Hieron. ait: *Hæc eſt veritatis conditio, vt ſemper illam inimicitia proſequantur, iuxta illud Terentij in Andria, Obſequium amicos, veritas odium parit.*

CAPVT

CAPVT XLII.

IVDICEM VERITATEMNE AN PROBATA SEQVI oporteat, diſſerit.

SVMMARIA.

1 *Iudices an iuxta conſcientiam, an vero ex actis ſententiam dicere teneantur.*
2 *Quid in ſupremis ſenatoribus?*
3 *Quid in Principibus?*
4 *Iudicandum eſt ſecundum veritatem in iudicio probatam.*
5 *Legis 11. tit. 1. lib. 3. ordin. expoſitio.*
6 *Clauſulæ ſola facti veritate inſpecta 15. effectus remiſſiue.*
7 *Legem 11. ord. eſſe in aliquot caſibus antiquatam.*
8 *Summariè cauſæ iure Regio enarrantur.*

CÆterum non incongrue hic tractari poſſet quæſtio illa vulgatiſſima apud iuris in-
terpretes paſſim diſcuſſa. Iudicéſne † qui magiſtratus in Republica gerunt ex his, 1
quæ priuatim cognouerint, ſententiam dicere teneantur, contra aut præter allegata &
probata? an vero ex his, quæ vt iudices ex proceſſu perceperint? & quia hæc vigilantiſſi-
me non minus quam doctiſſime (more ſolito) eruditiſſimus noſter explicuit Couar-
ruuias *libr. variarum reſolutionum. 1. c. item* 1. vt iam nihil addi poſſit, veram reſolutionem
abſq; alia examinatione ex eodem referam auctore. Is itaque *num. 6.* veriorem eſſe opi-
nionem illam magiſque communiter receptam adſeuerat, à Theologiſque frequentio-
ri calculo approbatam, qua adſertum eſt, iudicem debere ex allegatis & probatis in iu-
dicio, quæ ſibi, vt iudici nota ſunt: non ex his, quæ priuatim ex particulari ſcientia per-
ceperit, ſententiam dicere: etiamſi quod priuatim ſcit, ita certo ſciat vt nulla re poſſit
eius animus in contrarium adduci. Quod æque procedere contendit in criminalibus
cauſis, atque in ciuilibus, *ibidem num. 7.* ex Thomæ, Caietani, Silueſtri, Card. à Turre Cre-
mata, & aliorum ſententia in locis per eum citatis. Supremo: † etiam Senatores iudiceſ- 2
ve, qui Prætorijs Regijs adſiſtunt, non poſſe litigantibus ius dicere ex priuata eorũ ſen-
tentia, & ſi omnes eam certã haberent: ſed teneri litem diffinire ex his, quæ ex proceſſu
conſtant, aperte probat: nam & hi iudices omnino debent, viſis actis & proceſſibus iu-
dicare, quod palam eſt, igitur ex illis publicis documentis, non ex particulari ſcientia o-
portet, & neceſſe eſt, eos ſententiam ferre: contra Guidonis Papę *q. 29.* & Alciati ſenten-
tiam *in c. 1. n. 89. de offic. ordin.* Nullam enim hi iudices à Principe habent poteſtatem dero-
gandi legibus. Principem † tamen (qui habet poteſtatem legis condendę) concedit, ſen- 3
tentiã dicere poſſe iuxta conſcientiam: tametſi contrariũ in iudicio probatum ſit, vt ſcri-
bunt Cyn. Bart. Bald. & alij *in l. 1. C. vt quæ deſ. aduoc.* Felin. *in c. Paſtoralis. § quia vero n. 23. de
off. deleg.* Conſuluit tamen Caiet. *3. p. tit. 9. art. 2. §. 6.* vt princeps palam teſtetur, & publice
propriam ac priuatam ſcientiã manifeſtet, quo populo ſatisfaciat. Quibus addit Couarr.
d. 1. reſolut. num. 7. in fin. Principem hac in ſpecie æquiſſime facere, ſi reum ex probationi-
bus po-

bus nocentem: vere tamen ab eo crimine liberum ex propria ſcientia abſoluerit: reum
autem ex proceſſu innocentem, itidem immunem à pœna iudicauerit, etiam ſi princeps
ſciat priuatim eum vere deliquiſſe, ni[illegible]delictum ita atrox ac pernicioſum eſſet, vt ma-
4 xime conueniret Reipublicæ eius authorem publice puniri. Denique † hæc regula con-
ſtitutiſſima atque inuiolabilis traditur: quidquid iudici vt iudici notum eſt id iudicare
poſſe, non quod ei notum eſt vt priuato, ignotum vero vt iudici, quia ſcilicet ex actis
5 non conſtet. Id † quod lege Regia ſancitum eſt à Rege Ioanne II. edita *in l.11 tit.1. libr.3.
ordin.* vbi, quamuis omittantur in proceſſu cauſæ, quæ ad ordinem ſubſtantialem iudi-
ciorum ſpectant, ſi tamen ex actitatis in proceſſu veritas appareat conueniens, & reſpi-
ciens ad id, quod actor petere voluit, debet ſecundum veritatem in iudicio probatam
ſententia ferri, neque annullatur proceſſus ex omiſſione dicti ordinis iudicialis. Nam il-
la verba legis, *O des fallezieˉdo las otras ſolenidades, y ſubſtancias, o alguna dellas, &c.* non exclu-
dunt ordinem naturalem, vt ita dixerim, iudiciorum, hoc eſt, probationem, quippe quæ
lege tolli non poſſit, vt profitetur Bald. *in rubr. extra de officio iudicis, num.* 15. Eſt enim de
iure diuino, dicente ſcriptura, *In ore duorum vel trium ſtat omne verbum*: & in eam rem ad-
ducit Bald. text. *in l.1. ff. de milit. teſtam.* qui iuncta gloſſ. hoc probat. Clarius tamen id expli-
cat Iuriſconſultus Paulus *in l. Lucius. eod. tit. his verbis*: Reſpondi militibus quoquo modo
velint: & quoquo modo poſſint teſtamentum facere conceſſum eſſe: ita tamen t hoc
ita ſubſequutum legitimis probationibus oſtendatur, quod Bald. *in d. rubr.* procedere ait
etiam ſi ſtatutum dicat, procedatur iuris ordine omnique ſubſtantialitate, vt verbis eius
vtar, prætermiſſa, non enim his verbis tollitur probatio, quæ eſt de iure naturali, & diui-
no, vt paulo antea dixeram. Quantumuis enim cauſa ſit ſummaria eius factum legitime
probandum eſt, per confeſſionem, aut teſtes, vel inſtrumenta, vt Card. notat *in Clement.
diſpendio ʿam. q. 44. de iudicijs.* cui ſubſcribit Rob. Marant. *in ſua practica, tit. de ſentent. num.* 11.
Petr. Nunn. *reſponſ. 1. n. 13.* vbi plurima ad illius legis 11. intellectum concernentia congeſ-
6 ſit, text. Regni noſtri habemus ad hoc expreſſum *in l.57. c.36. in fin. in pragm.* Vnum † ta-
men conſtat, illius legis diſpoſitionem, ſi concedamus non eſſe immutatam, eundem
omnino effectum ſortiri, quem & clauſula illa, ſola facti veritate inſpecta, cuius quin-
decim effectus enarrat Robertus Maranta *in ſpeculo aureo Aduocat. de ordine iudiciorum,
7 part. 4. 9. diſtinct. iudiciorum, num. 32. & ſeq.* Verum † legem illam ordinationum crederem,
ni fallor, eſſe antiquatam, & correctam, in his duntaxat caſibus, qui in pragmat. *de Alcala
ordinis iudiciarij, & in l.42. ordinis iudiciorum in pragm.* excipiuntur, quæ longe poſt dictam
l.11. edictæ fuerunt: quod conſtat ex fine ipſiuſmet leg. 42. abrogat ſiquidem leges ordi-
nationum, & alias quaſcunque contrarium eius, quod ibi ſtatuitur diſponentes: idque
8 probat expreſſe text. *in l.49. in pragm.* vbi caſus ſpecialis ſtatuitur, in quo † quæſtores par-
ricidij, qui vulgariter, *Alcaldes de raſtro, o de Corte* appellantur, ſummarie, ſimpliciter & de
plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij ſola facti veritate inſpecta cognoſcunt, hoc eſt, in-
quiſitione contra tranſgreſſores legum à Rege Ioan. II. in Curijs Segouię editarum: quę
diſponebant circa ſalaria officialium Curiæ. Ex quo apparet regulam eſſe in contrariū,
nam fruſtra id in ea ſpecie ſtatueretur, ſi in omnibus cauſis ſola facti veritate inſpecta
omiſſoque ordine iudiciorum procedi deberet: eſt ad idem text. *in pragm. Madricia lata*

anno

anno1534.c.60.& eſt *l.1.tit.11.lib.2.capitum comiticrum*, vbi in cauſis quadringentorum morapetinorum & infra, proceditur ſummarie ſine figura, aut ſtrepitu iudicij, abſque allegationibus aduocatorum, nec in actis ſcribitur, niſi condemnatio aut abſolutio: neque appellationis aliudue remedium competit condemnato, quod procedit præterquā in cauſis condemnationum, & mulctatum ordinationum: nam in his non proceditur ſummarie. Et ad eundem fere modum in cauſis duorum pluriumve mercatorum ſummarie ſimpliciter, & plane ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſola veritate inſpecta cognoſcunt. Prior & conſules Burgen. à quorum ſententijs appellare non licet, niſi ad Correctorem Burgen. iuxta formam traditam *in pragm.118.fol.*134. Hi omnes alijque quam plures ſpeciales caſus firmant regulam in contrarium. *l.1.in fin.ff.ad munic.l.quæſitum.§.idē reſpondit.ff.de fund.inſtructo.cum concord.ibi in gloſ. traditis*. & quod in ſpeciali caſu permittitur in alijs prohibetur. *l.maritus. C.de proc.l.cum Prætor.ff.de iudic.* Tenetur ergo iudex non ita celeriter, & inordinate cauſas expedire, vt aliquod inde eueniat litigantibus incommodum, vt *in præfatione eiuſdem pragmat.*42. ſcribitur.

CAPVT XLIII.

LIBELLVS AN SIT DE SVBSTANTIA IVDICII, ET an eius omiſſio vitiet proceſſum iure noſtro Regio, examinat.

SVMMARIA.

1 *Libelli oblatio an in ſcriptis fiere debeat*
2 *Libellus iure regio abſque concluſione ſuſtinetur.*
3 *Libellus generalis an admittatur.*
4 *Libellus ita formari debet, vt certa poſſit ex eo ferri ſententia.*
5 *Sententia ex cauſa probata ferri poteſt, licet ex alia fuerit petita.*
6 *Idem in regno Franciæ.*
7 *Idem in cauſis ſummarijs.*
8 *Actionis naturam actori mutare non licet in libello.*
6 *Libellus obſcurus an hodie admittatur.*
10 *Perſona iudicis actoris & rei ligitimari debet, quantumuis ſummarie procedatur.*

REquiritur itaque iuxta eiuſdem pragmaticæ ſanctionis formam, vt libellus in iudicio offeratur in ſcriptis, vt *in c.1.* eiuſdem continetur, ibi, *Ha de preſentar ſu demanda:* alias literæ citatoriæ ei denegantur. Quod proculdubio apud Regia obtinet tribunalia. Nunquam enim libellus in Regio foro admiſſus fuit niſi in ſcriptis. Verum enimuero apud inferiores iudices, à quorum ſententijs licet appellare, in vilioribus cauſis receptum eſt, petitiones verbo exprimere, easque in actis redigi. Quod præcit. *l.Regia.11.tit.1 lib.3. ordin.* in omnibus indiſcriminatim permittebat cauſis: vt tamen in arbitrio ſederet iudicis, ad rei conuenti inſtātiam, actorem cogere, vt libellum in ſcriptis offerret. Illud † tamen circa huius libelli ſolennitatem nouum nobis prodidit lex illa ordinationum, vt concluſio non exigatur, ſed aliqualis petitio in ſcriptis redacta, ex qua colligi poſſit, quid actor petere velit, vt certa poſſit ferri ſententia licet ſit petitio inepta, modo ex ea poſſit diſcerni quid actor velit, vt ſic reus poſſit debiberare prout in ſimili, in cauſis videlicet 1 2

3 ſummarijs, concludit Robert. Mar. *d. 9. diſt. num. 12. & 14.* Petr. Nunn. *1. reſponſ. n. 11.* qui † ibidem *n. 12.* ſubdit, quod generalis petitio per d. l. non admittatur, ibi: *Conteniendo ſe toda viademãda en la coſa, quo el demãdador, entendio demandar*: quin imo iudex ex officio, parte non opponente poſſit libellum repetere generalem, vt ex eiſdem d. l. 11. verbis expenditur, & ex pragmatica de Alcala ordinis iudiciarij, fol. 48. c. 3. & 5. ibi: *E ſi las dichas demandas*, & ibi *Que el juez ante quien, &c.* Atqui in d. c. 3. eſt optimus text. qui nuncupatim enumerat caſus, in quibus libellus admittitur generalis, in fineque eiuſdem, regula traditur generalis, vt in omnibus cauſis diſcriminatim petitio etiam non particularis admittatur, ſi in libello actor iurauerit neſcire, aut non poſſe amplius declarare, proteſtatusque fuerit maiorem ſe declarationem in controuerſiæ progreſſu facturum, quod hodie apud Regia tribunalia receptum eſt etiam ſine iuramento. Verũenimuero † ita formari debet libellus, vt animus inde conſtare poſſit petentis, iuxta eiuſque intentionem ſententia adaptari, vt ex *d. l. 11.* colligitur cum ſit ait: *Conteniendo ſe toda via demanda en la coſa que entendio el demandador demandar, y ſeyendo probada la verdad del hecho ſobre quo ſe pueda dar cierta ſententio.* Perinde atque in Regno Franciæ extat conſtitutio Philip. pluch. Francorum Regis, quam poſuit Stheph. Aufret. *in tit. de libel obl.* in hęc verba: Propter ineptitudinem libelli, vel omiſſam iuris ſolennitatem (dum modo ex propoſitis & probatis in actis certa poſſit ferri ſententia (iudex de finire non ſinat: de qua Carol Degraſſ. *in iure 7. & 12. li. 1 regal. Franc.*

4 (margin, beside "gia tribunalia")

5 Si † igitur res petita exprimitur, agitur tamen ex vna cauſa, vt puta, ex numeratione, probatur vero ex confeſſione, vel alias ex probationibus conſtat ad actorẽ pertinere, ex alia tamen cauſa, quam petita fuit, nihilominus actor obtinebit ex cauſa probata, & hoc denotant verba illa d. l. 11. *Que ſe iuz. gue ſegun la verdad que hallaren probata*: vt
6 per Nũnium traditur *dict. 1. reſponſo num. 18.* Perinde † atque proceditur in Regno Franciæ nam ſi actio inepte eſt propoſita ſi tamen de iure partis conſtat ex actis nõ debet abſolutoria ferri ab obſeruatione iudicij, quemadmodum iure communi Imperatorum fiebat vt *in l. Blebius. ff. de pact. dot.* Melius etenim viſum eſt ex ineptæ actionis vel petitionis inſtantiam condemnare abſoluere, ſi de facti veritate conſtat, quam reũ ab obſeruatione abſoluere iudicij, & demum nouam inchoare controuerſiam, quare non immerito Francorum Regibus expediens viſum fuit ordinem cæremonialem Romanorũ legibus adinuentum in Francia non ſeruari, vt Guido Papæ atteſtatur. *q. 58* Boerin *addition. ad Ioan. Monta de auth. magni conſilij*, Guill. Bened. *repet. c. Raynutius. in verbo ſi abſque liberu in mat. fideicommiſ. ſubſtitutionis* Carol Degraſſalius *li. 1. regalium Franc. 7.* Sic etiam iure
7 cõmuni diſponebatur † in cauſis ſummarijs quibus ſola facti veritate inſpecta procedebatur, vt *in Clemen ſæpe. de verb. ſign.* ita omnes atteſtantur iuris interpretes, Alex. videlicet *in l. ſi lita ſtipulatus. §. Gryſogonus. col. 5. in fi. ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in l. certe condict. § ſi numos col. 7. ff. ſi cert. pet.* Rober Maran. *in ſpeculo aureo aduoc. 4. part. diſtint. 9. iudiciorum. n. 17.* Montal. *in l. 40. tit. 2. par. 3.* Aymon Crau. *conſi. 108. n. 7.* vbi alios plures refert idem aſſerẽtes. Quod potiſſimum obtinet, quoties libellus clauſulam illam ſalutarem continet, *peto* videlicet *ſuper omnia mihi iuſtitiam miniſtrari*: vt probat latius Petrus Nũnius *d. 1. reſponſo n. 18.* ex qua
8 libellus ſuſtinetur abſque concluſione, Alexan. *conſ. 38. lib. 3. n. 1.* Cui conſquens eſt, vt iu- *Regio l. habeat. ff. de inſtitoria* (quæ vult quod agens ex vna cauſa, & probans ex alia, ſuc-

ſuccumbat)

ſuccumbat) per *d.l.*11. corrigatur. Nec tamen ex hoc actori permittitur in libello propriã actionis naturam à iure inductam mutare. Vt ſi remedium *l.2.C.de reſcin. vend.* non proponitur iuxta iuris formã, vt per Nunnium *vbi ſuprà n.*21. latius plurib. alijs explicatur exemplis. Quod crederẽ verum, niſi adſit clauſula ſalutatis, vt per Capic. *deciſ.*10. *ad fi.* & per Rob. Marant. *in ſpeculo aureo aduoc. 6.p.3.membro iudicij. n.9. &* 10. Atque † ſi forte pe- 9
titio ſit adeo obſcura, quod ex ea reus deliberare nequeat, tunc parte opponente, non procedit libellus, ne reo tollatur defenſio, vt per Rober. Marant. *de ord. iud. 6.p.in 3. membro iudicij, n.*14. *& rurſus 4.p.9.diſt.iudiciorum, n.*13. qui cõſilium quoddam citat Alex. quod ipſe non inuenio, *n. videlicet.*32.*col.*3*.li.*4. imo etiam parte non opponente hodie iure Regio, vt *ſupra n.3. &* 4. expoſuimus.

Præterea licet ſit iure Regio procedendum veritate tantum inſpecta, tamen perſona 10
iudicis & actoris & procuratoris debet legitimari: quia hoc nõ excluditur ex diſpoſitione *d.l.11.tit.1.lib.3.ord.* alias ſequeretur abſurdum, quod non habens mandatũ, poſſit mihi nocere, quod iuri naturali repugnat *l.ſi quis in ſuo. C.de inoffic.teſtam. l.factum cuique ſuum. ff.de reg.iur.* Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in verbo, & figura, col.2. ad fin. quom. in læſæ maieſt. crim. proced.* Paris de Puteo *de ſyndic. in verbo ſententia. §.vtrum. nu.*11. Iaſ. *in l.1.§.nunc.* Nunnius *in d.1.reſpon.num.*16. per text. *in dict. l.*11. ibi: *Las partes*, tex. etiam hodie habemus *in pragmat.42.c.1. ad med.* vbi Reges Catholici illius pragmaticæ ſanctionis conditores denegant actori literas citatorias, qui procuratorẽ notum fori non reliquerit, quo cum acta expediantur, aut domum aliquam nominauerit, vbi acta intimentur, alias ei per notarium aſſignari iubent tribunalia, vbi intimatio fiat, aut ſi perſonaliter non comparuerit, ſed per procuratorem, præcipit lex illa, vt mandatum prius examinetur, ſitne ſufficiens, quam literæ citatoriæ expediantur, eſt etiam text. in pragmatica ordinis iudiciarij *de Alcala c.2.pag.*49. *in eiſdem pragmat.*

CAPVT XLIV.

CITATIO ET LITIS CONTESTATIO AN SINT ORdinis ſubſtantialis iudiciorum, plene examinat.

SVMMARIA.

1 *Citatio requiritur in quibuſcunque cauſis.*
2 *Citatio quibus caſibus non requiratur remiſſiue.*
3 *Citatio abſque iudicis præcepto an fieri poßit.*
4 *Sententia an valeat ſine citatione? & infra n. 7. in fin.*
5 *Citatio vnica generalis an ſufficiat ad omnia acta vſque ad ſententiam.*
6 *Lite non conteſta. an ad diffinitiuam procedatur?*
7 *Lite non conteſta. olim non poterat ad diffinitiuam procedi etiam in partis contumaciam.*
8 *Iuramentum calumniæ, an ſit de ſubſtantia?*
9 *Sermo ſimpliciter prolatus an de primo tamẽ actu intelligatur in diſpoſitione legali.*

RVRSVS neque † deficere debet citatio, quamuis procedi poſſit ſola facti veritate 1
inſpecta: eſt n. ordinis ſubſtãtialis iudiciorũ, ẽt in ſumarijs cauſis: vt p Matth. Afflict.

in prælud. conſtitut. Regni Siciliæ. q. 9. num. 4. traditur, eſt quippe de iure diuino, nam primum
hominem delinquentem citauit Dominus dicens, Adam vbi es? Geneſ. c. 3. eſt vtique ſpe-
cies defenſionis, quare à iure naturali inuenta eſſe dicitur, ob idque Principi eam omit-
tere non licet. in Clem. paſtoralis. §. cæterum. de re iudic. not. Bald. in l. cum fratrem. in vltimis ver-
bis. C. de his quibus vt indign. Socin. conſ. 12. col. 2. lib 1. Marant. de ord. iudic. p. 6. de citat. num. 3. &
num. ſeq. ſubditque citationem fieri debere in ſingulis actis iudiciarijs. l. de vnoquoque. ff. de
2 re iudic. ibique † fuſius pertractauit, quibus caſibus citatio non exigatur. Item quis, à
quo, per quem, quo pacto, quando, & vbi fieri debeat, citatio exactiſſime abſolutiſſi-
3 meque excuſſit. At † vnum tamen, quod ad ius noſtrum attinet, eſt ſumme aduerten-
dum, citationem minime fieri poſſe, niſi iudicis præceptum præceſſerit, per nuncium-
que & præconem verbo, aut tabellionem faciendam eſſe: ſi citandus eſt eo in loco, vbi
iudex reſidet, ſin vero alibi, literas ei mitti oportere citatorias libellum continentes à
iudice, eiuſve actorum magiſtro ſubſcriptas, alias citatio eſt nulla. d. pragm. de Alcala ord.
iudiciarij. §. 1. pag. 49. in princ. Curiæ tamen ritu receptum eſt, nuncios, qui apud prætorum
criminalium tribunalia militant abſque aliquo eorum præcepto citare poſſe eos, qui
inibi degunt, vbi & ipſe de cauſis ciuilibus in prima cognoſcunt inſtantia, ob quorum
citationem non comparentes merito contumaces reputantur, quaſi ij mandatum ha-
beant generale ad omnes cauſas, quo potiſſimum iure vtimur in leuioribus cauſis, in
quibus abſque libello proceditur. Cæterum in grauioribus, cum actor coram iudice
comparet, libellumque in ſcriptis offert, tabellio iuſſu iudicis libellum reo intimat,
quod loco citationis eſt, eique reſpondere admonet intra diem à iudice præfixum. Ter-
minus autem citationis ſtatuitur in l. 42. cap. 2. & 3. in pragmat. ord. iudic. arbitrio tamen iu-
dicis augeri, aut minui poſſe iuxta loci diſtantiam ſtatuit lex illa. Verum in tractatione
illud eſt omnino aduertendum, licet iudicium incipere dicatur à litis conteſtatione. §. ſi
non, in authent. de litigioſ. l. 1. & ibi gloſſ. in verbo iudicio. C. de iud. ad perpetuandam tamen iu-
riſdictionem, ſeu ad interrumpendam præſcriptionem à citatione incipi, vt not. in §. fin.
Inſt. de pœna tem. litig. & in l. hac leg. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. ibique Luc. de Penna, & in c.
gratum. de offic. deleg. Clem. 2. vt lite pend. & in l. ſicut. C. de præſ. 30. vel 40. ann. Cæterum ſi cita-
tio eſt circumducta, nec perpetuat actionem, nec interrumpit præſcript. primum aſſe-
ruit Bald. in l. more. in fin. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. poſt edictum. ff. de iudic. Afflict. in conſt. Sici-
liæ, in rubr. de exord. & præparat. iudiciorum, num. 4. Secundum atteſtatur Guill. de Cuneo in
l. illud. C. de præſ. 30 vel 40. ann. Inn. & Abb. Sicul. in c. conſuluit. de offic. deleg. Felin. in c. illud. de
4 præſcr. n. 5. Afflictus vbi ſupra, & in deciſ. 366. num. 24. Alex. in rubr. de in ius voc. Sed † & illud
non eſt hac in re prætermittendum, citationem præcedere debere ſententiam diffiniti-
uam, alias iure communi nullam eſſe, quæ tribus edictis, vel vno peremptorio pro o-
mnibus fieri debet. l. ea. & l. conſentaneum. & auth. qui ſemel. C. quom. & quand. iud. l. ad perem-
ptorium. ff. de iud. cum l. ſeq. l. de vnoquoque. & l. contumacia. ff. de re iud. c. cum olim. in fin. de teſtib.
Specul. tit. de ſentent. §. iuxta propoſitionis ſeriem. num. 21. Innoc. in cap. inquiſitionis. §. ad peti-
tionem. 1. col. in fin. de accuſat. & in cap. conſuluit. de offic. deleg. vbi affirmat non ſufficere quem
citari ad audiendam iudicis voluntatem ſeu intentionem, niſi nuncupatim nuncius di-
xerit, ad ſententiam, allegat gloſſ. in Clem. ſæpe, in verb. ad id, de verb. ſignif. qua quidem cita-
tione

tione ea in ſpecie deficiéte, ſubſequentem nullam eſſe aſſerunt ſententia Domini de
Rota *deciſ.343.*recento eodem themate, & Ant. *in c.cum ceſſante,de appell.* Fel. *in d. c. conſu-
luit.num.16.& in d.c.inquiſitionis.§. ad petitionem,num.19. de accuſ.*per tex.quem ipſe ad hoc
expendit *in c.2. in verbo ad audiendam ſententiam, & ibi Domin. de dolo & contum. lib.6.* Ro-
bert. Mar.*in ſpecul.aur.aduoc.6.parte de citatione 1. membro iudicij num.70.*iure etiam Regio
partitarum citatio ad audiendam ſententiam requiritur, alias eſt nulla ſententia.*l.vlt.
tit.26.part 3.& l.1.poſt.medium,tit.4.de ordine iudiciario, & inr.caſu.lib.3.ordinat.* Cæterum
vnica † generalis citatio ad totam cauſam ſufficit,vt litigator compareat ſingulis diebus 5
& horis ad omnes actus vſque ad ſententiam, quando citandus in remotis & longin-
quis exiſtit partibus,ſic communiter eſt receptum,vt per Innoc.Abb. & DD.traditur *in
cap.conſuluit,de officio deleg. & in c.auditis, de procurat.* Alexand. *num.10.* & omnes ſcriben-
tes *in l.qui ante Calendas.ff.de verb.oblig..*Abb.*in cap.vlt.3.col.de dilat.* vbi plene attingit iſtum
articulum,Robert. Mar. *in ſpeculo aureo aduocatorum.6.p.1. membro iudicij.num.118.*Iaſ.*in l.
necquicquam.§. vbi decretum.col.7. verſic.10. limit.ff.de offic.proconſul.* Quod limitat Baldus
*in conſilio 4.lib.5. num.2.*in cauſis,in quibus poteſt procedi ad ſententiam, lite non con-
teſtata,vt tunc valeat citatio generalis ab initio facta,etiam quoad ſententiam. Verum
in cauſis,quæ abſque litis conteſtatione non expediuntur, non poſſet fieri quoad ſen-
tentiam,niſi poſt litem conteſtatam.Rurſus ſi ſemel compareat,non ſufficiet generalis
citatio,vt per Alex. & DD.*in d.l.qui ante Calendas.* & Rober.vbi ſupra,qui tandem ſubdit
ex generali vſu & ſtylo curiarum tolerari,vt vnica ſufficiat generalis citatio in initio litis
facta,propter diſtantiam loci. Valde quippe laborioſum eſſet geminare citationes ad
quæcunque acta in locis remotis. Quod † & nos ita paſſim fieri cernimus in foro Re- 6
gio Pintiano & Granatenſi, in quibus proceditur ad ſententiam diffinitiuam lite non
conteſtata, ſiue reus poſt primam citationem comparuerit in iudicio ; ſiue contumax
fuerit,actorque ordinariam probationis viam elegerit, iuxta formam *l.42.c.5. in pragm.*
vt primo caſu reo comparente coram iudice, nec litem conteſtante intra nouem dies
confeſſus cenſeatur ex *l. Regiæ.1. tit.3. de conteſt.lit. ordinatio. & d.pragm.42.c 8.*& ita per iu-
dicem, partibus ad probandum non admiſſis, in petitis condemnentur, iuxta ipſarum
legum formam, quarum ordinationum rigor exploſus eſt,neque admittitur in vſum a-
pud Regios ſupremosque iudices,vt eruditiſſimus non minus,quam practicus, noſtra-
rum primas Didacus Couarruuias à Leiua Regius Senator atteſtatur *l. reſolutionum 1.
c. item 1.n.8. prope fin.* Petr.etiam Nunnius *in 1. reſponſo. num.14.* quinimo actore etiam
hac in ſpecie non probante,reus diffinitiue abſoluitur,vt ibidē contendit Couarruuias.

Secundo autem caſu,reo non comparente, ſi admiſſus ad probandum actor nihil
probauerit,reus diffinitiue abſoluitur,ſin autem probauerit, condemnatur, vt nihil re-
ferat,litem eſſe,aut non eſſe conteſtatam ad diffinitiue pronunciandum, & ita à foren-
ſibus receptum eſt,vt ex *l.vn.tit.9.li.3.ord. & d.l.42.c.5.in pragm.*deducitur,perinde atque
cum ſummatie procedebatur iure communi, vt Felin.notauerat *in c.olim.col.pen.de accu-
ſat.*Et † ita correctus in hoc Regno cenſebitur tex.*in §.ſi vero etiam quidam irrent. in auth.* 7
*de exhib.reis,ibi,Iudice aliquid facere non valente,*vbi contra contumacem, lite non conteſta-
ta,non poteſt ad diffinitiuam procedi, vt & *in l.properandum.§. & ſiquidem. & §.ſeq C.de*

 iudic.

iudic. ſancitum erat, *& in tit. extra vt lite non conteſtat.* Poterat tamen nihilominus compelli reus ad litem conteſtandam captis pignoribus, & per detentionem perſonę ex ſententia Bald. *in l. 1. 5. q. C. de litis conteſt.* & Alex. *in l. ſi ffinita. §. Iulianus. 10. col. ff. de damn. infect.* Franc. de Aret. *in l. qui in aliena. §. plt. col penult. ff. de acquir. hered.* quam communem eſſe concluſionem aſſerit Rober. Mart. *in ſpecul. aureo aduoc. part. 6. de litis conteſt. n.* 8. Atqui hoc in regno nil refert vtrum lis conteſtetur necne. Ita tamen eo iure vtimur, vt reo abſente & contumace literæ receptionis teſtium ei perſonaliter intimentur, ſi commode inueniri poſſit, alias domi intimatio fiat coram vxore, aut liberis eius, ſiue coram vicinioribus, ita quod ad eius notitiam veriſimiliter peruenturas eſſe credatur, vt iure regni diſponitur *in pragm. 42. c. 16.* Præterea nulla alia citatio ad audiendā ſententiam requiritur, ſed lata in eius contumaciam diffinitiua debet abſenti intimari, & à die intimationis incipit labi tempus appellandi, aut ſupplicandi, & ita ritu forenſi receptū eſt, vbi autem reus comparuit, omnes alij actus ſunt ei intimandi, aut procuratori ſuo quem cōſtituit, vt Alex. *n. 12.* & alij Doct. atteſtantur *in d. l. qui ante Calendas.* Socin. *in conſ. 195. col. pen. verſ. quinimo,* &c. *lib. 2.* Anton. de But. & Imola *in d. c. conſuluit.* Cæterum ad ſententiam diffinitiuam ideo non citatur hoc in foro Regio, quia præſentibus procuratoribus in publica proferuntur audientia, qua in ſpecie nulla alia citatio etiam iure communi requirebatur, vt *in l. de vnoquoque ff. de re iudic.* & ibi Doct. Iaſ. *in d. §. vbi decretum, col. 5. verſ. ſexto limit.* imo peculiaribus Cancellariæ conſtitutionibus inhibetur Auditoribus, Relatoribus, & Scribis fori Regij, non modo ſententiæ tenorem litigantibus exponere, verumetiam an eodem die ſit proferenda nec ne: pœnis grauiſſimis id reuelantibus impoſitis.

8 Porro † id etiam ordinis iudiciarij eſt, vt poſt libellum, & citationem, & litis conteſtationem iuramentum calumniæ præſtetur, quod iure inuentum fuit ob publicam vtilitatem, ne veritas occultetur. *l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iureiur. propt. calumn. dan.* Quamobrem per partes expreſſe remitti non poteſt iuramentum hoc, alias proceſſus eſt ipſo iure nullus, vt per Bart. Bald. & alios interpretes *in d. § ſed quia veremur.* Tacite autē omitti poteſt, vt quia iuramentum non fuit exactum ab altera partium: & ſic non fuit iuratum in toto proceſſu, quo caſu cenſetur tacite conſultoque omiſſum, quod fieri poteſt, vt *in c. 1. de iuram. calumn. lib. 6.* Andr. de Ilernia atteſtatur *in conſ. lite legitime. col. 1. & in conſt. vniuerſos,* & tam per actorem quam per reum iuratur de calumnia. *cap. cum cauſam. in fin. extra de iuram. calum. c. dudum. 2. de elect.* Iudex que in quacunque parte iudicij etiam ante litem conteſtatam in exceptionibus dilatorijs, id exigere poteſt, vt per Bart. *in auth. hoc ſacramentum. C. de iureiur. propt. calumn. dand.* & poſt concluſionem cauſæ, ſecundum Bald. *in l. 1. circa fin. verſ. ſed nunquid. C. de iur. calumn.* per text. *in cap. 1. extra eod. libr. 6.* Iure item Regio iuramentum calumniæ eſt de ſubſtantia iudicij. *l. 23. titul. 11. part. 3.* non tamen vitiat proceſſum, licet petitum fuerit ab altero ex litigantibus, neque præſtitum fuerit, vt *dict. leg. 11. titul. 1. lib. 3. ordin.* expreſſe cauetur. Quam tandem limitat Petr. Nunn. *dict. 1. reſponſ. num. 2.* vt procedat ſi ſemel petitum fuerit, ſecus autem ſi bis petatur, præſtari ſiquidem debet alias annullabitur proceſſus, vt inquit text. *in leg. vltim. titul. 4. libro 3. ordinat.* Crederem tamen legem illam 11. tanquam nouiorem corrigere. *leg. vltim.* quæ
9 antiquior eſt. Non enim video diſcriminis rationem inter has ſpecies, neque † his

refra-

refragatur regula quam Nun. tradit *ex l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbor. ſignif.* quod ſcilicet ſermo ſimpliciter prolatus de primo tantum intelligatur actu: reſtringitur ſiquidem, vt in legali diſpoſitione non procedat, vt *in l. veluti. §. hæc vox, vbi Cynus, & poſt eum Bald. qui eum legit cum, §. vltim. l. ſi quis ex argentarijs, & Iaſon qui eum legit ſub §. Prætor ait. l. præcedentis. ff. de edend.* Tiraq. omnium optimè exponit *in dict. l. boues. §. hoc ſermone, limit.* 9. poſt Alciat. *ibi num.* 3. Felin. *in cap. 2. de treuga. & pace.* Iaſ. *in l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſolut. matrim. & in l. duobus. §. 1. in fin. ff. de iureiuran.* maximè quando nulla eſt diſcriminis ratio, prout hac in ſpecie, vt ibi per eos. Nam ſiue ſemel tantum aut bis, ſiue millies petatur, & præſtetur iuramentum calumniæ, vno non æſtimatur obulo, quia facti ſumus contemptores Dei & religionis eius, vt inquit Bald. *in l. ſi poteſt. C. de euict.* & litigatores potius iurant de calumnia committenda, quam vitanda, quare ſatius eſſet, vt iuſiurandum hoc penitus à iudicijs arceretur, vt ita periuria vitarentur, nam iam, proh dolor, ceſſat omnino ratio, quapropter iuramentum præſtari præcipiebatur, non enim eruitur veritas huiuſmodi iuramento, prout legislator credebat *in l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iur. calum.* ſed potius obumbratur & occultatur, & periurijs dominus offenditur. Quamobrem non immerito id forenſi ſtylo receptum eſt, vt ad probationem admittantur litigatores, nullo præcedente iuramento calumniæ, prout *d. l. 42. c. 15. in pragm.* exigebat, ſed ſimul ad iurandum de calumnia, & probandum admittuntur in eodem termino, vt & Neapoli fit, vt per Robert. *in ſpeculo aureo. 6. parte de poſitione. num. 5.* Cæterum aliqua ex partibus nimis inſtante, vt de calumnia iuret aduerſarius, & poſitionibus reſpondeat, cogitur iurare & reſpondere ſub pœnis à iudice eius arbitrio imponendis. Neque rigor ille, aut pœna legalis (vt ſcilicet confeſſus cenſeatur, ſi clare negando, aut confitendo non reſponderit, aut ſi notoriè periurium ex proceſſu deprehendatur, amittat cauſam, vt *dict. pragm. c. 12. & ſeq.*) apud Regia admittitur tribunalia, ſed alijs afficiuntur pœnis iuxta iudicum arbitrium: quod benignius eſt, & apud magnam curiam Neapolitanam principalis examinatus cum iuramento, licet falſum deponat, non punitur de periurio, ſed ſolum Deum vltorem habet, vt *in ritu dictæ curiæ* 273. ſtatuitur iuxta diſpoſitionem iuris communis, vt *in l. 2. C. de rebus cred.* poſſet tamen iudex facere præceptum principali poſitionibus reſpondere volenti, vt verum dicat ſub certa pœna: qua in ſpecie authoritate præcepti poſſet illum punire, ſi falſum diceret, ita ex Bartoli ſententia *in l. ius alimentorum. ff. vbi pup. educ. deb.* aſſerit Rob. Mar. *in ſpeculo aureo aduoc. 6. parte de poſitione ſeu articulorum productione num. 17. & 18.*

CAPVT XLV.

PVBLICATIS ATTESTATIONIBVS POSSINT NE TESTES recipi ſuper iiſdem articulis, longe diſcutit cum ſequentibus.

SVMMARIA.

1 *Dilatio ad probandum an ſit de ſubſtantia?*

2 *Teſtium examinatio abſque dilatione an valeat?*

3 *Teſtes*

3 *Teſtes iurati in termino, an deponere poßint poſt terminum.*

4 *Publicatio atteſtationum an ſit de ſubſtantia iudicij.*

5 *Teſtium repulſæ iure Regio quando opponantur.*

6 *Publicationis emißio an vitiet proceſſum.*

7 *Teſtimonia non publicata an fidem faciant coram alio iudice?*

1 ET conſequenter ordinis ſubſtantialis iudiciorum eſt, vt dilatio per iudicem detur ad probandum, vtque teſtes recipiantur, quo omiſſo proceſſus vitiatur, gloſ. in ſumma.2.q.1. & in l. prolatam. C.de ſentent. per ſpecul, in titul. de dilat. per Robert. Marant. in ſpeculo aureo tit. de dilat.6. partis num. 1. & per totum, quod iure noſtro Regio probatur in l.2. tit.15. part.3. ibid: Deuenlos iuzgadores dar plaço. & in l. 2. & 3. tit.16. ea par. & in l.1. in verbo, Hechas eſtas reſponſiones, tit.4.l.3.ord. & in pragmat. de Alcala ordinis iudiciarij c.6. & in pragm. 42.c.15. vbi terminus ad probandum conſtituendus ſtatuitur, qui non ſemel, prout iure communi, ſed pluribus dilationibus concedi ſolet, modo iuris metam non excedant, licet prima dilatio non contradicatur. Quod iure communi requirebatur, vt prorogari poſſet iuxta notata per Bart. in l.1.nu.6.C.de relat. & Alex. & DD. in l.fin.ff.de ferijs. & per
2 Robert. vbi ſupra num.12. Sed † licet dilatio à iudice non detur, valent nihilominus probationes in iudicio receptæ, vt per Bart. Bald. Alber. & modernos traditur, maxime per Iaſ. ib. penult. col. in l. vltim. ff. de ferijs, per Abb. in cap. licet cauſam.5.col. verſ. ſed circa hoc quæro. de probat. per Robert. Maran. in ſpeculo aureo aduocat.6. part. de dilat. num.13. quanquam hoc in
3 foro Regio hoc non vtamur iure. Cæterum † id examinari inutile eſſe nõ cenſeo, quamobrem hoc in prætorio Regio teſtes iurati intra terminum ad probandum aſſignatum, eo elapſo, non examinentur? quandoquidem iure communi poſſint examinari, quippe quorum depoſitio ad tempus retrotrahatur iuramenti. vt Abb. adnotauit in cap. licet cauſam.6.col. verſ. vlterius quæritur, de prob. Lud. Rom. conſ.443. num.7. & num. 6. ibi, tertia, &c. ex glo. ordin. in Clem.1. de officio deleg. & ex alijs ibi per eum traditis, nempe quia terminus ſeu dilatio iure Regio non tantum datur ad probandum, ſed ad probatum habendum, & probationem factam producendum, vt in dict. pragm.42. cap.15. & ex communi etiam praxi conſtat, & hac in ſpecie teſtes, etiam iure communi Imperatorum, poſt terminum non examinantur, quamuis in termino iurauerint, vt plene traditur per Abba. vbi ſupra col.6. & 7. & Socin. conſ.47. col.3. num.12. lib.4. Rober. Mar. in ſpeculo aureo aduoc.6. part. de dilatione num.19. Ang. & Ioan. de Imol. in l. Pantonius. ff. de acquir. hæred. Iacob. Butri. in authent. ſi dicatur. C. de teſt. Ioan. Andr. in cap. de teſte, & cap. qualiter, verſ. is quoque. Anto. & Abb. in dict. c. licet cauſam, de probat. Sed forte ſatius fieret ſi probationes non ita reſtringerentur, & talis clauſula in interloquutoria per quam partes admittuntur ad probandum non inſereretur: maxime hoc in ſenatu, in quo, omiſſis iuris ſubtilitatibus, procedi ſolet, ad veritatem potiſſimum indagandam: & annis ab hinc decem vidi contrarium ſeruari, in praximque deduci hoc in Regio Senatu, prout & in magna curia Neapolitana hodie fieri refert Robert. vbi ſupra, ex ritu eiuſdem magnæ curiæ, num.149. incip. Item quod in quibuſcunque, vbi de æquitate conceditur, quod teſtes poſſint intra tres dies poſt elapſum terminum iurare, & deinceps examinari, quod ſane maximam æquitatem

tatem habet: ne iuſtitia ob dilationis adeo breuis defectum, pereat, quinimo & in ſacro palatio Rotæque auditorio, quamuis terminus partibus concedatur ad producendum, recipiẽdum, & examinandum, teſtes, vſu receptum eſt eos intra terminum inductos & iuratos, extra terminum examinari poſſe, ea ratione quod examinatio quid facti ſit, quę extra iudicium expediri poteſt, ita Rota *deciſ.* 24. *in vltimis. Vtrum duo menſes. de teſtibus & deciſ.* 588. *in antiquis, nota ſi in remiſſione. de probat. &* 586. *etiam in antiquis, Vtrum duo menſes, de prob. & de teſtib.* Specul. *tit. de teſte.* §. *qualiter autem ſint producendi. n.* 13. *verſic. is quoque*, Octauianus *lib.* 6. *de ſtylo Romanæ curiæ. fol. vlt. pag.* 96. *in principio.* Quocirca ab antiqua praxi non recedi oporteret, vt Bald. inquit *in l. illud vſitatiſſimum. ff. de excuſ. tutor.* addo legem *ſi quis donaturus, in fi. ff. de vſufruct.* minimeque mutari expedit, quæ certam ſemper habuerunt interpretationem *l. ſi interpretatione, & l. minime. ff. de legib.* Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. *de materia feud. num.* 11. §. 33. Verumenimuero ſi inſpexerint iudices id verſute callideque, & ad litem differendam fieri, nullamque ſubeſſe æquitatem ad id permittendum conſultius fiet, ſi teſtes poſt terminum examinare non admiſerint.

Et † conſequenter elapſo termino probationis ſolet atteſtationum publicatio fieri 4 altera partium inſtante, vt fiat ad effectum, vt partes poſſint recipere copiam examinis teſtium, vtque ordo iudicij ſeruetur. Eſt enim publicatio de ordine iudiciorum, vt docuit Bart. *in l. prolatam. C. de ſent.* ex qua maius robur atteſtationibus additur, vt habetur *in l. geſta. & ibi Bald. & DD. C. de re iudic.* per Can. *in cap. cauſam quæ, de teſt.* qua facta cenſetur præcluſa via producendorum teſtium, niſi in caſibus congeſtis per Bar. *in auth. at qui ſemel. C. de prob.* per Abb. & DD. *in cap. fraternitatis. de teſtib.* Cæterum ad veritatem hac in tractatione indagandam, tria, ſi libet, examinemus, vt quæ in praxim quotidie verſantur. Primum, num publicatione deficiente proceſſus ſit nullus?

Secundum, Publicatione atteſtationum haud legitime facta, parteque non opponente, valeat necne proceſſus.

Tertium, An per publicationem teſtium via producendi teſtes præcludatur? *Aduoc.* Peruelim equidem hac in re facile edoceri, obuiam quippe fit paſſim forenſibus. *Relat.* Quamuis ſolem ſit faſcibus illuſtrare, ea coram te proponere, quæ tibi adeo notiſſima ſunt & triuialia: quia tamen meæ modo ſunt proſequendi, proponendique partes, pro viribus ſententiam meam explicare non verebor. Et primo id exploratum habeo, frequentiori calculo eſſe receptum, publicationem atteſtationum, quanquam ſit ordinis, non tamen eſſe de ſubſtantia iudiciorum, quo fieri, vt eius omiſſio nõ vitiet proceſſum, neque reddat ſententiam nullam, vt videre licet ex glo. ſingulari *in cap. vlt. in verbo iudiciis, de hæret. li.* 6. ex Innoc. per text. ibi, *in cap. cum I. & A. n.* 4. vbi etiam Ant. & Abb. 3. *col.* & Fel. *num.* 1. *latiſſime, & duobus ſequentibus, de ſentent. & re iud.* poſt Bal. *ibi n.* 1 qui ait text. illum nõ alibi reperiri. Et non tantum id verum eſt, quando publicatio petita non fuit, vt inquit glo. *in d. c. vlt. de hæret. in* 6. verumetiam ſi petita fuerit, & denegata, quia valet proceſſus licet à denegatione poſſit appellari, vt per Innocen. *vbi ſupr. num.* 4. cuius ſententiam extollit Imola *in l. diuus. ff. de re iudic.* grauatur enim pars perdens ex hoc viam impugnandi dicta teſtium, ex mente gloſſ. *in præcitato c. vlt. de hæret. lib.* 6 & ita fuiſſe obtentum in praxi atteſtatur Imol. *in d. c. cum I. & A.* quod potiſſimũ † procederet iure noſtro Regio, quo 5

Aa poſt

poſt publicationem ad ſex vſq; dies poſſunt vitia obiectioneſq; teſtib. opponi, & non deinceps, vt *dict. l. 42. c. 18. in pragm.* q (licet extra cauſam ſit) limitatur, vt ꝓcedat ſi corruptionis teſtium vitia aut repulſæ obijciantur, & nõ aliæ, veluti ſi contra teſtes opponatur ipſos ab aduerſario pecunia, aut aliqua alia re eis data vel ꝓmiſſa, corruptos fuiſſe, vt falſum deponerẽt, hanc quippe repulſam aut obiectionẽ poſt publicationẽ intra ſex dies opponere licebit: ſiue obijciens eiuſve ꝓcurator teſtium productioni præſens abſensve fuerit. Reliquas vero obiectiones, præter ſupra ſcriptas, ſi preſens fuit ꝓductioni teſtium ipſe eiusve procurator opponere poſt publicationem vllo modo nequit, ſed in termino ad probandum ſignato, ſi fas ſit, probationem repulſarum & obiectionũ fieri, literaſq; receptorias ei dari, ſtatimq; poſt earum productionẽ coram teſtium receptore ab eo admitti, & ad probãdum eas terminum aſſignari, qui dilationem ad probandum in cauſa principali conceſſam (ſi tamen commode id fieri poſſit) non excedat, præcipit text. ſingularis & forenſibus huc vſq; latens aut ſaltem in praxin non deductus *in l. 205. in pragmaticis, c. 8.* quæ eſt pragmatica ordinis iudiciarij in oppido de Alcala edita, quod non modicum honoris cauſarum patronis cõferre poterit, ſi à tabellione teſtiumve receptore fidem, & teſtimoniũ exegerint, quo iudicibus conſtet teſtium ꝓductioni partem eiusve procuratorem adfuiſſe. Nam ſi teſtimoniũ hoc iudici producatur, cum aduerſarius publicatis atteſtationibus repulſas obiectioneſq; aduerſus teſtes oppoſuerit, à iudice minimè admittentur, imo eas opponenti terminus ad probandum denegabitur, niſi corruptionis repulſæ fuerint. At ſi pars eiusve procurator præſens nõ fuerit teſtium productioni, nihil eſt q obſtet parti aduerſæ repulſas teſtium intra ſex dies poſt publicationem atteſtationum opponere, vt ita procedat diſpoſitio *dicta pragmatica 42. cap. 18.*

6 Hæc † igitur defenſio impugnãdi teſtes aufertur parti non facta teſtium ſecreto examinatorum publicatione, etiam in cauſis ſummarijs, quare concludunt omnes hac in ſpecie, licet proceſſus & ſententia non annulletur, appellari tamen licuiſſe ei, qui publicationẽ petijt, ſi denegentur, & ita intelligũt comm. Doct. Bart. doctrinã *in extrauaganti ad reprimendum, quom. in læſa maieſt. crim. proced. in verbo, & figura. 4. col. post principium*, vt atteſtatur Fel. *in d. c. cum I. & A. de ſentent. & re iud. nu. 1. prope fin. & nu. 2.* Petr. de Ancha. *conſ. 52. cuius exordium, Omiſſio publicationis*, Bald. *in cap. 1. ſi de inueſt. int. dom. & vaſ. lis or.* Alexan. *in conſil. 120. num. 6. libr. 7.* Robert. Maran. *in ſpeculo aureo aduoc. 4. part. 9. diſtinct. iudiciorum, num. 22.* Matth. Afflict. *in conſtit. Regni Siciliæ rubric. 8. numer. 44.* Pet. Nunnius *1. reſponſ. num. 4.* verum in Rotæ auditorio non facta publicatione teſtium parte petente proceſſus eſt nullus, vt Felin. aſſeruit, *d. c. cum. I. & A. num. 2. in fin.* etiam in cauſis ſummarijs, vt attentatum, vt Matth. Afflict. atteſtatur *in deciſ. 351. n. 9. & 10.* vbi idem fuiſſe deciſum in conſilio Neapolitano refert. Et cauti cauſarum patroni in Romana curia non ſolent publicationem teſtium petere, niſi in tertia inſtantia, & tunc quoque niſi cum ipſa tertia ſententia immineret, & hoc ideo vt facultas non probata probandi (quæ pluribus vtilis eſſe poteſt) vſq; ad finem partibus conſeruetur, vt Bald. adnotauit *in cap. 1. ſi de inueſtit. lis or. num. 12.* Solent enim patres ab eiſdem laceſſiri patronis, cum eis benignè agere, & aliquid de teſtium depoſitionibus exprimere, ſaltim in genere, procuratores ſeu patronos admonentes non fuiſſe in probatis in vno aut alio capite, & vbi de probitate

pro-

procuratoris magis confidunt, apertius loquuntur, vt quandoq; depoſitionem alicuius teſtis in eo articulo, in quo probatio ſua deficeret, vel in quo diuerſa probatio afficere videtur, ſibi legant. Sicque in hoc, & in alijs pleriſque ſolent partes probitati patronorum quandoque deferre. Nec propterea de hoc arguendi ſunt, quippe qui hoc faciant ad maiorem veritatis indagationem, ne temere in cauſis iudicent, idque non niſi cũ his quorum probitatem ſæpius experti fuerint, in quibus omnis ſubornationis timor ceſſare videtur, vt apud Octauianum *de ſtylo Romanæ curiæ, lib. 7. fol.* 98. legitur. Apud nos vero hoc in foro Regio factis probationibus, terminoque elapſo, ſolet publicatio peti, neque vnquam petenti denegatur, alias etenim teſtium depoſitiones non publicantur, neque earum datur copia partibus. Verum ſi publicatio ante tempus petatur, fierique iunetur, tacitam habet conditionem, ſi terminus fuerit elapſus, neque ſcriba cauſæ actuarius atteſtationes partibus inſinuare poteſt, donec terminus elabatur, ni velit acriter puniri, & ea quamuis celeriter facta, nulla alia ſolet in eadem cauſa fieri, cum nondum fuerit ſortita effectum, donec terminus fuerit elapſus. Rurſus nullis teſtium probationibus factis nulla ſolet publicatio fieri, atqui ea vtcunque deficiente crederem, non vitiari proceſſum ex ſupra dictis: vt & Nunnius teſtatur *reſponſo 1. num.* 4. Cæterum † publicatione teſtimoniorum non facta, fidem non faciunt coram alio iudice, ex Bart. ſententia *in l. ſolam. C. de teſtib. & in l. geſta. C. de re iud.* Bald. *in l. 2. pen. col. C. de edend.* licet ſecus ſit inter eaſdem perſonas, vt ibi dicitur, & per Salic. & DD. *in d. l. geſta.* quia publicatio proceſſus, durante inſtantia, fit iudicis officio mercenario, ſed officium iudicis mercenarium perit finita inſtantia. *l. 4. C. de poſi.* ergo impoſſibile videtur, quod alius iudex in alia inſtantia poſſit ſupplere defectum publicationis. Sicuti & quando petitur executio ſententiæ per officium iudicis, iudex alterius territorij non poteſt exequi: quia ad exequendum competit officium iudicis mercenarium, quippe quod non egreditur perſonam iudicis qui iudicauit, vt late traditur per Bal. *in l. ſi cauſam iudicati. C. de exec. rei iud.* ideoque frequentiori noſtratum calculo ſententiam hanc fuiſſe receptam atteſtantur Fel. *num.* 13. *&* 14. & Dec. *num. 4. in cap. cauſam quæ, el. 1. de teſtibus.* Iac. Septimacenſis *in ſuo de inſtitut. Cathol. libr. cap. 26. de teſt. numer.* 17. quamuis contrarium ſenſerit Greg. Lup. *in l. 37. gl. 2. in fin. tit. 16. part. 3.* communem tamen limitat præterquam in 4. caſibus per Fel. vbi ſupra exceptis. I. quando conſenſu partium publicatio fieret, *c. cum cauſam. in fin. de teſtibus*, II. ſi teſtes mortui ſunt, vel adeo in longinquis partibus quod iterum produci facile non poſſint. Ant. Imol. & Felin. *in dict. c. cauſam quæ, el. 1. de teſt.* III. quando atteſtationes non publicatæ in inſtantia cauſæ principalis, producuntur in alia inſtantia ſuccedanea primæ, ſcilicet, appellationis, vel coram iudice ſubrogato, vel alias, vt per Abb. & Felin. *in dict. c. cauſam quæ,* & Bart. *in l. prolatam. C. de ſentent.* IV. quando teſtes examinantur ad perpetuam rei memoriam, quo caſu etiam non publicati fidem faciunt, Bart. *in auth. ſi quis ab aliquo poſt gl. ibi. C. de teſtibus.*

Ex ſupra traditis conſtat reſolutio vera ſecundæ quæſtionis, an ſcilicet vitiet proceſſum & ſententiam publicatio non rite facta? Cum enim nulla publicatio requiratur, ſi fiat minus rite, non vitiabit acta, *arg. text. in l. vnic. in princip. C. de rei vx. act. & in l. iurisg. ntium. §. adeo. ff. de pact. & in l. penult. §. vltim. C. de donat. ante nupt.* verumenimuero iure

Regio publicatio atteſtationum eo caſu requiritur in criminali cauſa, quoties contra abſentem proceditur iuxta formam traditam *in pragm. 206. in oppido Alcala promulgata, cap. 12.*

CAPVT XLVI.

PVBLICATIS ATTESTATIONIBVS, AN TESTES recipiantur, examinat.

SVMMARIA.

1 *Publicatione facta teſtes non recipiuntur, Regula.*
2 *Quid in cauſa appellationis.*
3 *I. Limitatio: Quando non didicit teſtificata.*
4 *II. Limitatio: Quando indiſcrete, & ante tempus facta fuit publicatio.*
5 *Notarius delinquit partibus pandendo atteſtationes ante publicationem rite factam.*
6 *Notarius non præſumitur deliquiſſe in officio.*
7 *III. Limitatio: Si iudex publicationem reuocauit tacite aut expreſſe.*

1 Reſtat modo † vt tertiam examinemus quæſtionem, num publicatione teſtium facta teſtes (ne veritas lateat) recipi poſſint? & quidem regula hæc eſt, vt publicatis atteſtationibus, teſtes minime recipiantur ex eiſdem articulis, aut directo contrarijs: ea ratione videlicet, ne teſtes fortè ſubornentur, & corrumpantur: quod facilius fiet, viſis teſtium depoſitionibus, quam ſi publicatæ non eſſent, *auth. at qui ſemel, & in corpore vnde ſumitur. C. de probat. cap. intimauit. & cap. fraternitatis, de teſtib. Clement. 2. eod. tit. l. 39. tit. 16. par. 3. l. 4. tit. 11. lib. 3. ordin. l. 42. cap. 28. & 29. ordinis iudiciarij in pragm. l. 4. tit. 2. libr. 3. capitum curialium*, vbi ad cauſas nobilitatis regula hæc extenditur. Nec ijſdem repetuntur, vt *in cap. per tuas, de teſtib.* Cæterum non ſemper hæc regula procedit, pluribus enim limitatur
2 modis, & reſtringitur. Primo † ex crebriore legiſtarum ſententia, vt procedat, quando in prima producuntur inſtantia, ſecus vero ſi in cauſa appellationis, tunc enim teſtes produci, & examinari ex eiſdem articulis, aut directo contrarijs poſt publicationem in prima inſtantia factam non prohibetur, vt per Bart. traditur, & DD. *in auth. at qui ſemel num. 16. C. de prob.* gloſſ. (quæ hanc aſſerit eſſe communem ſententiam) *in Clem. 2. de teſtib.* Fel. *in c. fraternitatis, num. 3. de teſt.* Iure tamen pontificio perinde in cauſa appellationis atque in prima inſtantia ſuper eiſdem articulis, aut directo contrarijs poſt publicationem recipi prohibentur, vt *in Clemen. 2. de teſtib.* quod in foro ciuili ſeruari contendit Fel. *in d. c. fraternitatis, num. 3.* & Corn. *conſ. 27. libr 3. num. 1.* qui hanc atteſtatur communem contra Bald. *in l. eos. §. ſi quid autem. C. de appellat. & in c. 1. ſi de inueſtit. feudi lis oriatur. num. 12. in vſi. feud.* & iure noſtro Regio ordinationum regalium diſponitur idem quod & per *d. Clemen. 2. de teſtib.* erat diſpoſitum, vt *in l. 4. titul. 11. lib. 3. ord.* Huic regulæ quamplures referuntur limitationes per Specul. *in tit. de teſte. §. ſatis vtiliter, in princip.* Aliquæ adduntur per Abb. & Fel: *in d. c. fraternitatis, num. 5. & ſeq. de teſtib.* Socin. *in reg. 498.* quas hîc omnes inſerere non licet, præter eas quæ ad ius noſtrum Regium adaptari poſſunt, ad praximque fore conſtiterit vtiliores.

3 Et † primo ab hac regula relaxatur, & excipitur caſus in Specul. memoriæ proditus, *in tit. de teſte. §. ſatis vtiliter. nu. 5. ad fin.* & paulo poſt, *in verbo. quid ſi publicata. n. 9.* videlicet, ſi pu-

ſi publicatione facta pars, volens teſtes producere, non didicit teſtificata, qua in ſpecie non impediet publicatio teſtium productionem, gloſ. *in c. conſtitutis. 2. extra de reſtit. in gl. vltim.* Bart. *in conſ. incip. Super inquiſitione Guill. de Monte Laud.* Zenzelinus Steph. *in d. Clem. 2. de teſtib.* Ant. de Butr. & Franc. de Aretio. *9. col. in c. fraternitatis, de teſtib.* Angel. *in §. quia vero inuiti, in auth. de teſtib. collat. 7.* per text. expreſſum ibi, cum ſic ait: *Si vero deducens quidem teſtes editionem nondum acceperit, neque perlegerit teſtationes ipſe, nec aliquis aduocatorum eius,* &c. Et *in auth. at qui ſemel. C. de probat.* vbi etiam Bald. & Salic. & ante eos Alberic. qui ita aſſerit in iudicijs ſeruari, *num. 6. in fin.* poſt Guid. de Suza. idem Bald. *in l. per hanc. num. 18. C. de temp. appellat.* Azo. *in ſumma. C. de teſtib. ad fin. penult. col.* Alexan. *conſ. 84. Conſideratis his, de quibus in themate, num. 5. libr. 4.* Greg. Lup. *in l. 34. in gloſſ. 1. tit. 16. part. 3.* hanc eandem partem nititur defendere Benedictus Vadi *in addit. ad Felin. in d. cap. fraternitatis, num. 11.* eo quod in dubijs iudex debet potius admittere articulos & probationes, quam reſpuere, ſecundum Hoſtienſ. & Innoc. *in c. per tuas, de teſtib.* contrariam tamen ſententiam tenet Hoſtienſ. *in ſumma de teſtib. §. verum. verſic. dicas igitur.* Ioann. Andr. & Anton. *in d. c. conſtitutis. el. 2. de teſtib.* Imol. Abb. & Fel. *in d. c. fraternitatis, hic. num. 11. verſic. ille autem, col. 6.* ſed circa prædicta dubitatur. Carolus Ruinus qui hanc aſſerit eſſe magis communem ſententiam, *conſil. 164. libr. 4. numer. 4.* idque procedere aſſerunt partibus præſentibus, ſecus vero ſi abſint, quo tempore facta fuit publicatio, vt per Paulum *d. authen. qui ſemel. num. 3.* ex quo enim pars præſens acquieuit publicationi teſtium, videtur tacitè renuntiare teſtium productioni ſuper eiſdem articulis, Card. *in d. Clem. 2. de teſtib.* verum hæc renuntiatio iure noſtro Regio, licet ſit expreſſa, non ſufficit ad præcludendum viam producenti, teſtes ex eiſdem articulis, aut directo contrarijs: ſi tamen iurauerit, non didiciſſe teſtificata, & dilatio probatoria durauerit, vt *in l. 34. titul. 16. part. 3.* Quare eodem iure Regio crederem non obſtare publicationem teſtium productioni, ſi didicitæ non fuerint atteſtationes.

Cuius † exemplum hoc eodem iure Regio eo duntaxat caſu tradi poteſt, videlicet 4
quando publicatio ante lapſum termini probatorij petita factaq; fuit, qua in ſpecie, etiam iure communi Imperatorum & Pontificio, tanquam celeriter nimis & indiſcretè facta non impedit nouam receptionem teſtium, vt profitetur Specul. *in tit. de teſte. §. ſatis vtiliter, n. 5. in fi.* Ioan. Andr. *in c. ſeries, de teſt.* per text. ibi, Bald. *in dict. l. per hanc. num. 16. C. de temp. appellat.* qui hoc procedere aſſerit, ſiue publicatio facta fuerit in abſentia, ſiue in præſentia, Alexan. *conſil. 181. num. 4. & 5. lib. 7.* Nellus de Sancto Gemi. *in ſuo de teſtib. tractatu, num. 123.* Ioan. Oldendorpius *in eodem tractatu in parte, quo tempore producendi ſunt teſtes, numer. 20. in fin.* & ante eos hoc atteſtatus fuit Bart. *in auth. at qui ſemel, num. 18. C. de probat.* ibique Bald. ponit exemplum, videlicet ſi iudex indiſcretè odio, vel iniuria, vel alias publicauit cito teſtes, gloſſ. *in c. cum cauſa, gloſ. fi. in fin. de teſtib.* Rota *in nouis, deciſ. 163.* quod limitat Bart. ibi & Alexan. *d. conſil. 181. num. 3. ad fin. lib. 7.* niſi vigore talis publicationis, quamuis nullæ, appareret eum qui vult procedere teſtes didiciſſe atteſtationes: tunc enim talis publicatio, licet nulla, eſſet impedimento teſtium productioni, quod in dubio non præſumitur. Ne contra notarium, ſeu ſcribam labes criminis præſumatur. Delinqueret † enim ſi partibus atteſtationes panderet antequam rite fieret publi- 5

catio:periurium ſiquidem & falſitatem incurreret. Hoſt. & Anton. *in c. ſicut, extra, ne cler. vel mon.* Bart. & Alber. *in l. 1. §. qui rationibus, & §. qui depoſitam. ff. de falſ.* Abb. *in c. cum olim. 2. de offic. deleg.* Felin. *in c. vltra tertiam. n. 4. verſ. incidenter, extra de teſt.* atqui in dubio non præ-
6 ſumitur delictum. *l. merito, cum vulg. ff. pro ſocio.* maxime † in notario, qui in dubio præſumitur bene exercuiſſe officium ſuum, in eoq; dolus non præſumitur in eius tangentibus officium. *c. ad audientiam. de præſcr.* habetur *in l. ſi quis decurio. C. de falſ.* eo quoq; vergit, quod notabiliter dixit Bald. *in l. Imperator. col. 2. verſ. ſed an poterit. ff. de ſtatut. hom.* Alc. late *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 13.* Si ergo notarius non oſtendit parti atteſtationes, ceſſat ratio ſubornationis, propter quam receptio teſtium ſuper eiſdem articulis, aut directo contrarijs prohibetur, qua ceſſante, ceſſare debet legis diſpoſitio. *l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. cap. cum ceſſante, de appell.* Quare crederem iuramento ipſiuſmet notarij ſimul & partis teſtes producere volentis ſtandum eſſe, viderit necne atteſtationes, vt adnotauit Imol. *in d. c. fraternitatis. n. 6. de teſtib.* imo ſolius partis ſecundum Alber. *in l. iuriſiurandi. ad fin. C. de teſtib.* per text. *in d. auth. qui ſemel. & in l. 34. tit. 16. p. 3.* praxiſque deduci poteſt iure Regio ex præcitata *l. 34. tit. 16. p. 3.* Videlicet, quando dilatio & terminus ad probandum deſignatus, nondum erat elapſus, alias autem eo elapſo, non poſſet iure noſtro dari caſus, in quo publicatione facta, non vidiſſet atteſtationes ipſe, eiuſue procurator, aut Aduocatus, quod ſufficit, vt *in auth. de teſtib. §. quia vero.* ſtatim ſiquidem panduntur partibus, earúmve procuratoribus, aut aduocatis atteſtationes ex communi ſtylo, forenſique huius Regni ritu & praxi, ita vt nimirum publicatione rite facta præſumatur partes atteſtationes didiciſſe, niſi contrarium probetur, quod difficillimum erit, ne dixerim impoſſibile.

7 Tertio † fallit regula, ſi publicationem iudex reuocauerit expreſſe aut tacite, quod facere poteſt, vt *in c. cum ceſſante. de appell.* tacite autem reuocata videtur: cum iudex conſenſit teſtium productioni factæ per eum, ad cuius inſtantiam facta fuerat publicatio, vt Rota *in nouis, deciſ. 5. incip. ſi poſt concluſionem.* vbi deciditur, quod ſi poſt concluſionem in cauſa ſunt per iudicem admiſſi articuli ad probandum, tacite videtur reuocata etiã concluſio, nedum publicatio, & probationes valebunt. Quia natura contrariorum hæc eſt, quod vno poſito eodem actu, cenſeatur reliquum eſſe reuocatum. *l. illud. ff. de acquir. hered.* hæc etiam Card. Flor. affirmat *in Clement. vlt. 2. col. de teſtib.* limitatque, vt tunc prędicta procedant, cum iudex non ignorauerit eſſe in cauſa concluſum, quod ſcire intelligitur, ſi ipſemet articulos admiſit poſt concluſionem ab eodem factam, *cap. veniens. de filijs presbyt. l. vlt. ff. pro ſocio.* ſecus ſi eſſet alter ſubrogatus, qui non viſa concluſione; in cauſa articulos admiſiſſet, talis enim ignorare præſumitur per regulam iuris, *qui in alterius ius ſuccedit iuſtam cauſam ignorandi habet,* cui deciſioni acquieſcunt Ant. & Imol. *in c. auditis. de procur.* Abb. *in c. quoniam contra falſam. col. 13. de probat.* maxime ſecundum eum, ſi admiſſio articulorum fuit facta parte præſente, & non contradicente, ex notatis *in cap. cum cauſa. de teſtib.* de quo per Felin. fuſius *in cap. paſtoralis, numero 30. de exceptionib.*

CAPVT

CAPVT XLVII.

PLVRES PROSEQVITVR LIMITATIONES PRAEDI-ctæ regulæ.

SVMMARIA.

1 *IV. Limitatio: Si pars non opponat.*
2 *Taciturnitas in iudicialibus pro conſenſu habetur.*
3 *Procuratoris falſi geſta in iudicio quando valeant?*
4 *Proceſſus carentes ſubſtantialibus, parte non opponente, valet.*
5 *V. Limitatio: Si in prima inſtantia teſtes dixerint, ſe nihil ſcire.*

QVarto † regula prædicta reſtringitur, & limitatur, niſi teſtes recepti poſt publica- 1
tionem fuerint parte præſente, & non contradicente, aut ſaltem non opponente.
Plene ſiquidem teſtes poſt publicationem recepti probabunt, modo pars non opponat
gloſſ. *in Clement. 2. de teſtib. in verb. producere,* Ioan. Andr. fi. q. Ant. & Imol. *n. 6. ad fin. in c. fra-
ternitatis. de teſtib.* ibidemq; Felin. *n. 6.* contra Aret. contrarium aſſerentem, nam omnes
indifferenter profitentur, quod de expreſſo partium conſenſu valet talis productio, vt
ibidem atteſtatur Felinus: idem ergo erit dicendum, ſi pars contra quam producuntur,
taceat, taciturnitas † enim in iudicialibus conſenſui æquiparatur, vt *in l. cum oſtendimus. §.* 2
fin. ff. de fideiuſſ. tut. c. 2. de accuſat. in 6. Card. Flor. *in c. cum olim. in princ. de offic. delegat.* Alexand.
in l. ſæpe. num. 87. ff. de re iudic. maxime quando vltra taciturnitatem tacens fecerit actum,
qui videatur quodammodo venire ad confirmationem eius quod agitur, tunc videbi-
tur ſemper in eius præiudicium conſentire, vt per Bartol. *in l. quo enim. §. 1. ff. rem rat. hab.*
Abb. *in cap. non iuſte. pen. col. de procurat.* ex text. ſingulari *in l. filiusfamil. vbi etiam Bart. ff. ad Ma-
ced.* Iaſ. *in l. qua dotis. num. 90. ff. ſolut. matrim.* tacitus ergo conſenſus, cum idem in iudiciali-
bus importet atque expreſſus, vt ex proxime dictis conſtat, facit valere huiuſmodi pro-
bationem: ita Bald. adnotauit *in c. 1. §. item ſi vaſallus. ſi de feud. fuer. controuerſ.* Corn. *conſ. 27.
lib. 3. n. 9.* Matth. Afflict. *in conſt. Regni Siciliæ. incip. Iuriſperitorum n. 4.* Iaſ. *in l. patre furioſo. 4. col.
verſic. 3.* facit *ff. de his qui ſunt ſui.* Felin. *in c. paſtoralis, n. 30. de except.* vbi Iaſ. & Felin. plura con-
gerunt in huius confirmationem, quæ hic non refero, vt † interim non omittam quod 3
Innoc. ſingulariter atteſtetur *in c. ex parte decani. n. 2. de reſcript.* quod nimirum, ſi dominus
viderit cauſam agi per falſum procuratorem, vel per eum qui nullum habebat manda-
tum, neque contradixerit, tenent geſta per eum: cuius ſententia crebriori iuris interpre-
tum calculo approbatur, teſte Iaſ. *in d. l. qua dotis, n. 76. & ſeq. ff. ſol. matr. & in l. à iudice. 3. col.
4. limit. C. de iud.* & Alex. qui præ cæteris id exponit, ſaluatq; dictum Inn. in 10. caſibus *in
l. ſæpe. n. 87. ff. de re iud.* & Fel. *in c. ex parte decani. n. 5. & 6.* addit aliũ caſum. *extra de reſcript.* Ali-
qua etiã adduxit in ꝓpoſito Aym. Crauet. *conſ. 272.* facit ad hoc text. Regni noſtri *in l. 20.
tit. 5 p. 3.* Huc † quoque pertinet, ꝙ iudiciũ, aut proceſſus carẽs ſuis ſubſtantialibus, parte 4
non opponẽte, valet, vt per Deciũ traditur *in l. vnũ col. pen. ff. ſi cert. pet.* Aym. Crau. *conſ. 150.*

n. 2. ad

Digitized by Google

n.2.ad fin. ex quibus apparet, veram eſſe communem ſententiam propoſitam in ſpecie, vt Iaſ. profitetur *in l.1.col.3.ad fin.verſ.tu dic fortius.ff.de ferijs*, Corneus *conſ.27.n.9.lib.3.* Aymon Crauett. *conſ.65.n.2.*

5 Quinto † reſtringitur regula prædicta, niſi in cauſa principali teſtes depoſuiſsẽt ſe nihil ſcire, tunc enim produci poſſunt teſtes in cauſa appellationis ſuper eiſdem articulis, aut directo contrarijs, iuxta celebrem doctrinam Bald. *in c.1.§.ſi enim.n.5.poſt Iacobum de Belloviſu, ibi: quid ſit inueſtitura in vſib.feud.* cui accedit Felin. *in d.c.ſi at.rmtatu.n.7.* & Montaluus *in l.39.tit.16.part.3.* quod iure communi crederem eſſe verum, vt communis ſententia hac in ſpecie ſaltem ſuſtineatur. Iure vero Regio maius dubium eſt, quo expreſſe prohibetur productio teſtium ſuper eiſdem articulis in cauſa appellationis, publicatione in prima inſtantia facta, vt *d.l.4.tit.11.lib.3.ordin.* ſicut & iure Canonico, vt *in d. Clem.2. de teſtib.* cum igitur lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus. *l. non diſtinguemus. ff. de arb.l.de pretio.ff. de Publicia.* niſi ex alia antiquiori lege in ſpecie loquente nouam limitemus & reſtringamus, quod fieri poteſt, vt gloſſ. *profitetur, in l.ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog.* vbi Iaſon frequentiori calculo aſſerit eſſe approbatam. Quare iudicio meo reſtringetur. d.l.4. huius Regni per legem aliam partitarum antiquiorem *in tit.16.l.34.part.3.* ex ratione eius. Permittit enim text. ille, vt ſi quis renuntiauit probationibus, nondum decurſa dilatione probatoria, credens ſe probaſſe intentionem ſuam, cũ forte non probaſſet, præſtito prius iureiurando, quod non vidit atteſtationes, teſtes denuo ſuper eiſdem articulis recipi poſſint, ſemper enim iudices ad veritatem vndecunq; indagandam parati eſſe debent, vt vbi dicitur. Si igitur hoc in prima inſtantia permittit lex illa, ergo longe magis id licebit facere in cauſa appellationis, ad quam non extenditur renunciatio in prima inſtantia facta, vt ex ſupra traditis expenditur, vtque Paul. Caſtr. atteſtatur *in l.iudices.n.5.C. de iudic.* poſt Specul. *tit. de renuntiat. & concluſ.§.1.verſ.ſcias.* Bart. *in d. Authent.at qui ſemel.n.16.de prob.* quibus tamen merito obijci poteſt, quod eo quod viderit atteſtationes primæ inſtantiæ, prohibetur ſuper eiſdem articulis in cauſa appellationis teſtes producere, vt ſic quamuis renuntiatio non obſtet, obſtabit tamen inſpectio atteſtationum, cui licet reſpondeat Corneus *conſ.27.libr.3.n.13.* nihilominus crederem iure probari non poſſe limitationem iſtam maxime ſtante iure Regio.

CAPVT XLVIII.

ALIAS CONTINVAT PRAEMISSAE REGVLAE limitationes.

SVMMARIA.

1 *VI. Limitatio: Si atteſtationes amittuntur.*

2 *VII. Limitatio: In noua exceptione.*

3 *Supplicatione ſecunda ad Regem interpoſita, quando noua probationes admittantur?*

4 *IIX. Limitatio: Quando teſtes obſcure depoſuerunt.*

5 *IX. Limitatio: Quando teſtes non fuerunt ſuper omnibus articulis interrogati; Cuius limitationis tres extenſiones ſubijciuntur.*

6 *Iudex neceſſario tenetur teſt.s interrogare ſuper incluſis tacite in articulo.*

7 *X. Limitatio: Ad confirmandum priorem probationem.*

8 *Dilatio ad probandum iure Regio ex cauſa poteſt differri.*

Sexto

SExto † fallit regula & concluſio prædicta, ſi atteſtationes publicatæ amittuntur apud 1
eum, contra quem producuntur: reſarciet enim expenſas & iterum examinabuntur:
ſin autem apud iudicem vel notarium, aliamve perſonam publicam amittantur: reſar-
cire tenebitur, qui eas amiſerit, nocumentum parti cauſæque æſtimationem, & inſuper
punietur, vt *in l. ne cauſas. C. de appellat. l. ſi quando, in fin. C. de teſt.* ſed tum damnum, litisque
æſtimationem parti præſtabit, cum teſtes mortui fuerint, alias non: ſed reſtituetur pars
ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, & iterum eos faciet exami-
nare, & deponere, quod & probabilius eſt, vt per Specul. traditur *in tit. de teſt. §. ſatis vti-
liter, in fin. nu. vlt.* Quo iure vtimur hoc in foro Regio, vt quoties atteſtationes amittun-
tur apud ſcribam aut relatorem cauſæ, coguntur proprijs expenſis alias ex originali
tranſcribere, aut ſi originalia non extant, teſtes iterum proprijs expenſis examinare:
quando autem, qui atteſtationes produxit, eas amiſſas ſibi imputet: quocirca eoſdem
rurſus aliosve non poterit producere teſtes, ne forte ei tribuatur occaſio vt hoc conſul-
to agat, ſimulans ſe amiſiſſe, vt ita ei licere autumet alios iterum inducere ſubornatos,
quod ei permitti non debet, vt *in l. ait prætor. §. 1. ff. de iureiur. & in l. 1. §. editiones. ff. de eden-
do. c. conſtitutus, extra de teſtib.* Si tamen probauerit, ſe acta iudicij caſu, abſque vlla perdi-
diſſe culpa, ei ſuccurritur, vt *in l. ſi quis ex argentarijs. §. vltim. ff. de edend. cap. cum olim. 1. extra
de priuileg.* Specul. *in d. §. ſatis vtiliter, in fin.*

Septimò † limitatur, vt non procedat, ſi aliqua noua exceptio allegetur poſt publi- 2
catas atteſtationes in 1. aut 2. inſtantia, denuo enim admittitur ad probandum, præſtito
prius iureiurando, ſe denuo enim exceptionem inueniſſe, quodque in prima inſtantia
aut ante publicationem eam verſutè opponere non omiſit, qua in ſpecie dimidium ter-
mini, ſeu dilationis ordinariæ ei eſt aſſignandum, pœnaque arbitrio iudicis, ni proba-
uerit, imponenda, vt *in l. 42. c. 28. in pragm. Regijs*, quod tum maximè procedit iure com-
muni, cum denuo emergit: nam ſi ſtatuto caueatur, quod in cauſa appellationis, vel
nullitatis non poſſint admitti nouæ probationes, tamen debent recipi ſi denuo emer-
gant, vt Bal. cenſuit *in l. inuitus, num. 6. C. de procurat.* vt ex conſ. 23. Dyni accipit, quam
ſententiam dicit eſſe notabilem Felin. *in cap. cum Ioannes, num. 25. de fide inſtrum.* Ex † quo 3
diceremus nimirum ſtante lege Regia, 42. c. 34. *in pragm.* (qua cauetur nullam nouam al-
legationem, aut probationem, ſeu inſtrumentorum productionem admitti in cauſa
ſecundæ publicationis ad Regem cum pœna & vadibus iuxta diſpoſitionem legis Se-
gouiæ, ſed vt ex eiſdem actis per iudices, quibus commiſſa fuerit, cognoſcatur) poſſe ni-
hilo ſecius allegationes & inſtrumenta admitti denuo emergentia: in cuius ſententiæ
corroborationem faciunt plurima per Hyppol. tradita *in l. 1. §. vltim. n. 17. 18. & pluribus
ſequentib. & hac ferè in ſpecie nu. 40. ff. de quæſtio.* per Felin. *in cap. canonum ſtatuta, de conſtit.* &
idē eſſe iure cōmuni aſſeruit Alberic. *in auth. qui ſemel, n. 4. verſ. idem puto. C. de probat.*

Octauò † limitatur aſſertio communis, niſi teſtes obſcurè & confuſe depoſuerint: 4
poteſt enim iudex tunc eos examinare poſt publicationem, vt habetur *in cap. cum clamor.
de teſtib.* per Specul. *in tit. de teſte. §. ſatis vtiliter. prope num. 4.* Imo etiam poſt concluſio-
nem, & vbicunq; ſibi æquum videbitur, quamuis confuſe non depoſuerint, vt *in l. vbi-
cunque. ff. de interrog. act.* gl. in § illud tamen, *in auth. de teſtib.* Bart. *in l. 4. §. hoc autem. in 3. quæſt.*

Digitized by Google

prim.ff.de damn.infect. vbi etiam Alexan. Abb. & Felin. *in cap.cum Ioannes. de fide inſtrum.* Hippolyt. fuſius *in l.1. §. vltim.n.53. & ſeq.ff.de quaſt.* Verum hoc ex officio, non ad inſtantiam partis iudex poteſt facere, non modo ſuper declaratione antiquorum capitulorum, & ſuper iam agitatis (vt aſſerebat Specul. *in tit.de poſit.§.4.verſ. quidam autem dixerunt.num.3.* ibique Ioann. Andr. *in addit.in verbo, interrogare,* Innoc. & Felin. *num.11.in cap.cum Ioan.de fide inſtr.* & Bal. *in l.per hanc.col.2.verſ.dicit Speculator.C.de tempor.appellat.* Ludou. Rom. *in l.4. §.hoc autem iudicium.ff.de damn.infect.*) verum etiam ſuper nouis capitulis ad fundandum intentionem partis ad priuatam vtilitatem, vt Anton. & Imol. aſſeruere *in cap.cum cauſam.de iur.calum.* Abb. *in d.cap.cum Ioan.* Alex. *in dict. §. hoc autem iudicium col.4.* Ioan. de Anan. *in cap.petitionem.col.3.de accuſ.* Rober. Marant. qui hanc vltimam opinionem atteſtatur eſſe magis communem *in ſpecul. aureo aduocat. 4. par. 9. diſtinct. iudic.num.28.* Carolus Ruin. *conſil.15.num.2.ad fin.li.5.* Corn. *conſil.173.lib.3.n.8.* Quin & iure noſtro Regio iudex publicatis atteſtationibus repetere poteſt teſtem, vt exponat verbum ambiguũ aut obſcurum, valetq; eius depoſitio, licet partes alloquutus fuerit poſt primam depoſitionẽ, vt *in l.30.In ſi.tit.16.part.3.* & hoc non tantum ex officio iudicis, prout iure cõmuni Imperatorum requirebatur, verumetiam ad inſtantiam partis tenetur partes & teſtes obſcure deponentes aut rationem non aſſignãtes aut vbi æquitas ſubſit interrogare, etiam poſt concluſionem in cauſa, ex *d.l.11.tit.1.lib.3.ordin.* quippe qua ſola facti veritate inſpecta, omiſſaque ſolennitate, ordineque ſubſtantiali iudiciorum hoc in regno procedi iubetur. Quæ clauſula id agit, vt Card. atteſtatur *in Clem.ſæpe.§.quia.4.opp.poſt gl.ibi in verbo interrogauit, de verb.ſignific.* Felin *in cap.cum Ioannes num.11. & ibi etiam Abb. 4. col. verſ.no. & tene mẽti.de fide inſtr.* Iaſ. *in repet.l.admonendi.col.30.de iure iuran.* Robert. Mar. *in ſpeculo aureo aduoc. 4. part. 9. diſtinct. iudic. num.30.* ſubdit etiam is num.ſeq. quod in omnibus caſibus, in quib. ſupra dictum eſt, iudicem poſſe ex officio interrogare, debet hoc intelligi, ſi velit, nam vt interroget compelli non poteſt, neque ob id faciet litem ſuam, poſſet enim dicere non ſubeſſe æquitatem, refertque ita atteſtari Barbat. *in addit.ad Abbat.in d.c.cum Ioann. in add. incip. de hoc vide, & circa fin. l. non quidquid.ff.de iudic.* nec ob id poterit pars appellare vt per Imol. *in dict.c.cum clamor.* dubito tamẽ, an iure noſtro id probetur.

3 Nono † adſeueratio communis non procedit, vbi teſtes non plene fuerunt examinati, vt quia omiſſus fuit aliquis articulus, ſuper quo non fuerunt examinati, & interrogati, qua in ſpecie concedit Speculator *in tit. de teſte.§.nunc videndum ad fin.verſ.illud autem,* ibique Ioann. Andr. poſſe publicatis atteſtationibus iterum parte petente teſtes ſuper illo requiri: ſiue id malitioſe, aut negligenter fuerit à iudice vel tabellione, ſeu notario actorum prætermiſſum, vt *in cap.per tuas extra de teſtib.* expreſſe diſponitur, & hæc negligentia aut malitia in dubio præſumitur vt Specul. traditur *vbi ſupra,* per Anton. Imol. & Felin. *num.2. verſic.item fallit, in dict.cap.per tuas.* & quod poſſint repeti in ſpecie prædicta eſt text. Regni noſtri *in l.36.tit.16.part.3.in princ.glo.Montalui in l.15.in. verbo, Quarto plazo tit.8.lib.2.fori.*

4 Quod † ſane obtinet non tantum ſi iudex aut is qui teſtes recipit omiſit interrogare teſtes ſuper capitulis datis per partẽ, verum etiam ſi omiſit ſuper ſubſtãtialibus connexis ad ipſa capitula, vel potius ſub eis comprehenſis quamuis ſimpliciter formata vt Inno-

cen-

rent. perpulchre docuit *in cap. per tuas ad fin.* quem omnes alij ſequuntur, vt ibidem atteſtatur Felin. *num. 2. verſic. item habet locum., de teſtibus*, veluti ſi in capitulis deducta eſſet talis præſcriptio, in qua operæ pretium eſſet probare titulum, nam ſi omiſit iudex interrogare de titulo, repeti poterunt teſtes poſt publicationem, & itidem de bona fide, nec eſt imputandum teſtibus, quorum non erat de omnibus, præſertim in iure conſiſtentibus cogitare. Neque obſtat ſi obijciatur, iudicem ſupplere non poſſe, quæ in facto conſiſtunt ad vtilitatem priuatam, vt *in l. 4. § hoc autem iudicium. ff. de damn. infect.* nam huic obiectioni reſpondit egregie Innocen. hoc non eſſe supplere factum, ſed ius, quippe cum illa connexa in capitulo præſcriptionis includatur, ad quam probandam pars admiſſa fuit. Cæterum ſi omiſſa fuerit examinatio non ſubſtantialium, nec concernentium negotium principale ex certa ſcientia, puta de circumſtantijs traditis *in cap. cum cauſam, de teſtibus*, ſecus erit. Quia non fiet repetitio, etiamſi de talibus facta fuerint interrogatoria, niſi iudex ex officio repeteret, ita profitetur Innocent. Anton. & Imol. *in dict. cap. per tuas*, ibique Fel. *num. 2.* contra Cardinal. his refragantem.

Quod etiam locum ſibi vindicat in interrogatorijs datis ab aduerſa parte, quæ vulgari ſermone, *Repreguntas*, dicuntur, vt colligere licet ex glo. *in cap. 2. in verbo,* interrogatoria, de teſtibus *lib. 6.* quorum examinationem iudex ſi omiſerit, etiam poſt publicationem poterit interrogare, iuxta ſententiam Specul. *tit. de teste. §. iam de interrogatoriis, num. 21. verſic. item caute, & dict. §. ſatis vtiliter, numer. 5. verſ. octauus,* Ioan. Andr. *in cap. præſentium, §. testes, de teſtibus lib. 6.* Alexan. *conſil. 172. numer. 9. lib. 2.* nec ex hoc redditur examinatio nulla, quod examinati non fuerint in omnibus articulis, cum ſit conſultum parti, ſi petierit, vt repetantur, vt per Alexan. ibidem & Robert. Marant. *in ſpecul. aur. aduoc. 6. part. de interrogatione. 7. membro iudicij, num. 19.* & de interrogatoriorum productione *n. 4.* Abb. & Felin. *num. 2.* poſt alios *in dict. cap. per tuas, de teſtibus.*

Procedit etiam, quod & in hac limitatione diximus, etiam ſi nulla capitula fuiſſent data, ſed ſuper petitione iudex imperfecte atque inminute examinaſſet teſtes, ne dolus vel negligentia iudicis noceat parti, vt per Innoc. Abb. Bal. Imol. & Felin. *in dict. c. per tuas,* Bald. *in l. veluti. §. hac vox,* quem legit vt plerique omnes, *cum § Prætor ait, qui eſt vlt. l. ſi quis ex argentariis,* & ibi Angel. qui dicit valde notab. & Iaſon qui alios citat *col. 1. 6. notab. verſicul. Vnde facit iſte text. ff. de edend.* Tiraquel. *in l. boues. §. hoc ſermone, limitat. 1. numer. 11. ff. de verbor. ſignificat.* Nam articuli non neceſſario dantur, ſed de conſuetudine, vt teſtimonio eſt Felin. in loco proxime citato *num. 2. verſic. item procedit*, poſt alios ibidem; quod & in hoc Regio prætorio, & in alijs huius Regni foris inuiolabiliter ſeruatur, vt *in l. 1. tit. 4. ordinis iudiciarij, lib. 3. ordinat.* ſtatutum eſt.

Decimo † limitatur hæc concluſio, niſi teſtes poſt publicationẽ producerẽtur ad cõ- 7
firmandum priorẽ probationem ipſius ꝓducentis, vt ſi per teſtes probaui me emiſſe tali die & loco, alius ꝓbauit eo die me alibi fuiſſe: poſſũ n. poſt publicatas atteſtationes alios producere ad confirmandum priorũ dicta, ſc. quod eadẽ die fui præſens & emi, quia ceſſat timor ſubornationis propter probationẽ præcedẽtem, neq; mihi imputari debet, ꝙ ante publicatas atteſtationes eos non ꝓduxerim de mea priori ꝓbatione confiſo, vnde

cum iuramento purgatorio malitiæ ſum admittẽdus ex ſententia celebri, Inn. Anton. Bald. & Abb. *in cap. cum clamor. de teſtib.* Rom. *in l. admonendi. 33. col. ff. de iure iurand.* nec admitto limitationem Imolæ ibi, aſſerentis non procedere, cum teſtes partis aduerſæ publicati fuerant, cui ſubſcribit Felin. *ibidem n. 3. ad fin.* nullius quippe efficeretur momenti deciſio Innocen. tam ſumme laudata. Nam quo pacto ſcire poteram aduerſarium probaſſe, me eo tempore abſuiſſe, prout præcitati DD. ſupponunt, niſi atteſtationes eius vidiſſem? Cæterum neque ad confirmandum priorum dicta ſemper admittendus ſum, quippe cum alia non ſit mihi concedenda dilatio ad teſtes producendos, niſi cum cauſæ cognitione, vt *in c. in cauſis de teſtib.* & ita aſſertionem ſuam reſtringit idem ipſe Innoc. *in*
8 *dict. c. cum clamor. n. 2. circa fin.* Quod † maxime procederet iure Regio, vt quo octuaginta dies ad probandum citra, centumque & viginti ad probationem faciendam vltra conſtituantur: quos haud proferri licet: ſed pro omni dilatione terminoque peremptorio aſſignantur, vt *in l. 42. capit. 15. in pragmat.* vt iam elapſo termino via teſtium productioni omnino præcludatur, niſi tamen id ex cauſa licuerit, vtpura, ſi tempus niuis aut magni diluuij aquarum, prout anno proxime præterito cõtingit, productioni teſtium impedimento fuerit, nec id mirum quidem cum ex cauſa liceat leges tranſgredi, vt traditur per Innoc. & Fel. *in cap. 1. n. 48. verſ. fallit 7. extra de conſtit.* per Guill. Bened. in *rep. c. Raynutius. in verbo adiecta impuberi num. 2. de teſtam.* quod & non ſemel vidi hoc in foro Regio ſeruari, ea potiſſimum ratione, ne veritas obumbrari, abſcondique, aut latere poſſit. Cum igitur elapſo termino dilatio alia cauſa concederetur vel etiam publicatis atteſtationibus in prima inſtantia in cauſa appellationis noua dilatione data, ad probandum admitteretur is, qui probationi ſe obtulit, poterit nimirum teſtes ad priorum depoſitiones confirmandum procedere in ſpecie, & iuxta formam ſupra traditam.

CAPVT XLIX.

CAETERAS PROSEQVITVR LIMITATIONES REgulæ, publicatis atteſtationibus, teſtes non poſſe recipi.

SVMMARIA.

1. *XI. Limitatio: Quando iniuſte ad probandum non fuit admiſſus.*
2. *XII. Limitatio:* Quando teſtium depoſitiones repugnant.
3. *XIII. Limitatio: Quando teſtes denuo ſuperuenerint in cauſa appellationis.*
4. *XIIII. Limitatio: Si in iudicio ſummario recipiantur.*
5. *XV. Limitatio: Si teſtium depoſitio non valuit.*
6. *XVI. Limitatio: Quando deponunt ſuper eo de quo cogitari non potuit.*
7. *XVII. Limitatio: Si velim reprobare inſtrumentum poſt publicationem productum.*
8. *XIIX. Limitatio: Super nouis capitulis.*
9. *XIX. Limitatio: In cauſis, in quibus exceptio peremptoria poteſt opponi poſt ſententiam.*
10. *XX. Limitatio: Vbi licet articulus non varietur in ſubſtantia, varius tamen modus facti eſt ad idem concludendum.*
11. *XXI. Limitatio: Vbi anima vertitur periculum.*
12. *XXII. Limitatio: In criminalibus.*

Vnde-

Digitized by Google

VNdecimo, † hæc regula non procedit, quando à iudice fuit quis iniuſte repulſus à probando ante publicationem, tum etenim facile is admittetur ad probandũ poſt didicita teſtificata maxime in cauſa appellationis, vt Bald. cenſuit *in cap. ex parte Adæ. num.* 17. *de teſtib.* cui accedit Felin. *in c. fraternitatis, n.* 8. *ad fin.* & Ant. *in cap. tam literis, in princ. eod. titul.* 1

Duodecimo † intelligo hanc concluſionem, vt locum habeat, præterquam ſi publicatis atteſtationibus iudex viderit teſtium dicta & depoſitiones contrarias, inuicemque repugnantes, hac in ſpecie poſſunt iterum examinari & repeti, & ſi operæ pretium fuerit omnibus præſentibus coram indice rurſus deponere, ne veritas obumbretur, vtq; falſitas impoſita non maneat, cum in criminali, tum & in ciuili cauſa, vt in Regijs pragmaticis habetur. *l.* 205. *ordinis iudiciarij. c.* 9. *fol.* 150. Quin etiam iudices maximam hac in re adhibere curam & diligentiam, ex officio tenentur etiam nemine petente, vt ibidem ſtatuitur. 2

Decimotertio † huic regulæ non eſt locus, vbi in cauſa appellationis teſtis aliunde venerit, qui tamen abſens fuerit, quo tempore teſtes in prima fuerunt producti inſtantia, aut ſi eo tunc pręſens fuerat, non tamen eius meminerat is, qui denuo probare intendit, idque iureiurando affirmauerit, quodq; doloſe aut differendi cauſa non facit. Qua in ſpecie leges Regni noſtri permittunt poſt publicatas atteſtationes in cauſa appellationis tales recipi teſtes, vt *in l.* 39. *tit.* 16. *p.* 3. id quod iure etiam communi Imperatorum ſtatutum erat, vt Hippol. adnotauit *in l.* 1. §. *vlt. n.* 17. *& plurib. ſequent. ff. de quæſtion.* vbi plura in eam rem congerit, quæ hîc non refero, quandoquidem legem habeamus Regni expreſſam, quæ quidem eſt ſingularis, vt ibidem Greg. Lup. atteſtatur, & Roder. Suarez *allegatione* 5. qui ad idem allegat text. expreſſum *in auth. de teſtib.* §. *quia vero.* ibique not. Angel. Bart. id nuncupatim aſſeruit *in auth. qui ſemel. num.* 12. *C. de prob.* Innoc. *in cap. cum veniſſent. de teſtib.* 3

Decimoquarto † fallit, ſi publicatio teſtium facta fuit in ſummario iudicio, nam minime obſtabit, eorundem aut aliorum teſtium productioni in pleno & ordinario iudicio, quippe cum atteſtationes ſuper incidenti factæ fidem non faciant in principali cauſa, graue eſſet dicere, teſtes eoſdem aut alios induci non poſſe, & ita cauſam abſq; probationibus relinquere, contra Imperatoris præceptum *in l. quoniam. C. de hæret.* Hanc limitationem probat text. optimus *in c. veniens. ibiq; adnotauit gl. in verb. vtraq; pars, prope finem, & Felin. n.* 19. *de teſtib.* poſt Bald. *ibid. n.* 7. & DD. omnes *in c. cum clamor. extra eodem tit.* & id duplici ex cauſa: Primo, quia in pleno iudicio teſtes ſummarij non probant, vt *in d. c. veniens,* omnes concludunt. Secundo, quia ad alium effectum inducti fuere in ſummario. Ex quo vltimo Rotæ auditores *in deciſ.* 418. *cuius exordium eſt, Item fuit dubitatum, in nouis,* cenſuerunt publicationem in poſſeſſorio factam nõ eſſe impedimento teſtium productionũ in petitorio ex eiſdem articulis, aut directo aduerſantibus, nihil enim habet commune proprietas cum poſſeſſione. *l. naturaliter.* §. *nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.* quibus accedit Felin. *in d. c. veniens, num.* 19. 4

Decimoquinto † intelligo concluſionem prædictam procedere, quando rite & ſolenniter ſunt teſtes recepti, & ab eo qui iure recipere poterat: vt verba text. deſignant *in* 5

Digitized by Google

d. Clement. vltim. in verbo, receptis, de teſtib. vbi gloſ. *in verbo, rite,* Cardi. Hor. poſt Paulum Elea. 3. *q.* id intelligens, quando receptio eſt ipſo iure nulla, & Petr. de Anchar. *col. pen.* 4. *q.* Ant. Ioan. de Lign. & Imol. *ſuper gloſſ. eadem in verbo, rite,* & alij quos citat Tiraq. *in l. boues. § hoc ſermone, limit. 1. num.* 10. Matth. Afflict. *in conſtit. Regni Siciliæ, incip. Iuriſſeritorum, n. 6.* eſt etiam text. Regni noſtri *in d. l. 4. titul. 11. libr. 3. ordinat.* ibi: *Mandamos, que ſi los teſtigos fueren recebidos, como deuẽ, y por quiẽ deuen, que deſpues de publicados, que no puedã ſer traydos en el pleyto principal, ni en el de apelacion, ſobre los articulos ſobre que fuerõ traydos, ni ſobre otros de rechamente contrarios.* Ex quibus verbis factis à contrario ſenſu expenditur, teſtibus non rite receptis, vtputa, lite non conteſtata, vere, vel præſumptiue, aut parte non citata, aut nõ iuratis, aut per eum, qui non erat iudex, vel alias, ita quod eorum depoſitio non valeat, publicationem harum atteſtationum non impedire teſtium eorundem, aut aliorum productionem in cauſa appellationis, ſuper eiſdem capitulis aut directo contrarijs, ita profitetur gloſſ. *in dict. Clem. vlt. in verbo, rite, de teſtib.* vbi etiam Imola n. 4. Bald. quoque *in d. c. fraternitatis n. 10. ad fin. extra, de teſtib.* Alber. *in auth. atqui ſemel num. 6. verſ. & idem puto. C. de probat.* & ibidem Paul. *n. 13.* & Bart. *num. 18. & 34.* Bald. etiam & alij. Non enim pręſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum, vt in regula iuris in 6. & quod depoſitiones teſtium non rite receptorum non valeant, eſt text. *in cap. in nomine Domini. de teſtib. & in auth. de teſtib. §. pen.* perinde atque non probant, ſi à iudice incompetenti fuerunt examinati, quando periculum non fuit in mora, vt per Bart. *in l. 2. C. de naufragijs, libr. 11.* Iaſ. *in l. 2. col. 5. poſt medium, verſ. Secundo moueor. ff. de iuriſd. omn. iud.* Aymon Crauet. *conſ. 1. n. 7. lib. 1.* Neque refert, fuerintne didicita teſtificata, aut publicatio facta ad producentis inſtantiam, vt Bart. Bald. & Paul. contendunt *in d. authent. at qui ſemel.* & Imol. *in d. Clem. vltim. de teſtib.* Bart. *in l. qui per ſalutem. in fin. ff. de iureiurand.* Alexand. *conſ. 213. num. 17. libr. 2.* licet Marian. Soc. *in repet. dict. cap. fraternitatis. 11. col.* innuat contrarium.

6 Decimoſexto, † non eſt locus huic regulæ, quando teſtes depoſuerũt ſuper eo, quod non continetur in capitulis, aut de quo cogitare non potuiſſet pars, contra quam teſtes fuerunt producti, vt per Imol. *in dict. Clement. vltim. de teſtib. num. 4* notatur *in c. cum clamor. & cap. cum in tua. & cap. ex tenore. de teſtib.* Anton. Abb. & Imol. *in cap. iurauit. de probat.* Innocent. & Abb. *in 3. lect.* & Felin. *num. 4. in cap. ex tenore. de teſtib.* Felin. *in cap. fraternitatis, num. 9. eod. tit.* Non enim potuit pars diuinare ante publicationem id, de quo non fuit tractatum, vt in exemplis traditis per Iaſon. *in repet. l. admonendi. col. 120. verſicul. tu ergo potes plane. ff. de iureiurand* & Aymon Crauet. *conſil. 65. num. 1. & rurſus conſil. 74. num.* 4. quod autem primo dixeram, quando teſtes depoſuerunt ſuper non interrogatis poſſe eis publicatis minime obſtante publicatione ſuper eiſdem capitulis produci, non ea ratione id ſtatuitur, quia videlicet non potuerit pars de hac cogitare, ſed quia non valuit eorum depoſitio ſuper non interrogatis, vt per Imol. *in dict. Clement. fin. de teſtib. numero 4.*

7 Decimoſeptimo fallit † hæc regula, ſi publicatis atteſtationib⁹ produceres inſtrumẽtum quoddam, quod ipſe reprobare velim, hoc quippe non potui prouidere, vt per Al-

bericum

bericum traditur in d. auth. at qui ſemel, num. 4. quod hoc in foro Regio quotidie in praxim deducitur. Atqui cum hęc limitatio ex ſupra proximè dictis dependeat, amplius non inſiſto.

Decimooctauò † fallit in nouis capitulis dependẽtibus ab antiquis, vt in l. per hanc. C. de temp. appella. c. tam literis, ibique Innocen. & in cap. fraternitatis, de teſtib. vbi Abb. plenius cæteris exponit, quæ dicantur noua capitula. Angel. etiam in l. per hanc nu. 11. C. de temp. appell. Alber. & alij in auth. at qui ſemel. C. de proba. Ang. optimè in §. quia vero, in auth. de teſtib. n. 9. verſ. viſis an poſſint Rod. Suar. alleg. 5. 8

Decimononò † intelligitur niſi in cauſis, in quibus exceptio peremptoria poteſt opponi poſt ſententiam, quia fruſtra opponeretur, niſi probari poſſit, vt Alber. adnotauit *in dict. authent. at qui ſemel*, Abb. *in dict. c. fraternitatis*, qui caſus numerantur per Alber. *in l. 1. nu. 1. & 5. C. de iuris & facti ignor.* 9

Vigeſimo † limitatur, vt non procedat ea in ſpecie nimirum, licet non varietur articulus in ſubſtantia, varius ſit tamen modus facti ad idẽ concludendum, vt Ant. per illũ text. aſſerebat poſt Hoſt. *in c. atteſtationes, verſ. quintò obuiat. de deſponſ. impub.* quod tamen paulo poſt impugnat, Fel. etiam *in dict. cap. fraternitatis n. 10. ad fin.* 10

Vigeſimo primò † fallit in cauſa, in qua animæ periculũ vertitur, vt in matrimonio, vt *in dict. c. atteſtationes*, ibiq; Hoſt. *penult. col. verſ. dicas ergo.* & Ant. nam vbi agitur de ſalute animarum, non ſunt ſeruandæ hæ ſubtilitates pernicioſæ, *c. præcipimus. 12. q. 2. c. Matth. de ſim. l. ſancimus. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Non mirum ergo, vt ibidem inquit Hoſtien. ſi publicatio non impediat in matrimonialibus teſtium receptionem ſuper eiſdem articulis aut directo contrarijs, cum & ſententia ſuper matrimonio lata in rem non tranſeat iudicatam, vt *in cap. lator. & cap. tenor. & cap. conſanguinei, extra de re iudic.* Itaque in omnibus cauſis, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam, teſtium receptio non prohibetur poſt teſtium publicationem, atque poſt didicita teſtificata, vt per Abb. exponitur optime *in cap. iurauit. col. 2. & ſeq. de probat.* quod tamen ex coniectura iudicis potiſſimum dependet, quippe cum cauſæ cognitione id fieri debeat, vt idem Abbat. ſentit *ibidem col. 3. verſ. adde tamen.* Iuramentum tamen purgationis ſemper præcedere debet, vt Bal. ibi declarat *in fin. 3. col* & Felin. *in c. ſeries. nu. 5. de teſtib.* 11

Vigeſimo ſecundò † regula reſtringitur, vt procedat in ciuilibus non vero in criminalibus, maxime in cauſa hæreſis, *c. vlt. de hæret. in 6.* DD. *in c. vt officium. §. vero, eod. tit. & lib.* Bal. *in l. eos. § ſi quid. in fi. C. de appell.* Felin. *in d. c. fraternitatis, n.* 10. Innoc. Hoſt. & cæteri *in c. cum clamor. de teſtib.* Iacobus Septimacenſis *de inſtit. Cathol. cap. 62. de teſtib. nu.* 15. quo in loco alios quam plurimos citat hoc aſſerentes. Sed in cæteris criminalibus cauſis poſſunt recipi teſtes poſt publicationem, quinimo & poſt concluſionem in cauſa, vt docuit Bartol. *in l. §. ſi quis vltro. numer. 4. & in l. vnius. §. reus. numer. 1. & §. cogniturum. in fin. ff. de quæſt. & in l. diui. ff. de pœn. & in l. 2. §. ſi publico. num. 15. ff. ad l. Iul. de adult. & in authen. qui ſemel. num. 14. C. de probat. arg. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact.* Ioann. Andr. *in cap. fraternitatis, de teſtib.* DD. *in cap. cum clamor. eod. titul.* vbi Felin. *numer. 5.* & alij complures quos refert Hippol. *in d. l. 1. §. ſi quis vltro. num. 7. ff. de quæſt.* paulo tamen poſt, *num. 7.* hoc limitat & intelligit, quando de defenſione agitur; ſecus vero ſi ad offenſam, tunc 12

enim

enim obſtare ait publicationem, teſtium productioni. In cuius rei teſtimonium adfert Salic. *in l. vlt. num.* 10. *C. de queſt.* Franc. de Aret. *in c. fraternitatis.* 8 *char. de teſt.* Felin. *in c. cum clamor, num.* 5. *eod. tit.* neque huic ſententiæ aduerſatur, quod Bart. ait *in d. l. vnius.* §. 1. *ff. de queſt.* quod, ſcilicet, publicatis atteſtationibus, poſſunt teſtes produci ad offenſam, id quod etiam voluit Bart. *in ſua diſput. incip. iudex maleficiorum.* Ang. quoque de Aret. *in ſuo maleficiorum tractatu, in verbo comparuerunt dicti inquiſiti, in vlt. char. verſ. quaro, an poſt publicationem,* &c. *Et iterum in verbo, quia iudex dictum proceſſum publicauit.* 1. *col.* Cui obiectioni reſpondet Salic. *vbi ſupra*, Bartoli, & ſequacium ſententiam procedere in nouis capitulis, vt ſuper eis teſtes produci poſſint in criminalibus poſt publicationem, & ita in nullo differant hac in ſpecie criminales cauſæ à ciuilibus. Et nimirum cum fauorabiliores eſſe iudices teneantur ad abſoluendum, quam ad condemnandum, vt *in l. Arrianus. ff. de act. & oblig. l. fauorabiliores. ff. de reg. iuris. l.* 40. *tit.* 16. *par.* 3. Hippo. *in ſing.* 90. *cuius exordium eſt, fauorabiliores,* quorum omnium rationem expendit Alex. *in addit. ad Bart. in d. l.* 1. §. *ſi quis vltro, in verbo, poſt concluſionem*, quia, videlicet, expreſſe renuntiari non poſſunt defenſiones, probationeſque in criminalibus, vt Accurſius cenſuit *in l. pactum inter heredem. ff. de pact. in gloſ. vlt. prope fin.* vbi Bart. Bald. Ang. Pau. Iaſ. & commu. Doct. eius amplectuntur ſententiam, vt nouiſſime Ant. Gomezius *libro variarum reſol.* 3. *de delictis, c.* 13. *num.* 33. expendit ex *l.* 3. *&* 4. *ff. de liber. cau. & l. non tantum. ff. de appell.* cum igitur probatio non poſſit expreſſe renunciari, ergo neque tacite, *arg. l. cum quid. ff. ſi cert. pet.* At illud negari iure non poteſt per concluſionem in cauſa, probationibus renuntiari, gl. *in capit. cum dilectus, de fide inſtrument.* Bald. & Alexand. & cæteri *in authen. iubemus. C. de iudic. & alibi ſæpe.* Atque in crimine falſi eſt expreſſum *in c. ſicut, extra de teſtib. in c. licet, de probat.* id quod Specul. atteſtatur *in tit. de teſte.* §. *ſatis vtiliter. num.* 5. *verſic.* 13. *concluſio:* ergo non obſtabit teſtium receptioni in criminalibus in perſona rei, ne tacite videatur defenſionibus renuntiare.

CAPVT L.

DE PROBATIONE AGIT AD PERPETVAM rei memoriam.

SVMMARIA.

1 XXIII. *Limitatio: In teſtibus ad perpetuam rei memoriam examinatis.*

2 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam quibus caſibus recipiantur?*

3 *Extraordinarium remedium cum alio extraordinario cõcurrente vnũ non cedit alteri.*

4 *Quid in reo qui poteſt eſſe actor?*

5 *Debitor ſoluens, poteſt creditorem cogere, vt liberationis apocham ei faciat.*

6 *Qui rem poßidet pacifice ſine cõtradictore, teſtes ad perpet. rei memoriam non producit.*

7 *Actor teſtes ad perpetuam rei memoriam perducere non valet. Fallit in quatuor caſibus.*

8 *Quid in cauſis nobilitatis ſeu hidalguiæ.*

9 *Pragmatic. Cordubenſis intellectus.*

10 *Publicatio teſtium ad perpetuam an fiat?*

11 *Quid in cauſis nobilitatum?*

12 *Citatio an requiratur in probatione ad perpetuam?*

13 *Citatio non requiritur ad probandum caſum in longinquis partibus.*

14 *Teſtes ad perpetuam, quam fidem faciant?*

Vigeſi-

VIgeſimo tertio † non eſt locus huic concluſioni, quando teſtes ſunt recepti ad perpetuam rei memoriam, & publicati ſecundum formam traditam *in c. ſignificauit, extra de teſtib. & c. Aluericus, eod. tit.* qua in ſpecie etiam publicatis, & didicitis atteſtationibus, licebit alios teſtes ſuper eiſdem producere capitulis, vt aſſeruit Guill. *in ſpec. tit. de teſte. §. ſatis vtiliter, num. 6. verſic. 17. arg. tex. in c. vemens. 2. ad fin. extra de teſtib.* cui ſententiæ acquieuit Anton. Imol. & Abb. *in dict. cap. fraternitatis, numer. 17.* Nicol. de Matheſil. quem refert Bald. *in auth. ſi quis ab aliquo, numer. 17. C. de teſtibus.* Socin. *in regula 498. cuius exordium eſt, Teſtes publicatis, verſic 35. fallit* Corn. *conſil. 174. libr. 3. numer. 6.* ea potiſſimum ratione, quia ad præparationem futuræ litis recipiuntur, non ad deciſionem, cum igitur ad alium effectum producantur, non obſtabit teſtium publicatio eorum productioni, *argument. textus in cap. veniens, de teſtibus.* Verum vt perfecte tractatus hic definiri poſſit, quatuor potiſſimum ſeſe offerunt diſcutienda. Primum, Quando, quibuſque caſibus, teſtes ad perpetuam rei memoriam recipi poſſint? deinde, Nunquid publicentur? tertio, Partis ne citatio requiratur? vltimo, Quam fidem faciant? vt inde veritas huius limitationis appareat. 1

Principio † eam veriſſimam aſſero concluſionem frequentiori calculo cum Pontificij, tum etiam ciuilis iuris interpretum receptam, videlicet reum poſſe hoc vti remedio, vt teſtes examinentur ad perpetuam rei memoriam, *l. pupillus, quæ eſt vltima. C. de vſur. pupil.* ſi qui non poſſit actorem cogere, vt agat, *l. 1. C. vt nemo inuitus:* & ideo præparat ſibi exceptionem, vt per Bart. *num. 5.* Bald. *numer. 11.* Paul. *num. 2. in princip.* Salic. *numer. 2.* Alberic. *num. 2.* Angel. *numer. 2. in authent. ſed & ſi quis ab aliquo. C. de teſtibus* per Bart. etiam *in l. in lege Aquilia ſi deletum. ff. ad l. Aquil.* Innocen. & commun. Can. *in c. quoniam frequenter, extra vt lite non conteſt. & in cap. ſignificauit, per tex. ibi, de teſtibus,* vbi Felin. *numer. 5.* reſpondet obiectioni ſi quis forte aſſereret, minime poſſe reum hoc extraordinario remedio vti, cum & aliud ſibi competat, poteſt quippe vt ſilentium actori imponatur inſtare & petere iudicis officio implorato, vt eleganter traditur per glo. Bart. Angel. Paul. Caſtrenſ. *in l. ſi contendat. ff. de fideiuſſ.* per eundem Bart. & Salicet. *in l. ſi pater. C. qui bon. ced. poſſ.* quare cum alio vti remedio non poſſe videtur, vt *in l. in cauſa. ff. de minor.* Cui, † inquam, Felin. reſpondet poſt Ant. Imol. & Abb. ibi, & Imo. *in l. 2. in princ. ff. ſolut. matrimon.* vt regula *d. l. in cauſa*, non procedat, quando extraordinarium remedium concurrit cum alio ſimiliter extraordinario, qua in ſpecie, vnum non cedit alteri, vt per eos ibi, ex authoritate gloſ. *in l. de pecoribus. C. ad l. Aquil.* Dyni, & Bart. *in l. in prouinciali. ff. de nouo oper. nunc.* Sed quod teſtes ante litis conteſtationem recipiantur ad perpetuam rei memoriam ex æquitate potius, quam iuris rigore conceditur, vt ex dictis iuribus deducitur, non ergo tollitur, licet aliud etiam extra ordinem, & ex æquitate competat remedium, eſtque optima limitatio ad *d. l. cauſa.* Neque tamen ſpecialitatem hanc reſtringi oportet ad teſtes valetudinarios, aut quorum longa abſentia aut mors timetur: ſed ad omnes indifferenter extendi profitentur, Bald. Paul. & Salicet. *in dict. authent. ſed & ſi quis. C. de teſtibus* omnes denique iuris Pontificij interpretes *in dict. cap. quoniam frequenter, & in dict. cap. ſignificauit.* 2 3

Sed quæret † aliquis, nunquid cōcluſio præmiſſa locū ſibi vindicet in reo, qui poteſt 4

 eſſe

eſſe actor, ſi vult? nimirum in eo qui conueniri poteſt confeſſoria actione pro aliquo iure incorporali, vt quia aduerſarius affirmet fundum eius aliquam debere ſeruitutem, aut ipſum aliquod debere ſeruitium perſonale, reale, vel mixtum. Nam & is, contra quẽ agi poteſt confeſſoria, poteſt agere negatoria, negando aduerſario aut eius fundo aliquam debere ſeruitutem, aut ſeruitium, vt *in § æque ſi agat*, vbi poſt alios ſcribentes, Iaſ. 2. *notab. n. 34. & n. 55. & ſeq. Inſt. de act. l. 2. ff. ſi ſeru. vindic.* gloſſ. & DD. *in cap. examinata. in verbo, poſſidebas. poſt medium, extra de iudic.* Hæ ſiquidem actiones iure quodam ſpeciali competunt etiam poſſidenti, vt *dict. § æque ſi agat, & in l. ſi forte. § ſciendum. ff. ſi ſeruit. vindic.* ibique Bart. Quare in quæſtione propoſita videtur non poſſe teſtes ad perpetuam rei memoriam produci, niſi eos de quorum morte aut lõgo diſceſſu timetur, iuxta diſpoſitionem text. *in l. in lege Aquilia, ſi deletum. ff. ad l. Aquil. & cap. quoniam frequenter. extra vt lite non conteſt. in princ.* licet ei agere, ſiue poſſideat ſiue minus. Ita aſſerunt Hoſtienſ. & Innocent. *in cap. ſignificauit. in princ. extra de teſtib.* Quod tamen ipſi limitant, vt procedat, fidemque teſtes ita recepti non faciant quando is qui produxit agere velit: ſecus ſi ab alio conueniantur: tũ etenim teſtimonia probant, id quod tamen Bald. negauit *in d. auth. ſed & ſi quis. num. 8 in princip. C. de teſtib.* non enim videt Bald. quare fides teſtium diuidi debeat, vt ſecundum quid faciant fidem, & ſecundum quid non, cum ratione defenſionis teſtes fuerint legitime recepti, vnde Hoſtienſ. *in dict. cap. ſignificauit col. 2. ad fin.* rectius ſentiens dixit valere quorumcunque teſtium teſtimonia in caſu dictæ decretalis *ſignificauit.* nam licet vterq; agere hic poterat confeſſoria, alter negatoria, alteri tamen cenſet fore imputandũ, ſi cum potuit agere, noluit huic etenim agere forſitan nõ expediebat, vel propter ſumptus litis, vel quia graue eſt actoris partes aſſumere, vt *in l. is qui deſtinauerat. ff. de rei vind. c. literis. de probat.* quare nimirũ ſi hoc fuerit vſus remedio. Hac eadem de cauſa huic ſententiæ adhæſit Bartol. authore priore tacito, *in authen. ſi quis ab aliquo. n. 5. prope finem. C. de teſtib.* ibique Bald. & Angel. & Paul. eiſdem acceſſere. Anton. quoq; Abb. Imo Fel. & cæteri *in d. cap ſignificauit.* per tex. ibi, quem ad hoc Imo. & Fel. dicunt ſingularem nec alibi reperiri: poterat enim ibi vterque conueniri & agere patroni confeſſoria petentes pronunciari, ius ſibi competere patronatus, presbyteri negatoria negando aduerſarijs ius patronatus competere, ſed ab omni prorſus ſeruitute liberam eſſe Eccleſiam: ſicque pronũciari petentes iuxta not. *in c. examinata. de iud. & in § æque ſi agat. cum alijs ſupra citatis, Inſtit. de act.* Nihilo tamẽ minus quoſcunq; eis licuit ad perpetuã rei memoriam examinare teſtes. Neque prędictis obſtat, quod & alio iuris remedio presbyteris teſtes producere volentibus, conſuli poterat: agere ſiquidẽ in iudicio poterãt, vt patroni eis ſcripturam conficerent libertatis, vt Bernar. *in glo. pen. aſſeruit in d. c. ſignificauit.* quem omnes ibidẽ ſequuntur. perinde † atque debitor ſoluens agere poteſt, vt creditor apocham ſibi faciat liberationis, vt *in l. plures. C. de fide inſtrum.* Reus item agere nimirum poteſt, vt fiat ſibi in-
f ſtrumentum ſuæ exceptionis, *ſicut datam. C. de libera cau. l. diſſoluta. C. de condict. ex l.* ſicut & creditor reum cogere poteſt ſibi inſtrumentum debiti conficiat, vt *in l. 2. § item Varus. ff. de aqua pluu. arcend. l. 2. 2. reſponſo, & ibi gloſſ. ff. ſolut. matrim. in creditore de euict.* prout & alijs pluribus caſib. reus agere poteſt, traditis late per Bart. Imol. & Alex. *in l. ſi finita. § elegãter. ff. de damno inf.* per Ant. *7. col.* Abb. & alios *in d. c. ſignificauit. de teſtib.* verum enimuero licet hoc

hoc remedium reo presbyteriſque noſtra ſpecie competat, idque ſit, vt iam diximus, extraordinarium, vt omnes ibi aſſerunt DD. non impedit profecto alterum extraordinarium, nempe receptionis teſtium ad perpetuam rei memoriam, iuxta ſententiam Accurſij *in l. de pecoribus. C. ad l. Aquil.* ſicuti & ab omnibus traditur ſcribentibus *in d. c. ſignificauit, & in auth. ſed & ſi quis. C. de teſtibus.*

Cæterum † neque id ita late intelligi oportet, nam ſi quis rem aliquam poſſidet pa- 6
cifice, neque vllum habet contradictorem, nulluſque facit ei controuerſiam, nequaquam poterit teſtes ad perpetuam rei memoriam petere, vt examinentur, quippe cum aduerſarium non habeat, quem citare poſſit, neque dici poſſit actor, neque reus, quia nondum eſt nata actio, ideo ceſſat forma iurium hoc indulgentium, vt Bald. tradidit *in dict. cap. ſignificauit, numer. 7.* & melius *in auth. ſed ſi quis, numer. 5. verſ. ſed hic dubitatur. C. de teſtibus.*

Et conſequenter † quartam addere poſſumus concluſionem. Actor nimirum teſtes 7
ad perpetuam rei memoriam producere non poteſt: lite nondum conteſtata, vt *extra vt lite non conteſtata, per totum. l. 2. titul. 16. part. 3.* & quia in actore ceſſat ratio, propter quam hoc fuit remedium inuentum, nam probationes eius perire non poſſunt: neque enim eſt impeditus agere, quippe qui poſſit actionem ad id quod putat ſibi debitum quandocunque mouere: quare remedio extraordinario ſibi ſubueniri æquum non eſt vt *in l. in cauſa. ff. de min.*

Fallit tamen hæc adſertio, quando actor timet mortem, vel abſentiam diuturnam teſtium in caſibus traditis *in l. 2. & ſequent. ff. de donat. cauſ. mor.* tunc etenim teſtes huiuſmodi recipi poſſunt ante litem conteſt. ne probationis copia depereat. *c. quoniam frequenter, in princip. extra vt lite non conteſt. l. 2. titul. 16. de teſt. part. 3. l. 14. titul. 8. lib. 2. fo. l. in l. Aquilia. ſi deletum. ff. ad l. Aquil.* ſecundum gloſ. intellectum.

Præterea non eſt locus huic concluſioni, ſi forte actor fuerit agere impeditus, vt ſi debitum eſt in diem, aut ſub conditione: qua in ſpecie ante litem conteſtatam teſtes ad perpetuam rei memoriam produci poſſunt, non modo hi, de quorum morte, aut longa timetur abſentia, ſed omnes alij, vt probat expreſſe tex. *in dict. l. in lege Aquilia,* abſque aliqua ſubauditione. *ff. ad l. Aquiliam,* quem ita intellexit Bernar. Ant. & Abb. *in d. cap. ſignificauit.* Bald. *num. 11.* Salic. *num. 2. in d. auth. ſed & ſi quis. C. de teſtib.* Innocen. *in d. c. quoniam frequenter, in princ. in verbo, abſens, extra vt lit. non conteſt.* Ioan. Andr. *in add. ad Speculum in tit. de teſte. §. nunc tractemus, in fi. num. 5.* Bar. tamen & Angel. *in d. auth. ſed & ſi quis,* Imol. & Felin. *num. 6. in d. c. ſignificauit,* aſſerunt contrarium, imo quod ſi dies, aut conditio poteſt euenire, & ſic facultas agendi competere, antequam teſtes examinentur: non examinabuntur, niſi tantum hi, de quorum morte, aut longa abſentia timebitur, vt *in l. in l. Aquilia ſecundum gloſ. intellectum. ff. ad l. Aquiliam.* Sed iudicio meo veriorem & magis iuri conſonam, & æquitati crederem eſſe priorem ſententiam contra Bart. tum quia eam aperte probat dict. *l. in lege Aquilia* ſæpius citata, tum etiam, quia cum agere non poſſit eo tempore quo teſtes vult producere (qui licet tunc ſani ſint, & præſentes interim tamen poſſent perire, aut recedere, nihil enim eſt incertius hora mortis) æquum eſt huic ſubueniri.

Rurſus deficit regula quoties facultatem habens de iure, de facto, quod aiunt, ſeu iniuria impediretur, veluti ſi per cauillationes protraheretur libellus actoris, & litis conteſtatio impediretur, qua in ſpecie, ob receſſus, aut mortis timorem, teſtes proculdubio recipientur ante litis conteſtationem, perinde ac ſi nondũ fuiſſet oblatus libellus. Idem etiam ſi per tyrannidem, vt Bal. adſeuerat *in d. auth. ſed & ſi quis. nu. 8 ad fin.* ex doctrina Innoc. & Hoſt. *in d. c. quoniam. in princ. extra vt lite non conteſt.* refert & ſequitur Fel. *in d. c. ſignificauit, num. 7. de teſtib.*

Quarto eadem aſſertio reſtringitur, vt procedat, niſi de conſenſu partium teſtes ante litem conteſtatam recipiantur & publicentur, quod fieri nimirum poterit, cum & alias teſtimonia inualida, partium roborentur conſenſu, *c. cum cauſam. extra de teſtib.* Soc. hoc communiter recipi atteſtatur *in reg. 502. incip. teſtes examinati. vlt. limitatione.*

8 Cæterum non ab re hic tractari poſſet: quid in cauſis nobilitatis Hiſpaniæ, quæ vulgò hidalguia appellatur, nunquid teſtes ante litẽ conteſtatam recipi poſſint: Et eruditiſſimus huius Regij fori ſenator Arceus Otalora *in ſuo vtiliſſimo nobilitatis libel. 5. par. princ. c. 1.* aſſeruit, his duntaxat caſibus recipi poſſe, quibus iure communi in alijs cauſis recipiuntur, ſcilicet propter ſenectutem, vel abſentiam, vel alias cauſas à ſummo Pontifice, iuriſq; interpretibus proditas, *in dict. c. quoniam frequẽter, & in dict. c. ſignificauit. & in d. auth. ſed & ſi quis.* eo quod ſine turbatione reali, & pignoris captura nequeat is, qui nobilitatẽ prætendit agere, vt nuncupatim traditur *in pragm. Cordubenſi, 199. col. 1. in l. 1. in princip.* cum ait: *Pero ſi el que ſe dixere hijodalgo, dixereque tiene los teſtigos viejos, ò que ſe quierẽ auſentar, que los puedan hazer tomar ad perpetuam rei memoriam, ſegun y como el derecho diſpone.* Verumtamen cum ad ius dicta lex refertur, videtur nimirum permittere quoſcunque recipi teſtes ad perpetuam rei memoriam, licet de eorum morte, aut longa abſentia non timeatur, ne alias contra iura & rationes *ſupra eod. cap. num. 2.* traditas diſponere videatur: tumque maximè cum reus verè dicatur, qui in quaſi poſſeſſione nobilitatis exiſtit, non enim poteſt actione aliqua experiri, neque compellere actorem, vt agat, vt *in l. 1. C. vt nemo inuit.* quin imo nec ei actio competit negatoria, neque aliud prorſus remedium iure noſtro Regio, donec realiter moleſtetur, & pignus reale capiatur, vt *dict. pragm.* quod iure communi Imperatorum facilè concedebatur iuxta notata *in dict. cap. examinata, de iudic. & in §. aque ſi agat. Inſtit. de act.* Sed quid? cum licet negatoria actio competeret, adhuc teſtes quoſcunque ad perpetuam rei memoriam producere, ei minimè denegetur, vt ex crebriori iuris interpretum ſententia ſatis liquet, & *ſupra numer. 5. eod. cap. traditum eſt.*

9 Quamobrem † alterum facilè concedendum eſſe exiſtimarim, aut pragmat. illam ſanctionem Cordubæ editam non excludere hac in ſpecie quoſcunq; recipi teſtes, quamuis ſenes, aut valetudinarij non fuerint, iuxta iuris communis diſpoſitionem, maximè cum iuri noſtro Regio in alijs cauſis ius commune Imperatorum non aduerſetur, lex ſiquidem 2. *tit. 16. part. 3.* lex item, 14. *tit. 8. libr. 2. fori*, ea ratione potiſſimum indulgent, lite nondum conteſtata teſtes recipi, ne iuſtè impedito probationes pereant, & licet exempli cauſa ibi aliqui aſſignentur caſus, vtpura ob timorem mortis, vel abſentiæ teſtium, non ex hoc excluduntur alij, quibus iure communi teſtium receptio lite non conteſtata admittebantur, vt in l. 2. aduertit Gregor. Lup. vt in reo qui agere non poterat,

rat, neque compellere actorem vt ageret, vt in c. ap. ſignificauit. de teſtib. Nam quod exempli gratia in legibus exprimitur, non arctat regulam, l. regula. §. vltimo. ff. de iur. & fact. ignor. ſed ad omnia ſimilia extenditur, l. damni. 2. in fin. ff. de damno infect. & quia leges illæ in actore loquuntur. Aut ſaltem in ſæpe dictis nobilitatum cauſis concedendum eſt, nullam exigi probationem inquiſitionemve, ſintne teſtes valetudinarij, aut longius profectum, ſed ſufficere id tantum affirmare, vt ex verbis pragm. expenditur, cum ſic ait, dixere, &c. non dixit probare. Aut ſi probatio huius impedimenti requiritur, ſat erit duobus comprobare teſtibus eos eſſe ſenes 60. annorum, & hoc vltimum vſu forenſi receptum eſt.

Reſtat † modo examinemus nunquid teſtes ad perpetuam rei memoriam recepti publicentur, & partibus aperiantur? & ſanè omiſſis Doctorum contentionibus, ea eſt communis reſolutio, vt non publicentur, ſed in ſcriptis redigantur à notario, clauſique & ſignati parti eos producenti tradantur, vt in dict. c. quoniam frequenter, vt lite non conteſt. l. 2. tit. 16. part. 3. præterquam in caſibus, quibus ad receptionem quorumcunque teſtium reus aut actor admittitur lite non cōteſtata (vt ſuprà latiſſimè fuit oſtenſum) horum ſiquidem publicatio fieri poteſt: neq; alij inſuper teſtes ſuper eiſdem admittentur articulis, cum cauſa principalis tractabitur. Quippe cum poſſit ei imputari, cur alios non produxerit teſtes: qui quoslibet producere potuiſſet. At vero cum teſtes, de quorum morte, aut longa abſentia timetur, permittuntur dumtaxat examinari: nil mirum ſi non publicentur, quippe quod in producentis fauorem introductum eſt, in eius non debet retorqueri odium, vt in l. quod fauore. C. de legib. nam ſi publicatio fieret, præcluderetur proculdubio via alios producendi teſtes, vt in cap. fraternitatis. de teſtibus, quod in eius cedere incommodum, cui beneficium conceſſum eſt, nemo non cernit, ita concluditur per Nic. de Mat. Bar. Bal. Paul. Salic. & omnes in dict. auth. ſed & ſi quis. C. de teſtib. per omnes iuris Pontificij interpretes in dict. c. ſignificauit. de teſtib. & in dict. c. quoniam, vt lite non conteſt. Hinc eſt, quod † in nobilitatum cauſis publicatio non fit, quando teſtes ad perpetuam rei memoriam ſenes aut valetudinarij tantum examinantur alijs excluſis, ne via eidem præcludatur alios producendi teſtes, cum cauſa principalis agetur. Sin autem omnes teſtes producti, nullo habito diſcrimine, ſint necne ſenes aut valetudinarij, recipiantur: publicatio proculdubio fiet, vt ea facta obiectiones in teſtes fieri poſſint aduerſario, ne alias ei defenſio denegetur. Sed hoc in Regno eo vtimur iure, nempe vt teſtimonia hæc in publicum redacta partibus nō tradantur, ſed in archiuo publico deponantur, ne eorum occaſione à tributis eximantur, qui forſitan nobiles non ſunt, vt Dominus Acceus atteſtatur vbi ſuprà cap. 15. partis principalis, nu. 5. ad eiuſq; inſtantiam hoc fuiſſe decretum in comitijs anno 1552. in oppido Madrid celebratis. 10 11

Cæterum † vt nihil prorſus hac in re deſideretur, excutiendum nobis, nunquid in examinatione teſtium ad perpetuam rei memoriam citatio partis requiratur. Et quidē id perpetuum eſt, citationem requiri ſiue omnes examinentur teſtes, ſiue ii tantum, de quorum morte, aut abſentia timetur, d. c. quoniam frequenter, & dict. cap. ſignificauit. d. ll. part. & fori, verum inter has duas ſpecies hoc nimirum eſt diſcriminis, vt primo caſu citatio perſonalis requiratur: Secundo vero ſufficiat ad domum, ſi eſt abſens, aut ſi do- 12

mum, ſi eſt abſens, aut ſi domum non habet in loco vbi recipiendi ſunt teſtes per edictum aut proclama: debet tamen hæc receptio intimari parti cum venerit: & ſi ei intra annum non nuntietur, non valent teſtimonia, vt *dict. cap. quoniam frequenter. in princ. & dict. l. 2. tit. 16. part. 3. & dict. l. etiam fori. 14. tit. 8. lib. 2.* Ratio diſcriminis eſt. Nam ſi attendatur hoc vltimo caſu, vt pars perſonaliter citetur, imminebit profecto idem periculum, nimirum quod interim forte teſtes peribunt. Ideoque maiori periculo cautius fuit prouidendum. Sed quia pleniſſime Salic. hæc enucleauit *in d. auth. ſed ſi quis. numer. 4. C. de teſtib.* de his hactenus. Vt interim non omiſerim hac in tractatione animaduertere citationem omnino exigi omnium quorum intereſt, ex doctrina Innoc. & Felin. *num. 1. in*
13 *cap. Albericus. de teſtib.* Cæterum † ſi immineat periculum, probabunt haud dubiè abſque citatione, veluti ſi quis naufragium aliumve caſum probare intendat in longinquis partibus: vt quia portabat equum, qui in itinere, morbo aliquo deperijt abſque eius culpa, nulla tunc partis citatio requiritur, modo coram iudice examinatio fiat illius loci vbi id contigerit, licet non ſit iudex rei, vt colligitur ex *l. ſi quis. C. de naufrag. lib. 11.* ibique Bar. Platea DD. commu. *l. 2. tit. 16. p. 3.* & ibi Montal. Pet. de Rauen. *in compendio iuris ciuilis. in fing. incip. volo quod notes.* Paul. Caſtren. *in l. ſi creditor. ff. de pignor. act.* Aret. & Dec. *in c. 2. de teſtib. col. 6. num. 26.* Felin. *in d. c. quoniam frequenter, vt lite non cont. 5. col. in medio,* facit etiam, *l. ſcire oportet §. ſufficit. ff. de excuſ. tut.* vbi ſufficit caſum probare ſecundum ius gentium ex naturali iuſtitia non attenta ciuili ſolennitate. Ex eadem radice procedit, quod licet verum ſit, teſtes eſſe recipiendos coram iudice cauſæ, licet ſint alienigenæ, vt Innoc. Hoſt. & Abb. adnotarunt *in d. c. quoniam frequenter. in princ.* ſi tamen teſtes in eo non reperiuntur loco, vbi principalis cauſa debet agitari, & periculũ forte eſſet in mora, propter mortis aut abſentiæ periculum poſſunt examinari per eum iudicem illius loci, vbi teſtes reperiuntur, ne pereat probatio: argum. text. *in l. tutor, qui repertorium. ff. de adm. tutor. c. vt fame, de ſent. excomm.* & ita concludit Ant. & Abb. *in d. c. quoniam frequenter,* Bartol. Socin. *in conſ. 144. Conſiderata facti contingentia, num. 7. verſ. 4. contra eundem, lib. 2.*

14 Poſtremo id ſupereſt † examinemus, quam fidem faciant hæc teſtimonia ad perpetuam rei memoriam? & quidem non modicam fidem huiuſmodi teſtimonijs adhibendam eſſe probant iura ſuperius citata, videlicet *l. in l. Aquilia ſi deletum. ff. ad l. Aquil. in auth. ſed & ſi quis. C. de teſtibus, & in dict. cap. ſignificauit. & d. cap. quoniam frequenter. in princ.* vbi omnes concludunt, iudicem ſententiam interlocutoriam proferre debere, vt atteſtationes fidem faciant, hæc tamen ſententia in cauſis nobilitatum non profertur, vt Arceus Otalora aſſeruit *in dict. c. 1. 5. partis principalis, nu. 4.*

Ex quibus (vt eo ſe noſtra controuertat oratio quo digreſſa eſt) liquidiſſime apparet, limitationem prædictam iure communi veram non eſſe: nam ſi probatio fidem facit, quorſum iterum ſuper eiſdem articulis examinandi ſunt teſtes? iure vero noſtro Regio neceſſum eſt, vt denuo, cum cauſa ordinariè agitur, teſtes ſuperſtites examinentur, alias fidem non faciunt: vt *in dict. l. 14. tit. 8. libr. 2. fori.* Non mirum ergo ſi publicatio non impediat teſtium quorumcunque receptionem ſuper eiſdem capitulis aut directo contrarijs.

CAPVT

CAPVT LI.

ALIAS COMPLVRES PROSEQVITVR LImitationes.

SVMMARIA.

1 *XXIV. Limitatio: In teſtibus coram arbitro examinatis.*
2 *XXV. Limitatio: Si mutetur modus agendi.*
3 *XXVI. Limitatio: Inſtrumentum coadiuuantes poſſunt produci teſtes.*
4 *XXVII. Limitatio: Quando pars quæ produxit, audiuit à teſtibus, quod non interrogati depoſuerint.*
5 *XXIIX. Limitatio: Quando falſitas allegatur cum corruptione teſtium.*
6 *XXIX. Limitatio: Quando ſubeſt iuſta cauſa.*
7 *XXX. Limitatio: Quando nulli ſunt teſtes producti, licet ſint data capitula.*
8 *XXXI. Limitatio: Si inter alias perſonas producantur teſtes.*
9 *XXXII. Limitatio: Quando cauſa mutatur.*
10 *XXXIII. Limitatio: Si producens ſit bonæ frugi & laudabilis opinionis.*
11 *XXXIV. Limitatio: In teſtibus legaliſsimis.*
12 *XXXV. Limitatio: Si agitur de cicatrice, ſitne manſura necne.*
13 *XXXVI. Limitatio: Si teſtes de valore rei examinati, iterum examinentur in appellationis cauſa ſuper maiori ſumma.*
14 *XXXVII. Limitatio: Si minor vel Eccleſia in integrum reſtituatur.*
15 *XXXIIX. Limitatio: Si poſt publicationem teſtium quis velit per rei euidentiam probare ex iiſdem articulis, aut directo contrarijs.*
16 *XXXIX. Limitatio: In paupere teſtes producente.*
17 *XL. Limitatio: Quoties teſtis non fuit interrogatus de cauſa, nec ipſe reddidit eam.*
18 *Limitationes prædicta iure Regio quando locum habeant?*
19 *Praxis fori Regij in admittendo partes ad probandum in 2. aut. 3. inſtantia.*

VIgeſimoquarto † iſthæc limitatur aſſertio in teſtibus coram arbitro examinatis & 1
publicatis, nam ij denuo repeti poterunt, non obſtante publicatione, ſi pars aduerſa noluerit dictis eorum ſtare, eis vero aut quibuslibet eorum mort[illegible]re neceſſario tenetur, poteſt tamen in perſonas & dicta eorum objicere. *l. vlt.* C. *de teſtib. cap. præſentata. extra eod.* Afflict. *in conſt. Regni Siciliæ, incip. iuriſperitorum. num. 9.*

Vigeſimoquinto † fallit, ſi mutetur actio, aut modus agendi. *c. veniens. vbi etiam Docto-* 2
res, extra de teſtib. l. 17. tit. 9. part. 4. cum ſic ait: *Y la razon porque puedē ſer aduchos otra vez los teſtigos en aquel meſmo pleyto ſobre que ya teſtiguaron, es, porque ſe camio la de manda, ca primeramente teſtiguaron ſobre la denūciacion, y deſpues ſobre la acuſaciō.*

Vigeſimoſexto † fallit, quando poſt teſtium publicationem inſtrumentum produ- 3
ceretur, poſſunt enim ſimul cum inſtrumento teſtes produci inſtrumentum coadiuuantes. *c. ſeries. ibique Ant. & Imol. extra de teſtib.* Socin. *in reg. 498. limit. 47.*

Vigeſimoſeptimo regulæ † non eſt locus, quando pars quæ teſtes produxit in prima 4
inſtantia, ab eis audiuit & didicit, quod ipſi depoſuerant non interrogati. Innoc. *in c. fraternitatis. & c. ex tenore. de teſtib.* Bart. *in auth. at qui ſemel. n. 28. C. de prob.* Ang. *in auth. de teſtib. §. quia vero multi. in princ.* Socin. *in d. reg. 498. limit. 26.*

Vigeſimooctauo fallit, quando † falſitas allegatur cum corruptione teſtiū, vt habetur 5
in cap. ſeries. de probationib. Anton. *pen. char. in dict. cap. fraternitatis.* Ang. *in Authent. de teſtib. §.* *quia*

*quia vero.2.col.*Socin.*vbi ſupra lim.13.*Innoc.Ioan.Andr.Ant.Abb.& Felin.*n.27.in c.licet.de proba*.

6 Vigeſimonono non † procedit, quando ſubeſt aliqua iuſta cauſa æquitate ſuadente, quia tunc ſubuenitur per in integr.reſtit. ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur.*l.1.ff.ex quib.cauſ.maior.*ex doctrina Innoc.*in c.intimauit.de teſtib.*vbi etiam Felin.*n.3.*vbi cauſas complures enarrat Anton.*in d.c.fraternitatis.*Socin.*vbi ſupra 55.limit.*latiſſime Hippol.*in l.1.§.ſi quis vltro.n.53.& 57.ff.de quaſt.*

7 Trigeſimo fallit, † quando nulli ſunt teſtes producti, licet ſint data capitula, vt eſt teſtimonio Ant.*in d.c.fraternitatis.*Socin.*in dict.reg.*498.34.*lim.*quia text.*in dict. auth.de teſtib.* §.*quia vero.*nimis ponderat dicta teſtium ſecundum Anton *in d.c.fraternitatis.*Soc.*limit.*34.*l.42.§.29.in pragm.*

8 Trigeſimoprimo limitatur, † quando inter eaſdem perſonas, ſecus ſi inter alias, tunc enim publicatio non obſtat teſtium productioni, *c.conſtitutus, de teſtib.* ibique eius capitis expoſitores, & in locis ſuperius non ſemel citatis.

9 Trigeſimoſecundo fallit, † ſi in altera inſtantia agebat ex contractu, in altera vero ex delicto, vt Ang. adnotauit *in l.quidam tabularum.in fin.ff.de furt.*per text ibi, quem ad hoc dicit expreſſum, qui tamen non probat, Socin.*vbi ſupra, limit.22.*Bart.*in l.2.§.1.ff.quor.app. non recip. & in l. nihil. ff. de cod. indeb.* idem ſi teſtes ſuper poſſeſſorio publicantur, poſſunt enim ſuper petitorio ijdem repeti, aut alij ſuper eiſdem articulis examinari Rota *in nouis deciſione* 437.

10 Trigeſimotertio fallit † in eo, qui eſt bonæ frugi vitæq; laudabilis ac magnæ opinionis, is enim poteſt poſt didicita teſtificata teſtes ſuper eiſdē articulis producere, ita Bald. *in c.præterea.de teſtib.cogend.*Guill.Ben.*in c.Raynutius.in verb. adiecta impuberi, n.20.extra de teſtam.*Nec id mirum quidem quandoquidem propter vitæ integritatem & ſanctimoniā, authoritatemq; hominis à regulis communibus quandoq; recedimus, vt per Iaſ. traditur *in l iubem*[illegible] *iudic.*Alciatum, qui aliqua tradit exempla *lib.1.de verb.ſignif.col.16.lin.*21.*& ſeq.*

11 Trigeſimoquarto † fallit, ſi teſtes quos publicatis atteſtationibus produceret quis, eſſent legaliſſimi, omniq; exceptione maiores, vt pluribus oſtendit rationibus Hippol.*in l.1.§.ſi quis vltro,n.10.& ſeq.ff.de quaſt.*vbi plura in eam rem ſingularia congerit Guill.etiam Bened.*in rep.c.Raynutius.in verbo, impuberi, n.20.de teſtam.*

12 Trigeſimoquinto publicatis † atteſtationibus, teſtes ſuper eiſdem, aut contrariis articulis recipiuntur, ſi agitur de cicatrice, ſit necne manſura, Bald.*in c. cum cauſam.* 1.*col.de probat.*Hippol.*in d.§.ſi quis vltro.n.46.& in ſing.66.Publicatis atteſtationibus.*

13 Trigeſimoſexto † fallit, vbi teſtes examinati de valore rei & publicati, iterum examinentur in appellationis cauſa ſuper maiori ſumma, Bart.& Angel.*in l. tum furti ff. de in litem iur,* Bald. *in c.cum cauſam 2.per text. ibid. extra de teſtib.* Socin.*in dict.reg.*498 *limit.*42.

14 Trigeſimo ſeptimo † Si minor vel Eccleſia in integrum reſtituatur, *l. minor 25. annis. ff.de minor.*DD.*in l.vbi.ff.de edend.& in d.c.fraternitatis.*vbi Felin.limitat *n.6.verſ.*3 in quantum de teſtib. & etiam text.Regni noſtri, qui ponit formam & terminum huius in integrum reſtitutionis, in pragmaticis.*l.22.ordinis iudiciarij.c.20.& c.28.*

Trigeſi-

Trigeſimo octauò † fallit, vbi poſt publicationem teſtium quis velit per rei euidentiam probare ex eiſdem articulis, aut directo contrarijs, Specul. *in ti. de probat. §. videndum. verſ. hoc quoque.* Bald. *in l. ſi quis teſtibus. in fin. C. de teſtib.* Felin. *in d. cap. fraternitatis, num. 10. verſ. item limita.* vt per Bald. *extra de teſtib.* 15

Trigeſimo nono † fallit in paupere teſtes producente, ceſſat enim hoc caſu præſumptio corruptionis, non enim habet quo teſtes corrumpere poſſit, & ita ſtylo forenſi receptum eſt. 16

Quadrageſimo & vltimo † præmiſſa regula limitatur quoties teſtis non fuit interrogatus de cauſa, nec ipſe reddit eam, nam poterit tunc repeti poſt publicatas atteſtationes, *argum. text. in cap. per tuas, & cap. cum clamor. de teſtib.* quod nuncupatim aſſeruit Card. & Felin. *num. 8. in cap. cum cauſam, de teſtib.* Imol. *in dict. c. per tuas. 2. col.* 17

Et ex ſupra dictis videre licet, quantum leges faueãt probationibus, ne forte ius partium pereat. At † iure noſtro Regio prædictæ limitationes, in cauſa dumtaxat appellationis locum habere poſſunt, non autem in prima inſtantia, quia publicatio non fit, niſi elapſa tandem dilatione probatoria, poſt cuius decurſum teſtes non admittuntur, niſi per reſtitutionem, vt colligitur ex diſpoſitione *dict. pragm. 42. ordinis iudiciarij. cap. 20. 28. 29. & alijs,* ſunt tamen aliqui alij caſus, quibus probatio admittitur elapſo termino, vt *in* 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 12. 14. 15. 17. 21. 23. 24. 28. 35. *& 37.* limitationibus, & alijs per Fel. traditis *in cap. licet cauſam, num. 18. & ſeq. de probat.* Quo † fit, vt praxis admiſerit hoc in foro Regio, vt quoties cauſæ appellationum in eo trutinantur, parte altera ſe ad probandum offerente, ſiue quid noui alleget in grauaminibus per eam expoſitis, ſiue nil nouum, ſed ea tantum, quæ in prima diſcuſſa fuerant inſtantia, ad probandum nihilominus admittatur. Poteſt ſiquidem aliquis vſu euenire caſus, de quo in ſupra traditis limitationibus, quibus ſuper eiſdem articulis, aut directo contrarijs, probatio fieri iure poſſit. Quare non obſtante lege Regni *1. titul. 4. ord. iud. lib. 3. ordin. & pragm. de Alcala. 205. c. 11.* quamuis nihil noui allegetur, admittuntur, vt prædixi, ad probandum. Ad iudicis quippe officiũ ſpectat veritatem modis omnibus inueſtigare, & ad lucem perducere, maxime ſuperioris. Quid enim ſi non rectè fuerit articulus factus in prima inſtantia, quod non ſemel fit, nunquid imperitiam aduocati æquum erit adeo nocere clienti, vt eum ſuccumbere faciat? In tertia vero inſtantia poſt ſupplicationem primæ ſententiæ per auditores latæ, ſi nihil noui adlegetur, partes nimirum ad probandum non admittuntur: cum hæc ratio ceſſet. Sunt etenim hoc in foro diſertiſſimi patroni, quorum ignorantia in articulis ab eis factis minimè præſumenda eſt. Quare ad litem prolatandam videtur potius probationis oblationem factam fuiſſe, quam ad iuſtitiam conſequendam: quamobrem dilatio ad probandum petenti vt plurimum denegatur, niſi forte teſtes nullos in aliqua produxerit inſtantia, tum etenim facile ad probandum admittitur, ne ius eius ob defectum probationis pereat, quod eſſet iniquiſſimum, præcipue iure noſtro Regio, quo inſpecta veritate proceditur, exploſis iuris ſolennitatibus, vt *d. l. 11. tit. 1. lib. 3. ordinat.* ſæpius citata ſtatuitur. 18 19

CAPVT LII.

CONCLVSIO, QVAM VOCANT, CAVSAE SITne de ſubſtantia iudicij?

SVMMARIA.

1 *Concluſio in cauſa an ſit de ſubſtantia iudicij, an verò omitti poßit.*
2 *Probationibus fauendum eſt.*
3 *Veritas eſt mater iuſtitiæ.*

1 SVpereſt modo, vt præcitata lex 11. perfectius enucleetur. Id examinemus † nunquid iure noſtro Regio concluſio in cauſa ſit de ſubſtantia iudicij, an vero omitti poſſit? Et primo videamus quid ſit concluſio? & quidem iure communi eſt renuntiatio quædam allegationum & probationum tacita, adeo quod ea facta, nihil poteſt produci in cauſa, nihilque aliud ſupereſt præter ſententiam, gloſſ. *in cap. cum dilectus, de fide inſtrumen.* Eodem iure concluſio non eſt de ſubſtantia, ſed ex quadam conſuetudine. Vnde ſi omittatur, non vitiat proceſſum, Abb. & Felin. *in cap. cum I. & A. de re iudic.* Cardin. *in Clem. ſæpe. §. & quia. 19. q. de verb. ſignif.* longeque minus in cauſis ſummatijs, quibus neceſſario non requiritur concluſio. *d. Clem. ſæpe. §. & quia,* Ioan. Andr. *in add. ad Specul. in tit. de renunt. & concl. in princ.* & ibi per Specul. de reliquis hanc tractationem concernentibus. Iure vero noſtro Regio concluſio in cauſa neceſſario fieri debet. *l. 1. verſic. El qual termino paſſado,* & iterum *in fin. tit. 4. libr. 3. ordin.* quod potiſſimum procedit, quando agitur contra abſentes criminaliter in caſu *dict. pragm. Alcala. 205. c. 12* [illegible] *i: Teſto aßi hecho, ſea auido el pleyto por concluſo para diſinitiua,* vt per Nunnium *reſponſ. 1. numer. 4.* Nam formam inducit lex illa, qua non ſeruata, proceſſus eſt nullus, ita Bald. *in l. iubemus. C.* [illegible] *iudic.* Hippol. *in ſua pract. crim. §. poſtquam, verſic. 34.* & in ſumma hoc vnum potiſſimum ad æqui bonique iudicis pertinet officium, veritatem modis omnib. vndecunque indagatam eruere, ad lucemque perducere (vt iam millies repetimus) ne anguſtia probationum aut negligentia iudicis, iuſtitia (quæ filia veritatis eſt) impie occultetur: talem igitur eſſe oportet iudicem, vt multis incommodis ægritudinibuſque veritas debilitata, tandem talis viri æquitate recreetur. Hinc iudicibus † nimirum leges præcipiunt, probationibus vt faueant, vtque
2 eæ minime reſtringantur, ſed vt ſaluæ ſint, totis curent neruis. *l. ne quid. §. de his. ff. de incend. ruin. naufr. l. curent. ff. de teſtib.* Bart. & cæteri *in l. ſi duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiurand.* vbi & fauore probationum concedunt admitti poſſe articulos parum adminiculantes. Aymon Crau. *in conſil. 203. lib. 1. num. vltim.* Hippol. *in l. 1. §. ſi quis vltro. 4. col. num. 9. ad ſi. ff. de quæſt.* Mater † enim eſt iuſtitiæ veritas, vt Bald. aſſeruit *in l. libertinis. ff. de ſtatu homin.* Corn.
3 *conſ. 288. lib. 3. num. 10.* Ioan. Neuizan. *in ſua ſylua nupt. li. 5. num. 113.* vbi [illegible] pluribus ſequentibus plura de veritate dicit, quæ hic non ab re referri poſſent, ſi modo transcribere velim ibi ſcripta, quod facere minime ſtatui. Plurima deinde ſeſe mihi offerebant dicenda circa veritatis encomia: quæ, cum ipſa ſibi plaudat, proprioque ſit contenta præconio, neque alterius theatri ſtrepitum requirat, tacenda duxi, & tranſire libet ad fidelitatem.

CAPVT LIII.

DE FIDELITATE AGIT, PER QVAM MEDVLLA arboris repræſentatur.

SVMMARIA.

1 *Fidelitas veritate coniuncta inuenitur ſemper.* 3 *Fides eſt duplex.*
2 *Fidelitas in quibus conſiſtat?*

PORRO fidelitas † medullam arboris, vt iam diximus repræſentat, quæ ſane veritati coniuncta inuenitur ſemper, vt ex eius alluſione inſpicere licet, ideo enim dicitur fides, q prius dictum fiat. Eſt quippe fundamentũ iuſtitiæ fides, id eſt, dictorum conuẽtorum conſtantia & veritas, teſtis eſt Cicero *officiorum 1. numer. 35.* Sed quid iudex pollicitus eſt, quidue iureiurando aſſeruit, quo tempore ad cingulum admiſſus eſt? nempe æquum eſſe in cauſis vtrique parti, & in publicis diſciplinis: nullique præterquam iuſtum eſt præſtaturum: ſed vniuerſa delicta, addit, exequar, & omnem æquitatem ſeruabo, prout mihi viſum fuerit iuſtum: & eos quidem q innoxij ſunt vndiq; innoxios illæſosque conſeruabo, noxijsque imponam ſupplicium, ſecundum legem & omnem iuſtitiam ſicuti iam dictum eſt, inquit Iuſtinianus *in authen. iuſiurandum, quod præſt. ab his prope finem collat. 2.* Idq; omnib. commune eſt iudicibus, quidquid Irnerius dixerit *in authent. hodie iurant. C. de iudic.* qui hoc in defenſoribus tantum ciuitatum concedit verum eſſe: alios vero iudices negat hoc ſacramentũ pręſtare eſſe obnoxios, ſed ſecũdum quod eis viſum fuerit iuſtius & melius. Quod ſane Accurſio non placuit. Quia omnis, etiam maior, tenetur leges ſequi in iudicando, vt *in dict. authent. iuſiuran. quod præſt. prope finem*, vnde Irnerius *in dict. auth.* hodie mutilata verba ſuppilauit. Iuſtinianus ſiquidem eo in loco non poſuit eam differentiam, quam ipſe inuexit. Nec id mirum, ſolet enim in tranſcribendis authenticorum textibus aliquando vel dormitaſſe, vel Punica religione teruaſſe fidem. Si igitur ea quæ iureiurando promiſit iudex violauerit, fideifragus non immerito appellabitur, quippe qui iuſiurandum violat, is fidem violat, quam in Capitolio Iouis Optimi Maximi (vt in Catonis oratione eſt) maiores noſtri eſſe voluerunt. Nullum enim vinculum (teſte Cicerone *officiorum 3. n. 151.*) ad aſtringendam fidem, iureiurando maiores arctius eſſe voluerunt. *Id, ait, indicant leges in 12. tabulis, indicant ſacrata, indicant fœdera, quibus etiã cum hoſte deuincitur fides, indicant notationes, animaduerſionesque cenſorum, qui nulla de re diligentius, quam de iureiurando iudicabant.* Demum eo ventum eſt, vt ſi in aliquo à legum præſcripto diſcrepet, infidelis dicatur, ſiue id conſulto, aut inconſulto fecerit: perditque muneris ſibi commiſſi effectum, vt nominetenus ei maneat iudicandi officium, fidelitate namque deficiente (quę mater eſt omnium virtutum, vt *in l. 9. tit. 21. par. 2.*) cæteræ neceſſario deficient virtutes. Denique † fidelitas in duob. pręcipue conſiſtit, nempe, vt Regi cuius vicem iudices in iudicando gerunt iuxta legem Regni *part. 3. tit.* 4. *l.* 3. damna vitari, & commoda ſibique vtilia totis viribus parare curent, vt *in l. 18. tit. 9. part. 2. & l. 4. tit. 15. lib. 2. ord.* vtque iuſſa Principis & leges, quarum ſibi commiſſa 2

eſt executio, ad vnguem obſeruare non negligant. §.*cumque.in proœmio Inſtit.ibi, Circa no-
ſtras iuſsiones fidem*, &c. Officium namque iudicis eſt, vt inquit text. *in c.iudicet*. 3. q. 8. vt ni-
hil ex arbitrio ſuo faciat, aut ex propoſito domeſticæ voluntatis, ſed iuxta leges & iura
pronunciet, ſtatutiſque iuribus obtemperet, neque propriæ voluntati indulgeat, quod
ſi neglexerit, nomen tantum habebit iudicis abſque effectu. Id quod Marcus Cicero *of-
ficiorum* 1 *n*.173. eleganter dixerat, proprium quippe eſſe munus magiſtratus aſſeruit, ſe
intelligere perſonam ciuitatis, deberéque eius dignitatem & decus ſuſtinere, ſeruare
leges, iura deſcribere, & fidei ſuæ commiſſa meminiſſe. A D V. Vtinam hæc ita fierent,
fidelitatémque ſuper omnia iudices amplexarentur, ſed quorſum modo fidem modo
fidelitatem appellas? R E L. Libenter inſinuabo. Eſt † quidem hoc nomen fides du-
3 plex & æquiuocum ad duas virtutes: alteram intellectualem, & alteram moralem. Si-
gnificat enim primo habitum & virtutem mentis, qua certo & conſtanter dictis cuiuſ-
piam adhæremus, quemadmodum Ariſt. *in Top. lib*. 4. *Fides*, inquit, *eſt opinio cum vehemen-
tia, id eſt, aſſenſus ſine haſitatione*. Et hæc in eo qui ad magiſtratum euocandus eſt, potiſſi-
mum exigitur. Significat 2. habitum voluntatis, qui & fidelitas appellatur, quo dicta &
promiſſa factis complemus, & certa facimus. Quam graphice deſcribit Cic. 1. *officiorum.
c.de iuſtitia*, *n*.35. dicens, *Fides eſt dictorum conuentorumque conſtantia & veritas*. Quam tanti
fecêre Romani, vt ſtatuam ei, Iouis optimi viciniam, in Capitolio ſtatuerent, quod ex
oratione Catonis refert Cicero *offic*.3.*n*.142. Cæterum vt hæc lucidius explicentur, illud
inprimis ſciendum eſt, duplicem eſſe id genus fidem, alteram quidem quæ verſatur cir-
ca debitum legale, quod eſt vere & iure debitum, quale eſt in commercijs & contracti-
bus ciuilibus, in quibus eſt ratio dati & accepti, verbi gratia, fides eſt emptorem ſtatuto
tempore promiſſum pretium ſoluere, & coniuges mutuas ſibi operas impendere, & ci-
ues Principi parere: ac denique Principem qui tributa populi recepit, ciues viciſſim ar-
mis tueri, ornare moribus, & legibus emendare, quod ſonat illud Euangelij, Quis pu-
tas eſt fidelis ſeruus & prudens, quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam, *Matth*.
24. Et huiuſmodi fides nulla ratione à iuſtitia ſeparatur, imo eſt ipſa iuſtitia, atque ideo
per omnes materias iuſtitiæ diffunditur, & de hac loquitur Cicero loco citato, vbi dicit
fidem fundamentum eſſe iuſtitiæ, vtpote quod omnis iuſtitia inde pendeat, ſi certum
quiſque faciat quod dicit. Alia verò eſt fides, ſeu fidelitas, quæ verſatur circa debitum
morale, quod non eſt abſolute debitum, ſed ad quandam naturalem pertinet honeſta-
tem, vt ſi quis quid ex liberalitate ſua & bonitate promiſit, fides eſt vt impleat, quod ſa-
piens admonet *Eccleſ*.5. *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis & ſtulta
promiſsio*. Et huiuſmodi fides non eſt proprie iuſtitia: nam vbi debitum fundatur in ſola
liberalitate, & bonitate promittentis non eſt vera ratio debiti, nec eſt proinde integra
ratio iuſtitiæ. Eſt tamen vt docet ſanctus Thom. 2.2.*q*.80. pars potentialis iuſtitiæ. Nam
partem potentialem cardinalis virtutis vocant Philoſophi illam virtutem, in qua non
eſt tota ratio talis virtutis cardinalis: ſed propter ſimilitudinem reducitur ad illam velut
liberalitas reducitur ad iuſtitiam, vt Dominicus Soto adnotauit *in ſuo, de ratione teg. n. &
detegen. ſecretum, libello, membro* 1. *verſ*.3. *notandum*. Sunt tamen quædam quæ ſeruanda non
ſunt, vt quæ ſunt ijs, quibus promiſeris inutilia Tull. *offic*.1.*n*.47. A D V. Veriſſima ſunt
omnia,

Digitized by Google

omnia, ſed fidelem virum quis inueniet? inquit Salomon *Prouerb.* 20. Quare de his hactenus. REL. Faciam lubens, neque in his amplius dimorabor. Quare tempus & ratio poſtulat, vt ad tertiam arboris medullam tranſeamus.

CAPVT LIV.

DE SECRETO, QVOD ARBORIS MEDVLLAM repræſentat, agit.

SVMMARIA.

1 *Secretum in iudice requiritur.*
2 *Secretum quotuplex ſit?*
3 *Secretum Romanorum commendatur.*

Diximus † ſecretum eſſe medullam arboris noſtræ neque immerito, nam ſicut medulla arboris naturalis recondita eſt:neque qualis ſit, intelligi poteſt, donec fructus 1
ab ea producantur: ita & veritas & fidelitas latet, donec fructus iuſtitiæ, quæ filia veritatis & fidelitatis eſt per ſententiæ prolationem edantur, vt *in l. Regni noſtri part.* 4. *tit.* 3. *libr.* 13. Cum enim iudici aliquod Regis committitur arcanum, illud cordi affigere tenetur. *l.*26. *tit.* 9. *part.* 2. *l.* 4. *tit.* 15. *lib.* 2. *ord.* ad idque ſecretum ſeruandum fides inclinat, vt Dominicus Soto adnotauit *in ſuo de ratione tegendi, vel deteg. ſecretum, libello, membro.* 1. *q.* 1. qua etiam fide aſtringitur, vt ſi quem viderit noxium, non ſtatim animum declaret, ſed in ſecreto habeat, donec ſententiam proferat. *l.* 13. *tit.* 4. *par.* 3. idque potiſſimum decet in conſiſtorio & ſenatu Principis, vbi totius regni maxima cura geritur. *l.* 5. *&* 18. *tit.* 9. *part.* 2. Nam ſi Stoicos imitantes, qui ſtudioſe exquirunt, vnde verba ſint ducta, nomen conſilij conſideremus, à *con* & *ſileo* dictum, nil aliud ex huiuſmodi etymologia deducemus, quam vt Principis in conſiſtorio & conuentu ſimul congregati ſilere teneantur, quæ ibidem propoſita fuerint, vt teſtimonio eſt Ægidius *de regimine Principum, lib.* 3. *part.* 2. *c.* 18. Nec immerito dixi medullam arboris noſtræ in veritate, fidelitate, & ſecreto conſiſtere, nam ſicut ſuperius probatum eſt veritatem, donec ſententia proferatur, eſſe tacendam, ita & fidelitas in tacendo conſiſtit, fidelis quippe (vt *Prouerb.* 11. ſcribitur, & *in c. vlt.* 5. *q.* 5.) is vere appellari poteſt, qui celat amici commiſſum, qui autem ambulat fraudulenter, reuelat arcana. Sed † tamen ne hîc allucineris, aduertendum eſt, vt ex Domi- 2
nico Soto accepi loco nuper citato, cum de fide ageremus. 2. *concluſ. quæſtionis primæ, membri.* 1. aliud eſſe ſecretum ſeruare, ad quod quiſque tenetur ex officio publico, aut legali debito, aliud vero ad quod quiſque ſolum ex honeſtate naturali obligatur. Primum quippe eſt officium fidei, quæ eſt pars ſubiectiua, & propria ſpecies iuſtitiæ. Secundum vero eſt officium fidei, quæ eſt pars potentialis iuſtitiæ. Exemplum primi: Senator, aut Canonicus, aut quicunque publica aſtringitur fide, virtute iuſtitiæ tenetur ſeruare ſecretum Papæ, quod iurat ſeruare, *cap. ego Epiſcopus. de iureiur.* quod ſi reuelat, committit iniuſtitiam & grauiorem ex genere ſuo, quam ſi non redderet mutuum aut furtum, ſed inter perſonas priuatas, qui data fide, recipit arcanum amici, tenetur illud abſcondere de iuſtitia. Quo fit, vt qui per iniuriam extorſit ab alio ſecretum ſuum, teneatur illud

Digitized by Google

ſeruare, ſicut fur tenetur ablata reſtituere, vt ſi quis alienas aperuit literas, præterquam quod grauiter peccauit, obnoxius eſt ſecreti ſeruandi, licet quandoq; venialem tantum incurrat culpam, vt eleganter docet Martin. ab Azpilcueta *in manuali confeſſorum, cap. 18. num. 54. & in cap. Sacerdos. de pœnit. diſt. 6. n. 6. & 16. & ſeq.* At vero quando quis iuſſu aut relatione tertiæ perſonæ ſecretum nouit, tunc non proprie de iuſtitia, ſed de honeſtate naturali tenetur illud ſeruare. Hæc ille. Et mortaliter peccaret reuelando, niſi via iuris, vt idem ipſe aſſerit. *2. q. 1. membri 4. concluſione, in fin.* Hæc inſuper arcana, ad quæ ex officio publico aſtringimur, reipublicæ ſtatum incolumem conſeruant, hæc vt libere iuſtitia
3 miniſtretur, hæc vt imperium augeatur, agunt. Nam † quid aliud quæſo Romanæ reipublicæ auxiſſe imperium effecit, quam fidelitas Conſiliariorum & Senatorum? Qui perinde cordi conſeruabant & ſilebant, quidquid in ſenatu proponebatur, atque ſi ea minime audiuiſſent, vnde Valerius *lib. 2. c. de inſtitutis antiquis*, eos cum valde encomijs efferret, *Quam fidum*, ait, *& altum erat ſecretum reipublicæ conſiſtorium, ſilentijque ſalubritate munitum: cuius limen intrantes, ita dilectionem publicam induebant, vt neminem vnum, ſed neminem audiſſe crederes, quod tam multorum auribus fuerat commiſſum.* Et parum ſupra, *Adeo*, inquir, *patriæ magna charitate tenebantur, vt arcana conſilia patrum conſcriptorum multis ſeculis nemo Senatorum enuntiauerit.* Verum enimuero non modo iudicum, ſed &, vt modo dixeram, priuatorum officium eſt, teſte Gregorio, non tantum oculos caſtos ſeruare, verum etiam linguam. *c. ex merito. 6. q. 1.* Eccleſiaſt. namque ſcribitur, c. 5. *Ne temere quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem: in multis enim ſermonibus ſtultitia inuenitur.* Plurima alia de arcanis traduntur per Andr. de Iſernia *in cap. 1. de feudis datis min. valuaſor. in vſibus feudorum, & in cap. vnico, quib. mod. feud. amitt.* per Greg. Lup. *in l. 5. & 8. titul. 9. part. 2.* quæ hic non refero: Vt interim omittam Alciati emblema vnum, quo docet, conſilia non eſſe vulganda, his carminibus:

Limine quod cæco obſcura & caligine monſtrum
Gnoſiacis clauſit Dædalus in latebris,
Depictum Romana phalanx in prælia geſtat,
Semiuiroque nitent ſigna ſuperba boue:
Noſque monent, debere ducum ſecreta latere
Conſilia, autori cognita techna nocet.

Ex quibus quam vtile quamque ſit neceſſarium reipublicæ ſecretum, facile cernere licet. Sed hæc hactenus.

CAPVT LV.

ARBORIS NOSTRAE RAMOS ESSE IVDICVM OFFICIArios inſinuat, iniuriamque eis factam iudici fieri.

SVMMARIA.

1 *Officiales iudicum ramis arboris adæquantur.*

2 *Officiales appellantur conſiliarij omneſque iudices.*

Officia-

3 Officialium factum iudici imputatur.
4 Officialium crimen extra officium iudici non imputatur.
5 Iniuria officiali facta, & ipſi iudici fieri cenſetur.
6 Iniuriam famulo factam, dominus an poſſit vindicare?
7 Iniuriarum actio ciuiliter aut criminaliter intentetur, quid interſit?
8 Iniuria clerico aut monacho facta, eccleſiæ an fieri cenſeatur.
9 Iniuria facta ijs qui poteſtati aut affectui noſtro ſubiecti ſunt, nobis fieri videtur.
10 Iniuria ſubditis facta, domino an fieri cenſeatur?
11 Iniuria vni ex collegio, aut vniuerſitate facta, & ipſi collegio & vniuerſitati facta videtur.
12 Iniuria cognato facta toti cognationi fieri intelligitur.
13 Iniuriam cognato meo factam, an proſequi poſſim, & an vſq; ad quartum gradum an vſque ad ſeptimum.
14 Iniuria iudicis cognato facta, impedit cognatos cæteros eſſe teſtes aut iudices.
15 Teſtis in cauſa criminali eſſe non poteſt conſanguineus.
16 Iudex in cauſa iniuriæ eius officiali illatæ ius dicere non poteſt.
17 Iudex in notorio crimine contra officialem patrato cognoſcit.
18 Iudex cognoſcit de iniuria ſibi, aut eius officiali illata in contemptu officij.

SExto arboris noſtræ ramos cenſui officialibus adæquari: nempe tabellioni, nuncio, 1
apparitori, executori, & ſimilibus: hi enim iudicum officiales appellantur, ex ſententia Lucæ de Penna *in l. omnes. 4. col. ad medium. C. de decur. li.* 10. Nam & ij brachijs aſſimulantur, ſine quibus nihil agere valemus, perindeq́ue iudex abſque officialibus, atq; arbor demptis ramis nequit procedere fructus, hoc eſt, iuſtitiam æque partibus miniſtrare. ADV. Nonne † & ipſi iudices officiales appellantur, etiam maiores, nempe Senato- 2
res, Regijq́; conſiliarij officiales ſunt, vt Bald. adnotauit *conſ. 378. cuius exordium, Saluo ſemper, li. 4. num. 2. &* 4. quorſum igitur quas modo arbores appellaſti, nunc ramos facis? REL. Haud ſane dubium eſt, magiſtratus etiam maiores appellari officiales Regis, cuius reſpectu rami nimirum dicuntur, quippe quibus iuſtitiæ exequutio & regimen reipublicæ per Principē exercetur. Sed de ijs modo officialibus noſtra ſe habet oratio, qui in iudicum & magiſtratuum quorumcunq; officijs militant. Cæterum cum ramis eos cōparari dixerim, examinandum nobis eſt, quo iure id comprobetur. Deinde quomodo ſuo ſint tempore putandi, reſecandi, purgandi, & inſerendi? & quis eorum debeat eſſe putator: quove pacto eius putandi, & inſerendi munus exercere teneatur.

Et † primum ex eo deducitur, quod officiariorum facinus pro facto iudicis reputa- 3
tur, quo fit vt ex omiſſione aut crimine ab ipſis patrato, iudex teneatur, ſi tamen in officio, vel ratione officij delinquant, partiq́ue læſæ ad intereſſe obnoxij fiant: vt Bart. cenſuit *in l. 1. §. familia, nu. 2. ff. de publ. & vect. & iterum in l. debet. ff. nautæ caup. ſtab. & in l. 1. §. ſeru. ff. de ſer. aduer. naut.* per text. vbi Bald. *in rubric. C. de pœna iudic. qui male iud. & in l. obſeruare. §. proficiſci. in princip. ff. de offic. proconſ.* id quod etiam deduxerunt ex text. *l. 1.* vbi rurſus Bart. *C. ad l. Iul. repet. & in l. nullus. C. de aſſeſſ. & in l. conſiliarios. eod. titul. & in l. 1. C. vt omn. tam ciuil. quam mil. iud.* gloſſ. *in authen. de iudic. §. hi qui. coll. 6.* Salic. *in l. fin. C. de his qui latr. occult.* Alb. *in rubric. ff. de ſtatu lib. & in l. Sticho. §. ſeruus teſtamento.* per text. ibi. *ff. eod.* Quæ tandem locum habent, quando iudex ipſe officiarios elegit, eſt enim

quod

quod ſibi imputetur, ſi improbos negligentes, aut ignaros ſelegit. l. licet. ff. nautæ caup. ſta-
bul. Flor. in l. ſi ſeruus. §. ſi fornicarius. ff. ad l. Aquil. Aug. in l. 1. C. ſi rector prouin. Iaſ. in l. age cũ Ge-
miniano ad med. C. de tranſ. & text. Regni noſtri in l. 1. & 4. correct. liberatur tamen iudex
exhibendo officiales, vt ibidem traditur, id quod longe ante communi Imperatorum
iure ſtatutum erat vt in l. nullus. in verbo, periculo, & in l. poſt depoſitam. C. de aſſeſſ. Alberico au-
thore in l. quanta audaciæ. ff de public. & in d. §. familiæ. vbi etiam Bart Satis erit tamen ſi iudi-
ci integrum non fuit familiam exhibere, ſecundum Amedium de Caſtello, de ſyndic. n.
199. Alias autem ſi exhibere poteſt, non liberatur etiãſi partem familiæ exhibuerit, totã
ſiquidẽ exhibere tenetur in ſyndicatu. Azo in ſumma. C. de aſſeſſor. l. ſi poſt. eod. tit. Bal. in l. ob-
4 ſeruare. §. proficiſci. in fi. ff. de officio Proconſ. Sed † quid ſi officiales extra officia delinquant,
vt in homicidio, & furto, & ſimilibus? nempe iudex pro eis reſpondere minime tenetur,
nec familiam exhibere, vt Bart. profitetur in l. 1. §. familiæ. ff. de public. Paris à Put. de ſyndic.
tit. de officio ſyndicatorum. §. an ſi poteſtas nu. 20. glo. ſing. in l. obſeruare. §. proficiſci. ibique Dynus,
ff. de officio Proconſ. idque plane inſinuat text. in cap. cum ad ſedem. vbi etiam glo. adnotauit
extra de teſt. ſpoliat. Bart. in l. debet. §. 1. ff. nautæ caup. ſtabul. Guill. in l. nulli. C. quor. app. non recip.
Bald. in l. 2. C. vbi de crimin. agi oport. Alberic in l. ſi quis forte. § ſi quos. ff. de pœn. Caſſeneus
in conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 7. n. 43. verſ. 6. concluſio. quo in loco copioſius cæteris eam ex-
cutit controuerſiã, nũquid officiales puniri poſſint, durante officio ab eo, cui ſubſũt. Ve-
rum interim illud prætereundum non eſt, quod non parum cõducit ad proximã quam
aſſeruimus ſententiam comprobandam: adeo enim officiales membra iudicum ſeu ra-
5 mi arboris noſtræ artificialis, eſſe cenſentur: vt † id perpetuum ſit, iniuriam perſonæ offi-
cialium ipſimet iudici proculdubio factam cenſeri, ipſique iniuriarum actionem com-
petere, ſi Guidoni Papæ credimus in 557. in princip. modo tunc fiat, cum adeſt in execu-
tione officij. ſecus ſi alias ei fieret iniuria officiũ nõ exeqenti arg. tex. in l. & ſi Prætor. ff. de
officio eius, cui man. eſt iur. cuius verba ſunt: Et ſi prætor ſit is, qui alienam iuriſdictionem exequi-
tur non tamen pro ſuo imperio agit, ſed pro eo, cuius mandato ius dicit, quoties partibus eius fungitur.
Hactenus Iulianus, cuius authoritate id aſſeruit Guid. Papæ vbi ſupra, Chaſſenæus in
conſuetud. Burg. rubr. 1. §. 7. num. 40. & 41. Mattheus Afflictus in conſtit. Regni Siciliæ, incip. ob-
ſeruent, & in conſtit. ſequenti eos tãtum. 3. lib. quibus in locis id nobis exponit, quo nam pacto
iniuria officiali facta ſit vindicanda & punienda? quoue ſit modo procedendum? Cæ-
terum quod modo dixeram iniuriam officiali munus non exequenti factam nihil ad
iudicem pertinere, ſane intelligi oportet modo in abſentia fiat, ſin vero in iudicis cõſpe-
ctu, ipſi iudici fieri cenſetur, Ioan. Platea in §. ſeruis. in fin. Inſtitut. de iniurijs, argum. l. fal-
ſus. alias Celſus. §. ſed ſi is qui. ff. de furtis. cuius plurima tradi poſſent exempla in ſimili ſpecie,
atque inter alia quædam non minus vtilia referam. Dominus ad accuſandam iniuriam
famulo mercenario in contumeliam domini factam admittitur, non alias, vt in §. ſed ſi
6 libero. ibi, niſi in contumeliam tuam pulſatus ſit, Inſtitut. de iniur. vbi, & Ioann. Fab. & Angel. l.
10. tit. 9. part. 7. & Ioann. de Platea in §. ſeruis. in fin. eod. tit. Bar. in l. 1. § vlt. in fin. ff. de iniur.
ex text. in l. item apud Labeonem. §. penul. & fin. ff. eo. vbi Bar. id concedit, ſi ciuiliter iniuriarum
actio proponatur: vt ea in ſpecie dominus agat, pro iniuria ſibi illata, duntaxat, quando
quidem ſua tunc interſit: criminaliter autem licet domino agere ſiue in contumeliam
domini

Digitized by Google

domini fiat, ſiue non, vt ibidem profitetur Bart. Angel. quoque *in d. §. ſeruis, in fin.* Inno-
cen. *in cap. contingit, num. 2. verſ. imo plus eſt, vbi & cæteri, de ſenten. excomm.* Sed † quid intereſt 7
inter hos duos agendi modos? nempe Abb. *in d. cap. contingit. 2. col. in gloſ. 1.* non modicum
autumat eſſe diſcrimen: quippe cum ciuiliter agitur, domino quæritur pecunia, quæ in
ſatisfactionē iniuriæ fuerit exacta, cum vero criminaliter, fiſco acquiritur, vt *in §. in ſum-
ma Inſtit. de iniur.*

Neque hinc † admodum diſſidet, quod de iniuria clerico, aut monacho facta dici ſo- 8
let, nam & ipſi eccleſiæ & monaſterio factam cenſeri atteſtantur omnes iuris Pontificij
interpretes *in d. c. contingit, poſt glo. ibi. de ſentent. excomm.* (iniuria enim eorum ad Chriſtum
pertinet, cuius legatione funguntur, vt *in canon. accuſatio, in fin. 2. quæſt. 7.* Abb. *in c. cum ſit
generale. 2. col. de foro compet.* nam Dominus ait per Prophetam Zachariæ, *2. c. Qui vos tangit,
me tangit, & tangit pupillam oculi mei,*) actionem autem tunc demum Epiſcopo, aut Ab-
bati competere, quoties in odium eccleſiæ, aut Epiſcopi clerico interrogata fuerit iniu-
ria, ſicut & in homine libero ſeruiente ſupra diximus, alias vero actio tantum criminalis
eis competit, vt memoriæ prodidere Innocen. & Anton. *in dict. cap. contingit, de ſentent.
excommun. & in cap. dilectis, de appellat.* Bart. *in dict. l. 1. §. vltim. ff. de iniur.* Alij tamen, vt re-
fert Innocen. *in dict. cap. contingit,* ibidemque Hoſtienſ. Abb. & Felin. poſt gloſ. primam,
profitentur verius eſſe, eccleſiam actione iniuriarum ciuiliter & criminaliter agere poſ-
ſe, quibus ipſe aſſentio, eo quod propter nimiam coniunctionem, quæ eſt inter cleri-
cum & Eccleſiam iniuria non poteſt fieri clerico, quin Eccleſiam tangere dicatur, vt *in
capit. contingit, ſupra non ſemel citato*, cum ſic ait: *Tamen iniurioſa videtur,* &c. Et iterum ibi,
Sine iniuria clericali, &c. quæ verba clare innuunt iniuriam inferri eccleſiæ, licet iniu-
rians in eius odium non faciat, quod in eo textu palam eſt, ad propriæ enim iniuriæ
ſatisfactionem feciſſe conſtat, ita eum expendit Abb. *col. 2. poſt medium:* aliumque ſimi-
lem adducit *in cap. 2. de pœn.* vbi Epiſcopus agit pro presbytero interfecto, pœnaque
æquis portionibus inter Epiſcopum & eccleſiam diſtribuitur: *alium in cap. cum deſideres.
in fin. & ibi quoque Panormit. extra de ſentent. excomm.* hoc etiam iure noſtro Regio proba-
tur per text. *in l. 10. titul. 9. part. 7.* Cæterum autem ad quem pertineat actio iniuriæ factæ
monacho, an ad Abbatem, an vero ad ſuperiorem: eſt videndus Feder. *conſ. 213. & 209.*
& Guid. Pap. *quæſt. 559.*

Huc quoque † ſpectat, quod ab Vlpiano eleganter memoriæ proditum eſt *in l. 1. §.* 9
item, aut per ſemetipſum. ff. de iniuriis, Spectat, inquit, *ad nos iniuria quæ ijs fit, qui poteſtati noſtræ, vel
affectui ſubiecti ſunt. Hi ſunt, liberi, ſerui, vxor, nurus, quibus ſi fiat iniuria ab eo, qui ſcit eos eſſe in
poteſtate, quamuis ignoret, in cuius ſint poteſtate, & ipſi fieri videtur, cui ſubiecti ſunt, ſecus ſi ignora-
bat eſſe ſubiectos,* vt *in l. 1. prope fin. ff. de iniur. & in §. ſeruis, Inſtitut. de iniur. l. eum qui nocentem.
§. ſi nupta. & §. vltim. & l. ſed ſi vnius. §. Prætor ait. ff. de iniur.* Ex quo Luc. de Pen. *in l. 1. 20. qu.
C. publicæ lætitiæ, lib. 12.* egregie dixerat, qui pacem fecit cum altero, promiſitque eum non
offendere, videtur pacem violaſſe, ſi vxorem, nurum, filium, aut alios offenderit, quo-
rum tanquam ſuorum iniuriam proſequi poſſet, idque multis rationibus comprobat.
Poteſt ergo pater, dominus, maritus, & ſocer iniuriam filij, ſerui, vxoris, aut nuri, eorum

nomine ciuiliter vel criminaliter proſequi: vt ex præcitatis iuribus & authoritatibus expenditur, proprio tamen nomine, non niſi ad eorum fiat contumeliam, ita Bart. *in dict. l. eum qui. §. 1. ff. de iniur.* Contrarium tamen tenet Aymon *conſil. 45. 1. parte numer. 1. ad fin.* quod indiſtincte agat. Iure tamen Regio nomine iniuriam paſſi videtur hos agere poſſe ciuiliter, proprio tamen nomine non, niſi in contumeliam eorum fiat, *l. 9. titul. 9. part. 7.* at hoc in ſeruo ſpecialiter diſponitur, in alijs vero indiſcriminatim, tam proprio, quam iniuriam paſſi nomine, cum criminaliter, tum etiam ciuiliter agere poterit, pater pro filio, maritus pro vxore, & cæteri præter dominum, vt ibi probatur, & *in l. 2. in fi. titul. 1. part. 7.* Quid autem hodie fieri hac in ſpecie poſſit ſtante l. 55. Tauri. qua nepos non poteſt eſſe in poteſtate aui, videtur non poſſe auum pro nepote, nec ſocrum pro nuru agere: cum non ſint in poteſtate, patriæ autem poteſtatis ratione id iure antiquo permittebatur, quod Gregorio Lupi placet *in d. l. 9. titul. 9. part. 7. in verbo, Por ſu nuera.* Sed iudicio meo nil eſt quod obſtet auo agere pro iniuria nepoti facta, non enim ratione patriæ duntaxat poteſtatis id permittebatur per leges antiquas, ſed propter affectum, qui hodie durat, licet à patria exeat poteſtate, qui vxorem duxit, vt *in l. 1. §. omnem. ff. de iniurijs, in verb. ſpectat, ibi, vel affectui.*

10 His etiam † accedit, quod Innocen. IV. in Concilio Lugdunenſi contra Federicum Imperatorem decreuit ipſum Imperio & Regno Siciliæ priuando, quod plurima crimina patrarat: inter alia hoc etiam obijciens *in c. ad Apoſtolicæ, de re iudic. lib. 6.* ſic ait: *ac Romanam Eccleſiam, cuius ſunt homines principaliter & vaſalli, offendere multipliciter, & hoſtiliter impugnare compellit.* Ex quibus facile expenditur, iniuriam fieri domino, vaſallo eius illatam: quam proſequi criminaliter poteſt, ciuiliter autem ad commodum iniuriati, proprio autem nomine non, niſi in eius contumeliam fiat, ex Bart. & Alexand. doctrina *in d. l. in §. vltim. ff. de iniur.* gloſſ. vlt. *in cap. authoritate, de priuileg. libr. 6.* Rota *in nouis deciſ. 388. & ſequent.* rubric. *de iud.* Specul. *titul. de iniur. in princ. num. 5.* Ioann. Fab. *in §. ſed ſi numer. 2. Inſtit. de iniur.* Decius *in cap. dilectis, numer. 4. de appella. l. Regni noſtri 10. titul. 9. part. 7.* tumque in eius contumeliam fieri dicetur, cum alias non fuiſſet facturus, vt per Ioann. Plateam *in §. ſeruis, in fin. Inſtitut. de iniur.* item ex grauamine vaſallo illato in bonis grauatur dominus, cuius intereſt ſubditos habere locupletes, vt *in authen. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §. cogitatio. coll. 2. notat. in c. vlt. de dilatio.* & ſi forte vtilitas domini impeditur, ſiue in ſeruitio Reali, ſiue in perſonali, poteſt dominus agere contra moleſtantes ſaltem de dolo, cum alia actio deficit. *l. de iure in princ. ff. ad munic.* Cardin. *in Clem. 1. 2. queſt. num. 4. de reliquijs & vener. ſanct.* Demum Innocen. qui hac in re cæteris elegantius loquitur, *in cap. dilectis filijs, de appell.* diſtinguit hanc controuerſiam dicens, ſi per furtum vaſallo fuit ſubſtracta res, non competit domino furti actio, ſin autem per violentiam, cui ipſi vaſalli non poſſent reſiſtere, domino proculdubio competit, cui ſubſcripſit Roder. Suarez *in alleg. 26. verſi. tertio dato, &c.*

11 Ex eadem † radice procedit quod iniuria ciui, aut cuidam de collegio facta, ipſi collegio, aut ciuitati facta cenſetur. *l. decuriones. C. de queſt.* Iac. Bello. *in ſua practica iudic. 3. char. 1. col.* Hippol. *conſ. 115. numer. 14.* Roder. Suarez *in allegat. 26. verſ. 3.* quo fit, vt ipſi vniuerſitati competat criminalis actio, ſiue in eius contumeliam & contemptum facta

fuerit

fuerit particulari, ſiue non fuerit iniuria, ex Bart. doctrina *in d.l.1. in fin. ff. de iniur.* Ciuilis etiam ad æſtimationem contumeliæ, ſi in ciuitatis, aut collegij contumeliam facta eſſe probetur, non alias. Ita Bart. ibidem Oldrad. *conſil. 66. An ex delicto.* Guido Papæ, *queſtion.* 464. Aymon Crauet. *conſ. 45. num. 1.* idque ea potiſſimum ratione fulcitur, quod vniuerſitas domino comparatur, vt Oldrad. & Guid. Papæ *in locis ſupra citatis* conſuluerunt per text. *in l. de iure. ff. ad municip. & l. generaliter. C. de decur.* quid? imo patri, ſi Bald. credimus *conſil. 283. Viſa inquiſitione contra commune lib. 1. num. 3.* vbi ſicut patri bannitum filium recepranti parcitur, ita & vniuerſitati: *arg. l. vlt. ff. de receptat.*

Eiuſdem † monetæ eſt, quod iniuria vni de cognatione facta omnibus eiuſdem cognationis facta eſſe videtur, gloſſ. Bartol. & cæteri interpretes *in l. lege Cornelia. ff. de iniu.* Ioann. Faber *in §. ſed ſi Inſtit. eod. libr.* Alberic. *in l. 1. numer. 7. Cod. vnde vi, & in rubr. Cod. de ſenatuſconſult. Claud. num. 1. per text. in l. 1. in fin. & l. ſeq. ff. de liber. cauſ. & in §. ſancimus. in authent. de inceſtis nuptijs, coll. 2.* ibi, Nocuerit autem & generi. *l. non tantum. ff. de appell.* Bartol. *in l. cum ſcimus. C. de agricol. & cenſi. libr. 11. num. 4.* Alexand. *conſil. 24. Animaduerſis bis. num. 19. libr. 2. & in conſil. 3. libr. 7. num. 8.* Hippol. *conſil. 68. num. 4. libr. 1.* Decius *conſ. 686. num. 17.* Iaſon *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. column. 9. verſic. 5. adde. ff. de nou. oper. nunc.* Aymon Crauet. *conſ. 119. num. 1. lib. 1. l. Regni noſtri. 2. tit. 1. p. 7. ad finem lib. 6. tit. lib. 4. fori.* ibi, *Por coſa que el hizieſſe, o a otro de ſu parte.* 12

Illud † tamen hac in re quod maiorem habet dubitationem, erit inueſtigandum, num conſanguineo competat iniuriarum actio ex iniuria alicui ex cognatione ſua illata, & Bartol. iuris ciuilis lucerna *in l. lex Cornelia. non ſemel citata, in princip. prope finem. ff. de iniur.* cenſuit, ciuilem non competere, vt quæ non alij, quam ei, cuius poteſtati iniuriam paſſus ſubijcitur, competat, vt *in l. 1. in fin. eiuſdem tituli:* criminalem vero ei competere, quamuis priuatum ſit crimen, quæ Bartoli ſententia iure noſtro Regio probatur *in l. 2. ad fin. titul. 1. part. 7. iuncta l. 9. titul. 9. eiuſdem libri.* nam prædicta l. 2. accuſationem permittit criminalem ob iniuriam conſanguineo in quarto exiſtenti gradu illatam, lex autem 9. ciuilem ei tantum competere ſtatuit, in cuius poteſtate eſt is, qui iniuriam paſſus eſt: & ſi quis dixerit iure communi vſque ad ſeptimum gradum poſſe cognatum cognati iniuriam proſequi, iuxta gloſſ. ſingul. *in l. ſi fœminæ. in gloſſ. 1. quam ibi Angel. dicit non eſſe alibi. C. ad Turpil.* Quare ad legem partitæ, quæ vſque ad 4. permittit ius commune videri corrigere, reſponderi poterit, quod computatio graduum, de qua in l. Partitæ, fieri debet ſecundum ius Pontificium, vt ibidem profitetur Greg. Lup. nempe *in l. 2. in gl. pen. tit. 1. p. 7.* & rurſus *in l. 11. tit. 16. p. 3.* At tunc cognato meo iniuria fieri dicetur, vt ei actio criminalis competat, quoties mihi ea inferatur iniuria, quæ in ſuggillationẽ generis redundet, veluti ſi me ex infamato eſſe dixit genere, qua in ſpecie ſingulis de genere nimirum iniuria facta videtur, & idem prorſus ſi fieret in vituperium & contumeliam alterius cognati, vt Ioan. Fab. adnotauit *in §. ſed ſi. in fin. Inſtit. de iniurijs.* 13

Cæterum † quamuis quo ad ciuilem actionem iniuria alteri ex agnatis facta, toti agnationi illata non cenſetur, tamẽ agnatio tota iniuriam quoquomodo paſſa videtur, ita vt nullus eiuſdem agnationis poſſit in cauſa huiuſce criminis eſſe iudex, aut teſtis, vt *in l. lex Cornelia.* vbi gloſſ. & Bart. *ff. de iniur. cum concor. ſupra n. ab hinc. 3. citatis.* Hipp. *conſ. 31. n. 16.* Iaſ. 14

in l. ſi ita ſtipulatus. §. *Chryſogonus, num. 16. & 62. ff. de verb. oblig.* Cyn. Bald. Ang. & Salic. *in*
l. vnic. C. de raptu virg. vbi inquit, quod iniuria vni de domo facta toti intelligitur fieri ca-
ſatæ, vt eorum verbis vtar. Ideo nullus eiuſdem domus poterit teſtificari, Felinus *in cap.*
literas, num. 8. de præſumpt. Decius *conſ. 133. lib. 1. num.* 4. vbi hæc ita ſcripſit, videlicet: *Tertio*
conſiderandum eſt, quod ſi matrimonium non haberet locum, Magdalena maxima iniuria afficere-
tur, cum fuerit carnaliter cognita per dictum Ser. Ioannem Baptiſtam, & talis iniuria cederet in ma-
gnum dedecus totius domus & familiæ: & tali caſu non poteſt coniunctus pro coniuncto teſtificari,
quia eſſet teſtis in cauſa propria, cum iniuria facta vni, omnibus facta videatur. Hæc ille. Idem te-
nuit Ant. de Butrio & Fel. *num. 3. verſ. fallit 3. in c. cum oporteat, extra de accuſ.* Salic. *in l. pa-*
rentes. C. de teſtib. Socin. *conſil. 17. num. 9. libr. 1.* Fel. *in cap. literas, num. 8. de præſumpt.* Thomas
Gramm. *conſ. 12. num. 27.* & rurſus *conſil. 45. num. 3. & 4.* quod etiam repetit *conſil. 58. num.*
15 *6. & 7.* Quibus † in locis hac de cauſa teſtes conſanguineos eo minus admitti aſſerit in
cauſa criminali iuxta text. ibique frequentiorem ſcribentium ſcholam *in l. parentes, & in*
l. eos. C. de teſtib. & in l. teſtis idoneus. ff. de teſtib. cap. cum oporteat, de accuſ. cum concordantijs ibi ci-
tatis. Nam ſi iuſtitia exequitur contra meum conſanguineum, mihi iniuria totique ge-
neri facta videtur, vt quæ in vilipendiũ & dedecus totius cedat agnationis, vt per ipſum
16 Thomam expenditur *d. conſ. 12. num. 26. ad fin.* Sed † vt principale noſtrum propoſitum
proſequamur, nemini mirum videbitur, quando in caſibus prædictis idem ſtatutum
eſt, quod iniuria officiali facta iudici facta cenſeatur, vſque adeo vt in ea cauſa teſtis
idoneus, nec iudex facilè eſſe poſſit: ne in cauſa propria teſtimonium iudiciũmve ferre
dicatur: vt *in l. vn. C. ne quis in cauſa ſua iudicet.* Item quia offendens officialem, fit inimicus
iudicis, màxime ſi in eius contumeliam iniuria illata fuit. At inimicus, iudex eſſe non de-
bet, *l. apertiſſimi. C. de iud. l. ſi pariter. ff. de liber. cauſa. l. ſciendum.* §. *2. ff. de legat. auth. de teſtib.* §.
ſi vero odioſus. Præterea cum iudex partes accuſatoris vel denuntiatoris aſſumat, iudican-
di nimirum poteſtatem amittit: non enim apud eundem & iudicandi poteſtas, & accu-
ſandi eſſe conuenit, vt *in l. nemo. C. de aſſeſſ. c. qualiter & quando. 2. verſ. non tanquam, extra de*
accuſ. l. 2. titul. 1. part. 7. Tenetur igitur iudex officialis iniuriam, vt ſibi factam, ſuperiori
nuntiare, vt puniat, *auth. de defen. ciuit.* §. *ſi vero egerint:* Verum hac in ſpecie non inhibe-
tur iudici reum delinquentem carceri obtrudere, aut alias ſub fida ponere cuſtodia, vt
Principi vel ſucceſſori reſeruetur, *arg. l. Senatuſconſul. ff. de offic. præſid. & l. capite quinto, & l.*
ſi adulterium cum inceſtu. §. *vltim. ff. de adult.* hæc Alber. adnotauit *in d. l. vn. num. 5. C. ne quis in*
ſua cauſa iud.

17 Cæterum † duobus caſibus licebit iudici iniuriam officiali factam vindicare. Primò
ſi crimen eſt notorium, quippe quod accuſatione, ſeu inquiſitione non egeat, vt *in l. ea*
quidem. C. de accuſ. ſed ſola pœna, vt ibi. Item in notorijs criminibus executoris potius
nomen habet, quam iudicis cognitoris, non enim in eis ordo eſt iudiciarius ſeruandus,
c. ad noſtram. de iureiurand. nec hoc caſu poterit vt ſuſpectus recuſari, cum ſit quaſi merus
executor, à quo non appellatur, *l. ab executore. C. quorum appell. non recip.* Atqui recuſatio
18 eſt appellationis ſpecies, *l. non diſtinguemus.* §. *cum quidam. ff. de arbitr.* Secundo † etiam, ſi
notorium crimen non fuerit, adhuc de eo cognoſcet, ſi tamen iniuria dignitatem, aut
officium offenderit, *l. congruit, & l. ſenatus. ff. de offic. præſid.* Iniuriam quippe dignitatis

poteſt

poteſt vlciſci, *l.3.§. in bello. ff. de re militar. l. iniuriarum. §.1. ff. de iniur. l. continent. ff. quod metus cauſa. §. feſtinabit. in auth. de mandat. princ.* quibus iuribus cauetur, iudicem iuriſdictionem ſuam debere tueri, neque pati ſe contemni. Facit etiam text. vbi gloſſ. & Archid. *in cap. ſi quis erga 2. q. 7. c. Guiſilarius. 23. q. 4.* Quam ſane regulam cum prædictis limitationibus diſputando tradidit Iacob. de Arer. retulit eique ſubſcripſit Cyn. *in l. vn. C. ne quis in ſua cauſ. iudic.* ibique Alb. *num. 4. & 5.* Bald. & Salic. *num. 2. & 3.* & Paulus Caſtrenſ. *numer. 3.* Bart. *in l. ſi quis. §. ſi quos, ad fi. ff. de pœn.* ibique Alber. repetit *numer. 2.* Innoc. *in cap. ex parte, num. 1. & 2, extra de verb. ſignif.*

CAPVT LVI.

ARBORIS NOSTRAE RAMI, QVO SINT TEMPORE PVtandi, reſecandi, aut inſerendi, quiſve ſit eorum putator, docet.

SVMMARIA.

1 *Iudices an punire poſſint officiarios ſuos?*
2 *Appellare non licet à ſententia contra officiales lata.*
3 *Officialem extra officium delinquentem iudex an punire poſſit.*
4 *Iudex durante officiô quibus poſſit caſibus cõueniri? remiſſiue.*
5 *Officiales ſunt à iudicibus honorandi.*
6 *Officiales diuites eſſe, & non paſſim mutari reipub. expedit.*
7 *Officiales de bene geſtis, laudandi ſunt.*
8 *Rami arboris noſtræ quando ſunt putandi aut reſecandi?*
9 *Officiales non ſunt inhonorandi.*
10 *Accuſationes non facile ſunt admittendæ contra approbatos viros.*
11 *Actio doli contra quos non competat.*
12 *Iudicibus ſi iniuria fieri permittatur neruus frangitur iuſtitiæ.*
13 *Errata quædam in iudicibus toleranda.*
14 *Leges ſicut facile mutare non decet, ita nec magiſtratus.*
15 *Eligens indignum quando ad reſtitutionem teneatur.*
16 *Viſitatoris officium.*
17 *Surculi ex pretioſioribus ſunt arboribus ad inſerendum apti.*
18 *Relatores ſurculis adæquãtur ad inſeredũ aptis*

CÆterum viſo iam quo pacto officiales ramis arboris comparentur, reliquum eſt, vt ad ſecundæ quæſtionis examinationem perueniamus, qua polliciti ſumus exponere, quo ſint tempore putandi rami, reſecandi, purgandi, aut inſerendi? quiſve eorũ ſit putator, quòve modo putandi, aut inſerendi munus exerceatur? & in primis putatorem facimus ipſummet Principem, ſeu eius nomine ſummo præfectum ſenatui, eosve quibus viſitandi & corrigendi munus ab eis committitur: quos viſitatores aut minorũ iudicum legiſtas, ſeu ſupputatores, aut, vt verbô vtar noſtratum, ſyndicatores appellamus, *l. vnic. C. vt omnes tam ciu. quam milit. iud.* Quinimo † & ipſimet iudices punire poſſunt officiales, qui eis ſubſunt quique in eorum militant officio, eo nõdum finito, ſi tamen in ipſo deliquerint officio: idq; non tantum ad petitionem partis, verumetiam ex

officio ipſiuſmet iudicis, vt *in l. ſi quis forte.* §. *ſi quos*, vbi Bart. & Alberic. *ff. de pœn. in cap.*
nulli. 2. q. 6. in l. 2. C. de offic. mag. militum, in auth. de mand. Princ. §. *deinde competens, ibi: Quod ſi*
delinquens, coll. 3. quibus ſuffragatur, quod & Imperator ait *in l. omnes. C. de officio rect. pro-*
uin. iubet enim, apparitores verberibus cædi ab ipſiſmet iudicibus, quibus ſubſunt pro-
pter eorum inſolentiam, aut inobedientiam, quo in loco Alber. alios citat in eam rem
conſimiles textus, *in l. videlicet. 1.* §. *ſi quis ius dic. non obtemp. & in l. 2. C. de ſportul.* quæ tamen
iura generaliter loquuntur non contra officiales tantum, text. autem eſt expreſſior *in*
auth. de quæſtore. §. *maxime, coll. 6.* ibi: *Et ſi tale ſuper miniſtris peccatum inuenerit, hoc punire, & ex*
ipſis prius oſtendere ſuam firmitatem ſimul & caſtitatem, quibus legibus & ratione ſuffulti, ita
atteſtatur Specul. *titul. de competentis iudicis additione.* §. *ſequitur, num. 2.* Ang. Salic. Alex. &
Iaſ. *in l. qui iuriſdictioni*, ibi etiam Fran. Curtius *in ſcholijs ad Alex. ff. de iuriſdictione omn. iud.*
Petr. Anchar. *in cap. Romana.* §. *contrahentes. de foro comp. in 6.* Robertus Marant. *in ſpeculo*
aureo aduoc. part. 6. num. 760. & iterum num. 182. facit etiam text. *in l. nulli. C. quor. appell. non*
2 *recip.* Vbi † Imperator addit à tali ſententia non poſſe officialem appellare, ibiq; Bart.
hoc expendit, & Ang. Socin. *in regula appellatio*, Iaſ. *in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iud.*
Lanfrancus *in cap. quoniam contra. in parte interloquutoria, verſ. 18. de prob.* Ioann. Platea *in*
l. nemo carcerem. C. de exact. trib. libr. 10. Hippol. *in l. vn. C. de raptu virgin. numer. 139.* Pu-
teus *de ſynd. in verbo, appellatio.* Petr. Nun. *in cap. 2. correctorum, numer. 10. ad fin. & num. 13.*
verſicul. nec ab huiuſmodi, Specul. *in titul. de appellat.* §. *in quibus, verſic. 3.* Rober. Maran. in
ſpeculo. *6. part. 2. actu principali, num. 299.* præſumitur enim ex quo ſuus erat, quod
eum iuſte condemnauerit, vt ibi per eum, eſtque ad id text. Regni noſtri *in pragmat. fol.*
40. & 41. antiquioris typ. l. 45. §. *1. & 4.* alias eſt lex 46. vbi, in condemnationibus offi-
cialium iudex procedit ſummariè ſola veritate inſpecta. Sin † vero crimen extra offi-
3 cium fuerit contractum tunc demum cognoſcit iudex, cui officialis ſubeſt, ſi fuerit no-
torium, vt Bartol. cenſuit *in l. ſi quis forte.* §. *1. ff. de pœn.* Ant. Butr. *in cap. ex parte decani. 4.*
col. de reſcript. quod limitat Panormit. *in cap. propoſuit. in fin. de appellat.* quando pœna eſt
iure definita, ſecus ſi arbitraria: ea ſiquidem in ſpecie iudex de eius officialis notorio
crimine non cognoſcet, ſed ad ſuperiorem remittere tenetur, cui acquieſcit Curtius *in*
addit. ad Alexan. & Iaſ. *in d. l. qui iuriſdictioni.* Contrariam ſententiam, imo quod indiſ-
criminatim non poſſit iudex punire officiales ſuos adſeuerauit Azo *in ſumma, C. de officio*
præf. Auguſt. per text. *in l. 2. eiuſdem tituli*, & gloſſ. *in l. illicitas.* §. *qui vniuerſas. ff. de officio præſ.*
Alber. *in l. ſi quos, num. 4. C. de offic. præfect. prætor. Orien. vel Illyrici*, dicit hanc eſſe æquio-
rem ſententiam, refert tamen quoſdam diſtinguere, ſitne crimen in officio aut extra
commiſſum, vt primo caſu cognoſcat, ſecundo vero non. Cui refragatur text. *in auth. de*
mand. Princ §. *deinde competens, coll. 3. & in l. vnic. C. vt omn. tam ciuil. quam mil. iud.* tandem
ipſe Alber. concludit ſe in facto vidiſſe iudicem indiſtincte punire officiarios eius de-
linquentes: verum ſi colluſio interceſſerit, poſſe iterum de cauſa cognoſci per ſucceſ-
ſorem iudicem (ſic appellant) reſidentiæ, ſeu viſitatorem, vt vbi per eum. Quibus mi-
nime oberit text. *in l. 2. C. de offic. præfect. Auguſt.* quippe quæ præfectum prohibet Augu-
ſtalem aliorum minorum iudicum cauſas diffinitiue decidere, ſed maiori iudici præ-
cipit remittere poſt cauſæ cognitionem ab eo factam. Et hoc nimirum ſi in eo iudice
ſtatua-

ſtatuatur, vt qui ſpectabilis ſit tantum: Nam ſi illuſtris fuerit, aut alius ſuperior, certè non prohiberetur officiales ſuos durante officio punire, priuare, & ab officio remouere, ex ſententia Iacob. Bellouiſu *in ſua iudiciaria practica titulo de fuga reorum, numer.* 90. Ex quo (vt forenſi praxi receptum eſt) Regij ſenatus iudices, auditores videlicet, & criminalium prætores, officiales ſuos ob crimen in officio contractum remouent, aliterque atque aliter pro modo culpæ corripiunt. Quinimo etiam ſi extra officium delinquant ab eis puniri poſſe palam eſt. Cæterum ſi ab alijs iudicibus de tali cognoſcatur crimine fori præſcriptionem non vidi admitti: quamuis fortè æquum eſſet admitti, eorum maxime officialium, quorum numerus taxatus foret, ij etenim eo gaudent priuilegio, ne apud alium ciuiliter aut criminaliter conueniri poſſint, quam apud eum (ſub quo militant) iudicem, vt *in l. eos. quæ eſt vltima. C. de apparit. mag. mil.* niſi tamen text. illum in eis tantum officialibus intelligamus, qui ſub magiſtro ſunt militum, quibus hæc, & alia plurima conceduntur priuilegia, vt ex alijs eiuſdem tituli legibus cernere licet: neq; id officialium tantum numero tribuatur, prout perperam tribuit Chaſſaneus *in conſuetudinib. Burgundiæ, rubric.* 1. §. 7. *num.* 37. Præterea id forenſi ſtylo admiſſum eſt, quemlibet iudicem etiam durante officio coram iudicibus fori Regij conueniri poſſe, cum ciuiliter, tum etiam criminaliter, modo cauſa non ſit de his quæ ad reſidentiam pertinent, vt de malè geſtis in officio, vel prætextu officij: nempe in ſententijs inique latis, aut repetundis, aut, vt cum vulgo loquar, Barratarijs. Ea ſiquidem ad cognitionem ſucceſſoris, aut vt noſtri dicunt, ſyndicatoris ſpectant, vt Guillelm. adnotauit *in l. nulli. C. quorum app. non recip. ex l.* 3. §. *pen. ff. nauta caup. ſtabul.* Bald. *de ſyndicatu officialium numer.* 22. *&* 23. ADVOC. Quo tempore putandi ſunt? REL. Temporales finito officio, perpetui quandocunque, vt *in l. vnica. C. vt omn. tam ciuil. quam mil. iud. in princ.* ibi, *Poſtquam ſibi ſucceſſum fuerit, & in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffrag.* §. *ſi quis autem. &* §. *neceſſitate, &* §. *illud.* Caſus † tamen quibus iure ciuili magiſtratus conueniri poſſunt durante officio congeſſit Amedeus de Caſtello *in tract. ſyndicatus, numer.* 42. & deinceps: aliquos 4
etiam Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.* 1. §. 7. *nu.* 35. *& ſeq.* qui tamen confuſe nimis, more ſolito, procedit Gregor. Lup. *in l.* 2. *titul.* 1. *de accuſat. in verb. Alcalde, par.* 7. ADV. Quomodo autem putator officium exequi tenetur? REL. hoc ex prudentia potius iudicis ſucceſſoris, aut viſitatoris pendere, quam eius rei certam poſſe tradi regulam conſtat, quandoquidem iuxta morum indigentiam aliud modo, ac modo aliud facere teneatur. Nempe † officiales rectè honeſteque munera exercentes, à iudicib. ſunt honorandi ipſi vero in licitis honeſtiſque obtemperare tenetur, arg. text. *in l. medicus. ff. de* 5
op. libert. optimus text. *in* §. *deinde competens, in auth. de mand. princ. coll.* 3. ibi, *Pro veritate autem tua præſint voluntati. &* §. *feſtinabis, in fin.* Amed. de Caſtel. *de ſyndic. numer.* 205. *in fin.* neque vero ſolum vt obtemperent, obediantque magiſtratibus: ſed etiam vt eos colant, diligantque admonet Tullius 3. *de legib.* Præmiandique ſunt de publico, vt inquit Amed. *vbi ſupra* Expedit † enim reipublicæ officiales diuites eſſe, & non paſſim mutari, 6
ne eis expulſis alij denuo admittantur tenues, pauperesve, qui, vt non ſemel accidit, reipublicæ iactura locupletentur, id quod Tiberius Cæſar cuidam reſpondiſſe fertur, muta-

Digitized by Google

mutationem officialium ei ſuadẽti. Vidi, inquit, ægrotum inculpaſſe eius filiam muſcas
vulneribus inſidentes fugantem, quoniam venturæ ſunt ſitibundæ, vt ſugant: iſtæ tan-
tum, quia plenæ ſunt, locum occupant. Memini Diodorum Siculum *lib.1.* dixiſſe ſapien-
tiſſimos Principes, quos inuenerunt officiarios non mutaſſe, ſed eis ſtipendia auxiſſe, ob
idque quietè regnaſſe: hæc & plurima in propoſito coaceruauit Guill. Bened. *in repet. c.*
7 *Raynuntius. in verbo, Duas habens filias, n.40. & deinceps, extra de teſtam.* Quin † non tantum
præmia ſunt bonis concedenda iudicibus, cupiendumque vt locupletentur, vt *in l. regni*
noſtri 2. tit.1. part.3. ibi; *Caſi ſon buenos por ella, ſe hazẽ meiores, recibiendo galar dones por los bienes*
que hizierõ; verum etiam de bene geſtis laudandi ſunt. Putator igitur animaduertere te-
netur, vt quos inuenerit recte eorum munera geſſiſſe, publice commendet, vt Impera-
tor conſuluit *in l. iuſtiſſimos. C. de offic. rect. prouinc. & in l. vlt. C. de numer. lib.12.* bonus text. *in l.*
Diuus Adrianus. ff. de cuſtod. reorum. cuius verba ſunt: *& ſi diligenter ac fideliter hoc fecerit, collau-*
dandum eum. text. regni noſtri *in l.6. tit.27. part.2.* cum ſic ait: *La ſegunda, agradeciendoles de*
palabra el ſeruicio que por ellos recibio: y eſtas ſon coſas que es fuerçan, y alegran los coraçones nobles
para hazerlo toda via meior. Quod & Dauidis fulcitur teſtimonio, Pſalmo 32. dicentis, *Re-*
ctos decet collaudatio. Ingenia enim (teſte Seneca *declamationum libr.10.*) fauor hominum
oſtendit, fauor alit. Quandoquidem ex huiuſmodi laude ſtudioſi iudices & officiales
diſponuntur amplius ad virtutem: nam ſicut ignis aura flante magis igneſcit, ita bonæ
mentis ſtudia commendatione proficiunt, teſtis eſt Gregor. *in regiſtro lib.6. c.109.* & Caſ-
ſiodorus 1. *variarum epiſtol.13. Si equorum curſus,* inquit, *hominum clamoribus incitatur, & inſo-*
nantium manibus agitur, vt à mutis animalibus velocitas appetatur, quanto magis homines inde ſti-
8 *mulari poſſe credimus, quos ad laudis auiditatem natos ſingulariter inuenimus?* Sin † autem arbo-
rem viderit ramis abundare, eos intercipere & reſecare tenetur, vbi enim eſt multitudo
ibi & confuſio, *auth. de referenda. in princ.* vbi Iuſtinianus referendariorum numerum ad
octo tantum reducit. At ſi alios aridos viderit, eos imputabit, ne ſint impedimento, vt
boni coaleſcere & pullulare poſſint, *arg. text. in d. l. iuſtiſſimos. C. de offic. rect. prouinc.* cuius
hæc ſunt verba: *Iuſtiſſimos & vigilantiſſimos iudices publicis acclamationibus collaudandi damus*
omnibus poteſtatem, vt honoris eius auctiores proferamus proceſſus: & è contrario iniuſtos & malefi-
cos querelarum vocibus accuſandi, vt cenſuræ noſtræ vigor eos abſumat. Eodem tendit etiam text.
in auth. de mand. Princ. §. deinde. verſ. feſtinabis. cum ſic ait: Talem te præbebis omnibus, &
publice & priuatim, vt terribilis quidem ſis indeuotis & delinquentibus circa fiſcalia:
manſuetiſſimus autem & mitis omnibus placidis & deuotis, paternamque eis exhibens
prouidentiam. Inſuper aduertendum eſt, quod ſicut arbores naturales, de quorum fru-
ctibus homines aluntur, non debent euelli omnino, ſeu ex ſtirpe excîdi odio, aut ami-
citia alicuius *l.3. tit.11. part.2.* ſed ſi male radicatæ arboris ruina damnum domui aut fun-
do imminuerit alieno, iudex etiam inuito domino arboris euellere iubebit *l. 1. ff. de arb.*
cæd. l.12. tit.32. part.3. ita, cum ex noſtræ arboris fructibus, hoc eſt, iuſtitia, reſpublica gu-
bernetur, & tranquillitate regatur, odio aut inimicitia putatoris, primi ſucceſſoris
aut viſitatoris, non ſunt radicitus euellendi, neque inique repulſam accipere debent,
tum ex ijs quæ ſupra fuſius dicta ſunt, tum quia in dubio fauendum eſt iudicibus &
officialibus, nec ſunt calumniandi, nec contra eos captioſa inquiſitio fieri debet, vt

reue-

Digitized by Google

reuerentiam prioris officij, *argum.l. diuo Marco. C. de quæſt.* tum etiam quia ſi puras habuit officialis manus, nec de corruptione argutus fuit, non debet ſcrupuloſam pati inquiſitionem, §. *oportet, in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffrag.* ſed magna præfulgebit gloria, vt Imperator profitetur *in d. authen. vt iud. ſine quoquo ſuffrag.* perinde atque per contrarium ſi furta commiſerit, infamia notabitur: & iuxta ſceleris indigentiam punietur, vt ibidem ſtatuitur, quod & Angel. notauit *in dict.* §. *oportet.* per text. ibi. Si igitur ob radicis defectum minatur arbor ruinam, euelli debet: hoc eſt, iudex aut officialis qui iuſtitiam non reddiderit, ſed ſceleribus inquinatus fuerit, perdet dignitatem, omnique priuilegio exuetur, *l. pen. C. de veteran. libr.* 12. Cæterum † ſi radices non deficiant, ſed 9
fructus ex eis ſperentur, non ita faciliter ſunt reſecandi, imo conſeruandi potius & purgandi, hoc eſt, quamuis iudices ipſi aut officiales aliqua reprehenſione digna fecerint, ob id tamen inhonorandi non ſunt. Eorum quippe actus cenſura digni, cum laboribus reipublicæ vtilibus & alijs bene geſtis compenſandi & conferendi ſunt, vt Lucas de Penna non modicæ authoritatis Iureconſultus docuit *in l. vltim. C. de numer. lib.* 12. Haud enim officiales ita poſſunt contineri, quin reprehenſibilia quandoque faciant, quippe qui plurium gubernationi præſint, vt inquit text. *in l.* 49. *titul.* 5. *par.* 1. Nam, vt inquit Modeſtinus, *in l. deſertorem.* §. *ſed ſi ex improuiſo, ff. de re milit.* inſpecto vitæ cuiuſpiam præcedentis actu venia ei eſt concedenda: cui conuenit Regia *l.* 26. *titul.* 1. *part.* 7. *Sapiens* (inquit Seneca *lib.* 2. *de clementia, in fi.*) *multa remittet, multos parum ſani, ſed ſanabilis ingenij ſeruabit. Agricolas bonos imitabitur, qui non tantum rectas proceraſq́, arbores colunt, ſed illis quoque, quas aliqua deprauauit cauſa, adminicula quibus regantur applicant, alias circumcidunt, ne proceritatem rami premant, quaſdam infirmas vitio loci nutriunt, quibuſdam aliena vmbra laborantibus cœlum aperiunt: ſecundum hæc videbit perfectus ſapiens, quodque ingenium qua ratione tractandum ſit, donec in rectum praua flectantur.* Ita † fier, vt accuſatio, vel querela contra approba- 10
tum virum, qui antea officium probè honeſteque geſſit, facile non admittatur ab his, quibus viſitandi munus commiſſum eſt, Romanum imitantibus ſenatum, qui cum Metellus conſul Numidicus vitæ probitate conſpicuus, l. Iulia repetundarum accuſatus eſſet, literis ſigillatis, hoc eſt, libello ſolemni in iudicio propoſito, accuſatorem repulit, neque audire voluit, quod facinus Valerius *lib.* 2. *tit. de maieſtate, in princ.* commendans ſic ait: *Nam quid plus honoris tribui potuit Conſulibus, quam eſt datum reo Metello? qui cum cauſam repetundarum diceret, tabulæq́, eius ab accuſatore poſtulatæ, & ad nomen inſpiciendum circa iudices ferrentur: totum concilium ab earum contemplatione oculos auertit, ne de aliqua re quæ in his erat, videretur dubitaſſe: non in tabulis, ſed in vita Quinti Metelli argumenta ſincere adminiſtratæ prouinciæ legenda ſibi iudices crediderunt: indignum rati integritatem tanti viri exigua cera, & paucis literis perpendi.* Hæc † ille. Quibus non parum ſuffragatur, quod & Vlpianus in- 11
quit *in l. non debet. ff. de dolo.* vbi actionem de dolo negat dandam humili aduerſus eum, qui dignitate excellit: vt puta plebeio aduerſus conſularem præcipuæ authoritatis, vel luxurioſo, atque prodigo, aut alias vili aduerſus hominem vitæ emendatioris: non enim paſſim actionem illam indulgendam eſſe ait Labeo *in l. ſi oleum. in fine. ff. de dolo:* ideoque aduerſus tales, in factum verbis temperãdam actionem dari, vt malæfidei mentio non fiat, ne ex dolo ſuo lucrentur, inquiunt Vlpianus & Paulus Iuriſconſulti *in d. l.*

Ff non

Digitized by Google

non debet, & l. ſeq. ſupra citatis, eorum tamen hæredibus de dolo actio datur, & contra
12 hæredes, *l. hæredibus. ff. eod. tit.* Si † enim iudices, atque ij qui viſitandi & corrigendi munus
obtinent, quos vulgus ſyndicatores appellat, calumniari, iniuriamve iudicibus ſeu officialibus inferri, eiſque inſolentias fieri ſinant, frangetur facile neruus iuſtitiæ, authoritasque iudicum deprimetur, & vileſcet: ſceleratorum vires audaciam aſſument, & ſucceſſores lento pede procedent: vt Paris Puteus aduertit *in tractatu ſyndicatus in rubr.*
13 *de offic. ſyndicatorum num. 6.* Nam † vt Philoſ. ait *Politic. 2. cap. 6. ad fin. Errata quædam ſunt & legumlatorum & magiſtratuum toleranda. Non enim tantũ proderit qui corrigere perget, quantum nocebit aſſuefactio ſuperioribus non parendi.* Quare † ſicut faciliter mutare leges ex præ-
14 ſentibus in alias nouas, eſt infirmam facere vim legis, ita & ſi faciliter magiſtratus mutentur, infirmatur iuſtitia, maturè enim electio fieri debet, & antequam quis admittatur, plurima ſunt conſideranda, vt conſtanter fieri dicatur. Id enim (teſte Philoſ. Ethic. ad Eudemium li. 7. col. 7.) conſtans dici poteſt, quod non cito fit, nec facile diſſoluitur.
15 Quamobrem † horti cultor noſter ſedulo animaduertere debet, ne ad colendum hortulum, aut purgandum, putandumve arbores, ineruditos, inexpertoſque agricultores mittat, nam ſi prædia, arboresve ex hoc deteriores fiant, dominis reſarcire damna tenetur, imputatur enim ei cur inexpertos miſerit ad culturam, vt Bart. adnotauit *in l. 1. C. de*
16 *mancip. & col. patr. lib. 11* Iaſ. *in §. fuerat, n. 8. Inſtit. de act.* Quòcirca † ſi indignis magiſtratus conferantur, acceptionis perſonarum crimen committitur, vinculumq; inde reſtitutionis oritur, non tantum quæ facienda ſint ipſis, qui obtinere deberẽt, ſed certè populo, qui damnum accepit & incommoda, vt eleganter probat Dom. à Soto *lib. 3. de iuſt. & iur. q. 6. art. 4. col. 4.* & ſupra late iſta parte, *c. 8. n. 16. & c. 66 n. 22.* quidquid dixerit Mart. ab Azpilcueta *in manual. confeſſorum, c. 17. n. 72. 73. & 74.* qui aſſerit indigno nullam debere fieri reſtitutionem, vt cui nullum fuerit ius quæſitum in re vel ad rem: idem *in c. grave, de prob.* Itaque, vt redeam, negari minime poteſt, quin perperam & inique viſitandi gerat officium, qui inquiſitionẽ facere, aut inſtrui velit ab inimicis, ſuſpectis aut ſibi odioſis, vt *in l. huius regni 4. tit. 15. li. 2. ord.* quiq; de improbe geſtis tantum inquirendum dixerit. Nam ita de bene geſtis inquirere oportet, ſicut de male & perperam factis, vt *in l. 57. §. 61. in pragm. & in c. 4. iudicum reſidentiæ, in dictis Regijs pragm.* Veritatem enim tenetur inueſtigare, & vndecunque eruere, *l. 2.* vbi gl. & Bart. *C. de eden.* etiam partibus inuitis in criminali gl. *in auth. de tabell. in princ. & in l. idẽ. § ſi tibi. ff. de cond. ob turp. cauſ. l. 2. C. de abolit.* ne ipſe faciat litem ſuam, vt Amedeus de Caſtello probat *de ſyndic. nu. 158* ex quibus facile deducitur, quo pacto rami ſint putandi, reſecandi, & conſeruandi, hoc eſt, quemadmodum officiales ſint à iudicibus & viſitatoribus tractandi, puniendi, & honorandi.

17 Supereſt † modo videamus quo nam modo ſint inſerendi; quive ſint rami, quos inſerere liceat? nempe non omnes, neq; ex qualibet arbore. Surculi vtique ſunt rami fertiliores, medullæque arboris magis coniuncti, ijque ex pretioſiori arbore amputantur, naturaliter que ad inſerendum alijs arboribus producuntur, author eſt Quintil. *li. 4. c. 3. Des mihi, ait, ſurculum ex illa arbore vt inſeram:* & Varro *de re ruſtica c. 40. Surculi, inquit, reſecantur ad inſerendum alijs arboribus.* Ex arbore enim, è qua quis vult habere ſurculum, in eam, quã inſerere vult, ramulũ traducit, & in eius ramo præciſo ac diffiſſo implicat. Ex
his

his igitur pretioſis arboribus, hoc eſt, ſenatoribus præfectiſq; prætorio, & non ex alijs,
ſurculi quidam ad inſerendum apti producuntur, ij † ſunt renunciatores, qui curam ge- 1
runt referendi acta ſerieſque cauſarum, quibus quidem ex arbore huiuſmodi reſecatis,
inſitiſq; alijs arboribus, fructus nimirum ſapidos valde, dulciſſimoſque producent, vt
fit naturaliter in quacunque arbore inſita: quæ dulciores facile ſapidioreſque fructus
producit, quam quæ denuo plantatur, primigenis atq; ſit inſita ſeminibus. Abſit ergo ab
huiuſce noſtri viridarij inſitore ea falſa exiſtimatio, vt credat ex priori humi fixura arbo-
res proceras, fructus producturas tempeſtiuos aut ſapidos. Curet igitur totiſq; neruis in-
tendat, aut eos, quod ſatius eſt, inſerere, aut ſaltem tranſducere, hoc eſt, ex infimo loco
in altiorem protrahat, aut ex vberioris arboris ramis, ſurculos reſecet, alijſque arboribus
& magiſtratibus inſerat. Nulla ſiquidem bona radix, id eſt, iuris ſapientia, vt arbor ſapi-
dos iuſtitiæ germinet fructus, ſufficit, niſi idem experientia cauſarum in foro Regio, aut
alio magiſtratu inferiori acquiſita adiumento fuerit. Verum quia infra opportunius,
Deo duce, hoc veniet diſſerendum; hæc de ramis ſufficiant.

CAPVT LVII.

FLORES ARBORIS ESSE COMITATEM, AFFABILITATEM & eloquentiam, inſtruit.

SVMMARIA.

1 *Flores arboris hic deſcribuntur.*
2 *Eloquentia quid: eiuſque laudes.*
3 *Aduocatos eloquentes eſſe oportere.*
4 *Iudices eloquentiam habere debẽt.*

SEptimo in arbore flores conſiderantur, hi † ſunt in iudice comitas, vrbanitas, affabi- 1
litas, eloquentia, quæ non parum confert hac in re. Nihil † enim eſt aliud eloquentia 2
(teſte Cicerone in oratorijs partitionibus num. 42.) quam copioſe loquens ſapientia;
quæ ex eodem hauſta genere, quo illa quæ in diſputando, vberior eſt atque latior, & ad
motus animorum, vulgique ſenſus accommodatior. Hanc in ciuitate plurimum poſſe
idem Cicero pro Quintio in principio aſſeruit. Cuius vis, vt idem ipſe ait *de oratore libr.3.*
n.43. tanta eſt, vt omnium rerum, virtutum, officiorum, omniſq; naturæ, quæ mores ho-
minum, quæ animos, quę vitam continet, originem, vim, mutationéſque teneat: eadem
mores, leges, iura deſcribat, rempublicam regat, omnia quæ ad quamcunq; rem perti-
neant, ornate copioſeque dicat. Eſt deniq; domina rerum eloquendi vis, ex Academi-
corum voto, inter quos eſt Cicero, qui *lib.2. de natura Deorum, n.221.* ſic ait: *Quàm eſt præcla-*
ra, quamq; diuina, quæ primũ effecit, vt ea quæ ignoramus diſcere, & ea quæ ſcimus, alios docere poſſu-
mus. Deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac cõſolamur afflictos, hac deducimus perterritos à ti-
more, hac geſtientes cõprimimus, hac cupiditates iracundiaſq; reſtringimus: hæc nos iuris, legũ, vrbium
ſocietatè deuinxit, hæc à vita immani & fera ſegregauit. ADV. Quid iudici opus eſt eloquentia?
Inquit enim Sapiẽs, Vbi plura verba, ibi inopia veritatis & iuſtitię. Quare † aduocatos tm̃ 3
eloquentiæ vacare oportet, quippe qui clariſſima eloquẽtiæ lumina appellentur, *l. reſtit.*

C. de aduoc. diuerſ. iudic. alias nomen Aduocati merentur amittere, *arg. l. à nullo. C. de ferijs, & l. decernimus. C. de Epiſc. & cler.* REL. Fateor non omnino eſſe neceſſariam eloquentiam iudici, *Infirmus enim*, teſte Seneca, *non quærit medicum eloquentem, ſed curare ſcientem.* Verumenimuero † vtiliſſimum eſt valde, iudicem eſſe eloquentem, maxime ſi de maioribus
4 fuerit magiſtratibus, qui Principi plurima referunt, vnde Tullius *de fin. bon. & mal. libr. 4. n. 100.* hanc Principibus maxime ait eſſe ornamento, ideo ei ſtudere debent, ſi eidem ipſi credimus, *lib. 3. de oratore.* Imo nemo ciuis egregius eſſe poteſt, qui non ſit eloquentia eruditus, eodem atteſtante contra Salluſtium, *n. 5.* memini apud eundem *lib. 3. de oratore, n. 37.* legiſſe, eos qui olim magna adepti fuerunt imperia, omnium rerum cognitionem habuiſſe, omniaque, quæ quidem tum ciuitas noſſet, ſolitos eſſe complecti, ad quos & tranſuerſo foro ambulantes, & in ſolio ſedentes domi, ſic adibatur, non ſolum vt de iure ciuili eos verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omnique aut officio, aut negotio referretur. Nunc contra plerique ad honores adipiſcendos, & ad rempublicam gerendam nudi veniunt, atque inermes nulla cognitione rerum, nulla ſcientia ornati. Sin aliquis excellit vnus è multis, effert ſe, ſi vnum aliquid affert, vt bellicam virtutem aut vſum aliquem militarem, quæ ſane nunc quidem obſoleuerunt: aut iuris ſcientiam, nec eius quidem vniuerſi: nam Pontificium, quod eſt coniunctum, nemo diſcit, aut eloquentiam quam in clamore, & in verborum poſitam curſu putant: omnium vero bonarum artium, denique virtutum ipſarum ſocietatem cognationémque non norunt. Et paulo poſt de ipſa agens eloquentia, *Sic enim* (inquit) *video vnam quandam omnium rerum, quæ eſſent homine erudito digna, atque eo qui in republica vellet excellere, fuiſſe doctrinam: quam qui accepiſſent, ſi ijdem ingenio ad pronunciandum valuiſſent, & ſe ad dicendum quoque non repugnante natura dediſſent, eloquentia præſtitiſſe. Tanta denique*, alibi ipſe inquit, *eſt copioſe dicentis virtus, vt quæ quis audit, etiam ſi ea ipſe ſciat, noua ſe audiuiſſe arbitretur.* Sed certe hæc ars plurimos fallit, dum ſuos ſectatores dicere non ſcire docet. Quos Salomon his verbis alloquitur: *Stude ſapientiæ, vt poßis digne proferre ſermonem.* Qua ſententia contemptibilem aſſerit facundiam, quæ ſcientia & ſapientia condita non fuerit, vt pluribus id probat rationibus Epiſcopus Zamorenſis *in ſpeculo vitæ humanæ libr. 1. cap. 36.* Sed iam quid de floribus eloquentiæ plura dicimus, cum in alijs comitatis & vrbanitatis eſſet potius inſiſtendum? Cæterum quoniam de his plurima diximus *ſupra iſta 3. parte. cap. 38.* nil modo reſtat ſciamus, quam illud quod ſcribitur *Eccleſiaſtic. cap. 4. In lingua agnoſcitur ſapientia, ſenſus, ſcientia, & doctrina.* Quapropter reſpondendum eſſe, inquit Eccleſiaſticus, in manſuetudine.

CAPVT

CAPVT LVIII.

ARBORIS FRONDES ESSE PRVDENTIAM, ET SENEctutis laudes præſcribit.

SVMMARIA.

1 *Prudentia & prouidentia ſunt arboris frondes.*
2 *Prudentiæ definitio ex Cicerone.*
3 *Prudentiæ effectus.*
4 *Animæ partes.*
5 *Prudentiæ partes.*
6 *Prudentiæ definitio ex Ariſtotele.*
7 *Prudentia in ſenibus vt plurimum, non in iuuenibus pollet.*
8 *Seniores cur amplius mente valent?*
9 *Prudentia pollent ſeniores, cum moribus ſunt ſuperiores.*
10 *Experientia eſt mater prudentiæ.*
11 *Senes non facile decipiuntur.*
12 *Senectutis priuilegia.*
13 *Seniores in magiſtratibus conſequendis iunioribus eſſe præferendos.*
14 *Senectutis aliud priuilegium.*
15 *Senum vitia.*
16 *Senum auaritia carpitur.*
17 *Senectuti nulla ſunt attribuenda vitia, ſed moribus.*
18 *Senex bonus præſumitur.*
19 *Teſtes 15. requiruntur ad probandum ſenem eſſe malum, aut iuuene indigniorem.*
20 *Iuuenes non paſſim ad conſilia & magiſtratus vocari oportet.*
21 *Iuuenes quam ſenes facilius credunt.*
22 *Minores 25. annis rempublic. gerere non poſſunt.*
23 *Iuuenes quando ad conſilia & magiſtratus euocare liceat.*
24 *Iuuenum prudentiſſimorum plura exempla remiſsiue.*
25 *Ætatem ſicut malitia ſupplet, ita & probitas.*
26 *Prudentiæ diffinitio ex Ariſtot. exponitur.*
27 *Prudentia ſine iuſtitia nihil valet.*

OCtauo † huius arboris frondes ſunt, prudentia ſeu prouidentia, quibus tota arbor 1
operitur fructuſque eius conſeruantur & tuentur à calore, aqua, tempeſtate, &
gelu. Calore, inquam, iracundiæ & furoris. Aqua, corruptionis fauore aut pecunia.
Tempeſtate potentiæ alicuius, aut præcipitatione, ſiue acceleratione nimia. Gelu ignorantiæ, quæ vt plurimum res iudices ſolent à iuſto & æquo deuiare, vt paulo ante fuſius
inſinuauimus, dum ſtipitis fortitudinem expoſuimus. Prudentia igitur valet plurimum,
vt ea omnia fugentur, vt ſic arboris noſtræ fructus, hoc eſt, iuſtitiæ & æquitatis ita operiantur, vt intacti conſeruentur, donec maturi colligantur. Eſt † etenim prudentia (teſte 2
Cic. *lib. 3. rhetoricorum ad Herennium, num. 94.*) calliditas, quæ ratione quadam poteſt habere delectum bonorum & malorum. Dicitur item prudentia ſcientia cuiuſdam artificij. Item appellatur prudentia, multarum rerum memoria, & vſus plurium negotiorum.
Socrates autem interrogatus, quid eſſet prudentia animæ, reſpondit. Concinnitas, &
hanc veram reor eſſe prudentiæ diffinitionem. Aut, vt ipſemet Cicero docuit *de inuentione lib. 2. n. 240.* eſt rerum bonarum & malarum, & vtrarumque ſcientia. Vel vt ipſemet
aſtruit. 1. officiorum, eſt rerum expetendarum fugiendarumve ſcientia. Quod † ex eius 3
effectibus inſinuatur, vt Ariſt. docet, *6. Ethicor. cap. 12.* vbi inquit: *Virtus facit rectam inten-*

Digitized by Google

tionem & propoſitum finis, ſed prudentia diſponit, & inuenit media quibus finem conſequimur.
nempe fortitudo facit propoſitum ſtrenue agendi in bello: ſed quando expediat aggre-
di, quandoue receptui canere, hoc prudẽtia diſcernit. Rurſus temperantia facit intenti-
onem comedendi quantum conuenit valetudini: ſed quando oporteat comedere, hoc
oſtendit prudentia. Porro fides eſt quæ inclinat, vt non reuelentur ſecreta ſine cauſa,
4 ſed quando oporteat velare, aut reuelare, hoc dicit prudentia. Nam, † vt eſt Theogis
ſententia, anima hoc modo diſtributa eſt. Vna eius pars eſt ratio, altera animoſitas, ter-
tia cupiditas: Ratio cognitionem obtinet, cuius virtus eſt prudentia, eſt enim iudicandi
& contẽplandi habitus. Animoſitas iracundiã, cuius virtus eſt fortitudo, hæc eſt habitus
qui reſiſtit difficultati rerum, easque ſuffert. Cupiditas, quam principalem animæ par-
tem vocant, libere continet: huic animæ parti temperãtia attribuitur, nam mediocritas
eſt & continentia voluptatum corporis. Totius autem animæ virtus eſt iuſtitia. Pru-
dẽtia autem virtutum princeps eſt, reliquis omnibus vtitur, ipſarumque ordinem, mo-
dum, & occaſionem in præſentia, tanquam oculus quidam mentis vndequaque lu-
5 cidiſſimus oſtendit. Partes † eius memoria, intelligentia, prouidentia. Memoria eſt, per
quam animus repetit illa, quæ fuerunt: intelligentia eſt, per quam ea proſpicit, quæ ſunt.
Prouidentia eſt, per quam futurum aliquid videtur antequam factum ſit, Verumenim-
uero qui initium & finem conſiderauerit, facile intelligere poterit medium, vt *in l. Regni
noſtri. 13. tit. par.* 1. quibus concinit quod & Seneca *li. de virtutibus, c.* 1. dixerat, Si *prudens,* in-
inquit, *eſt animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur, præſentia ordina, futura prouide, præterita re-
cordare.* Nã qui nihil de præterito cogitat, vitã perdit, qui nihil de futuro præmeditatur, in
omnia incautus incidit. Proponas in animo tuo futura mala & bona, vt illa ſuſtinere
poſſis, & iſta moderari. Et paulo ante, ſi prudens eſſe cupis, in futurum proſpectum in-
tende, & quæ poſſint contingere animo tuo cuncta propone, nihil tibi ſubitum ſit, ſed
totum ante conſpicies. Nam qui prudens eſt, non dicit, non putaui quidem hoc fieri:
6 quia non dubitat, ſed expectat, nec ſuſpicatur, ſed cauet. Poteſt † alio etiam modo pru-
dentia definiri ex Ariſt. *lib. 6. Ethic. c.* 5. cuius diffinitionem è noſtris Bart. (ſi modo eius
eſt lectio) *in tractatu teſtimoniorum, n.* 69. refert. Eſt igitur prudentia, ſi ijs credimus, habi-
tus cum ratione agendi circa ea, quæ ſunt homini bona vel mala, Ideo habitum eſſe di-
xit Ariſt. quia actus frequentari requiruntur ad prudentiæ perfectionem: vt videlicet
conſtet, aliquem eſſe magnum Iuriſperitum aut medicum, quippe cum vt prudens vo-
cari poſſit, ex præcedenti praxi habitum effectum eſſe oporteat, ad aptandum vniuer-
7 ſalia (quæ per ſcientiam didicit) particularibus quæ in praxi quotidie occurrunt. Hinc †
fit, vt iuuenes vix poſſint eſſe prudentes, quãdoquidem id perpetuum eſt, prudentiam,
niſi per multam rerum experientiam neminem aſſequi poſſe. Proinde opus eſſe & lon-
go tempore, & rerum in vtraque fortuna multiplicium & variarum vſu. Conſtat enim,
quo ſeniores ſumus, eo plus habere nos experientiæ & vſus, vt Aug. dixerat *lib. de natur.
dæmonum,* refert Grat. *c. ſciendum. 26. q.* 4. & alibi text. *in c. vlt.* 84. *diſtinctione,* enarrans illud
Prouerbiorum 20. *Dignitas ſenum: canicies:* interpretatur caniciem pro ſapientia, de qua
(inquit) ſcriptum eſt (videlicet *Sapientiæ* 4.) *Canicies hominum prudentia.* Quamobrem
nimirum Tullius de ſenectute *Temeritas,* inquit, *eſt floreſcentis ætatis, prudentia ſenectutis.*

Themiſtocles

Themiſtocles cum expletis centum ſeptemque annis ſe mori cerneret, dixiſſe fertur, vt retulit Hieronymus *ad Nepotianum de vita clericorum*, ſe dolere quod tunc egrederetur è vita quando ſapere cœpiſſet. Idem Hieron. in eodem loco, *omnes*, inquit, *pene virtutes corporis mutantur in ſenibus, & creſcente ſola ſapientia, decreſcunt cætera virtutes.* Et paulo poſt, *ſenectus ætate fit doctior, vſu tritior, proceſſu temporis ſapientior*, & Cicero *Tuſculanarum quæſtionum lib. 1. num.* 150. *Nihil*, ait, *profecto eſt homini prudentia dulcius, quam, vt cætera auferat, affert certe ſenectus.* Vnde nimirum in dubio præſumendum eſt, prudentiam atque ſapientiam, & in vniuerſum animi virtutes vireſque cum ætate creſcere: vt quo quiſque ſenior eſt, eo præſumatur prudentior, & animi virtutibus ſuperior. Nam propter rerum vſum callidiores habentur, vnde maior in eis eſt prudentia: nec ita rerum affectibus mouentur, & ideo certiore ſunt iudicio. Et teſtimonio antiquiſſimi illius ſcriptoris Iob *cap.* 12. dicentis: In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia: quem citant Imola & Alexan. *in l. Gallus, in princ. ff. de lib. & poſthum.* & rurſus idem Iob. 32. *c. Annorum*, inquit, *multitudo docet ſapientiam.* Ariſt. 2. *Politic.* vt refert Bald. *in rep. l. 1. col. 4. verſic. ſed pone robuſtus, num.* 13. ſcribit, vires pollere in iuuenibus, prudentiam in ſenioribus. Idem ipſe † Ariſt. *ſectione problematum* 30. *quæſt.* 4. *Cur*, inquit, *ſeniores amplius mente valemus? Quia natura parens & author omnium inſtrumenta duo nobis inſeruit, quorum opera inſtrumentis extraneis vti valeremus: manum inquam, corpori dedit, animæ mentem. Eſt enim mens quoque rebus à natura nobis impertitis annumeranda, vicem ſane gerens inſtrumenti. Cæteræ omnes ſcientiæ arteſque noſtra opera ſunt. Mentem ipſam opus eſſe naturæ fatendum eſt, vt igitur manu non iam inde ab ortu naturæ vti poſſimus, ſed cum eam natura abſoluit, perfecitque (procedente namque ætate manus ſuum opus maxime efficere poteſt.) Ita etiam mens quæ res naturalis eſt, non protinus, ſed in ſenectute maxime nobis contingit: atque tunc potiſſimum conſummatur atque abſoluitur, niſi detrimento aliquo lacera læſaque ſit, quemadmodum cætera quoque opera naturæ. Ideoque mens poſterior, quam manuum facultas accedit: quoniam inſtrumenta etiam mentis poſteriora ſunt, quam manuum inſtrumenta. Eſt ſiquidem mentis inſtrumentum, ſcientia: menti namque vtilis ſcientia eſt, ſicut tibicini tibia. Manuum autem inſtrumenta, res pleræque naturales ſunt: natura autem ipſa eiuſque res omnes priores ſunt, quam ſcientia. Quorum autem inſtrumenta priora ſunt, facultates quoque eorum prius contingere congruum eſt: his enim crebro vtentes conficere habitum ſolemus. Et iſta ſic reciprocantur, vt quam vicem hæc inter ſe gerunt, quorum inſtrumenta ſunt, eadem inſtrumenta quoque ipſa inter ſe habeant.* Hæc Ariſtoteles. Cui & illud adijcit Tiraq. *in præfatione iuris primogeniorum, numer.* 86. ex magiſtro ipſius Ariſtotelis Platone *in Timæo, pag.* 481. animam ab initio cum mortalis corporis vinculis includitur, amentem effici. At poſtquam nutritionis & augmenti riuus lenius minuſq; fluit, animæque circuitus tranquilliori motu iter ſuum peragunt, proceſſuque temporis ſedatiores fiunt, & in figuram naturæ ſuæ congruam reſtituuntur: tunc ſingulorum circulorum directæ conuerſiones eiuſdẽ, & alterius naturã probe diſcernunt, hominemq; ſic inſtitutum prudentem efficiunt. Quod ſi quis educationi rectæque nutritioni diſciplinam quoque & eruditionem conuenientẽ adiunxerit, morbo grauiſſimo deuitato ſanus & integer prorſus euadet: ſin autẽ neglexerit claudum vitæ iter ingreſſus, tanquã mancus, & omnino inutilis rurſus ad inferos decedit. Hæc ille. Ex quo † ſeniores cõſtat non ætate tm̃, ſed & prudẽtia quoq; & morib. eſſe oportere ſuperiores, vt ex Salomonis 8 9

ſententia

ſententia *Sapient.*4.diſcere licet, dicentis. *Senectus venerabilis eſt non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis via immaculata.* Nā & idem quoque *cap.*16. *Prouerbiorum* cum dixiſſet, *Corona dignitatis ſenectus*, ne de omnium ſenectute dixiſſe videretur, addit, quæ in vijs iuſtitiæ reperietur. Cui accedens Philoſ. Græce tamen illud, ſed in hunc ſenſum ſic ait? *Canicies cum mente honorabilior eſt: quæ enim ſine mente, magis multorum eſt vituperium annorum.* Cicero quoque *in peculiari ſenectutis lib. n.*58. *Sed in omni*, inquit, *oratione mementote eam me laudare ſenectutem, quæ fundamentis adoleſcentiæ conſtituta ſit. Ex quo id efficitur, quod ego magno quondam cum aſſenſu omnium dixi, miſeram eſſe ſenectutem quæ ſe Oratione defenderet. Non cani, non rugæ repente authoritatem arripere poſſunt, ſed honeſte acta ſuperior ætas fructus capit authoritatis extremos.* Sic enim & nos cum ſenectutem laudauimus, non ſenum mores, ſed eorum experientiam maximam longo tempo-
10 re acquiſitam, vt *in cap. ſciendum.*26.*q.*4. Philoſ. *Ethicor.*6.*c.*8. Quæ † ſane mater eſt prudētiæ, vt allegoriarum author in Heſiodum tradit, Palladem, inquit ipſe, natam ex Iouis vertice & hoc ideo, quoniam ab experientia ſæpe prudentia oritur, illa vero ex ſenſibus quæ in capitis ambitu viſuntur, & hinc certe fluit maxima pars eorum quæ ætati tribui-
11 mus, & quæ præcipue proxime dicemus. Ex † quo vt Tiraq. refert. *in præfatione primigeniorum, n.*88. & illud fit vt ſeniores non facile dolis & artibus decipiantur, nempe propter multam longamque rerum experientiam, quæ eos prudentiores, aſtutiores, callidiores, cautiores reddidit. Hinc Prouerbium tritum. *Senex vulpes non prehenditur laqueo.* Quod facile eos eſſe prudentes oſtendit, ſi modo Senecæ crediderimus *lib. de virtutibus, cap.*1. di-
12 centi, *Prudens fallere non vult, falli non poteſt.* Hinc etiam † plurima tribuuntur ſenibus. Hæc ſunt ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli, vt Cicero aſſeruit quo loco nuper citauimus, alia longe plura ſenectutis priuilegia quinquaginta videlicet congeſſit affatim Cæpola *de Imperatore militum deligendo, in princ. numer.*1.*vſque ad* 19. aliqua etiam Alciatus *de verb. ſignific. lib.*1.*col.*31. & Chaſſan. *in catalog. gloriæ mundi.*11.*part.*17. *conſideratione*, latiſſime omnium Tiraquell. cui nihil prorſus addi poteſt, *in non ſemel citata præfatione ab num.* 75. *vſque ad* 217. quæ hic non abs re repeti poſſent, ſi libros tranſcribere alie-
13 nos vellem, quod mei non eſt ingenij. Vt interim † tamen non omittam, quod proprium eſt noſtri libelli, ſenes, vt ipſemet Tiraquell. *num.*161. adnotauit, cum in conſilijs, cæteriſque honoribus, tum etiam officijs, magiſtratibus alijſue dignitatibus ſecularibus, vt noſtri appellant, iunioribus eſſe præferendos, *l. & qui originem*, §.*præſes, ibi, Secundum ætates & dignitates. ff. de mun. & honor. l.*2. *ibi. Quæ longis prolixiſque ſtipendiis, defeſſa iam ſibi pollicetur ſenectus. C. de primicer. lib.*12. *l. ſancimus. C. de conſul. lib.*12. glo. & DD. *in l. cum quid. ff. ſi cert. pet. & in l. vt gradatim, in princ. in verbo, & ſi lege. ff. de muner. & hon. & in cap. vltim.* 75. *diſtin.* Idque pluribus antiquis legibus ſtatutum eſt, & ante omnes Moyſes iuſſu Domini Septuaginta viros ex omni populo ſeniores delegit, qui ſecum regerent, iudicarentque populum, vt ſcribitur *Numeri*, 11.*c.* & *Deuteron. cap.*21. ſi genuerit homo filium & contumacem & proteruum, apprehendent eum & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij. Ex quo forte depromptum eſt, quod ſcribitur *in l. ſi qua. C. de Iud.* Cauſas videlicet, Iudæorum à ſenioribus ipſorum iudicari, & 3. *part. titul.* 20. *l.* 8. *in fin. ibi: E quando hiziere viejo mayor.* Illinc etiam forte Plato, qui, vt pluribus placuit, ſacros Bi-

bliorum

bliorum libros, & maximè Moyſis legit, excerpſiſſe videri poteſt, *libr 3. de legibus*, vbi inter rationes imperandi hanc tertiam collocat, vt iunioribus ſeniores imperent. Demum ipſe idem Plato 3. *dialogo de republica vel de iuſto. Non iuuenem*, ait, *ſed ſenem bonum eſſe oportet iudicem, qui ſero quale quid iniuſtitia ſit didicerit: tanquam qui non propriam in animo ſuo eam ſenſerit, ſed alienam in alienis animis longo tempore nouerit, atque idcirco cuiuſmodi ſit malum, diſcernat, aliena potius quam propria experientia iudicans.* Ex eadem quoque radice leges Romanorum annales ortæ fuerunt, de quibus apud Cicer. *in Philipp.* 5. & Liuium *ab vrbe condita lib.* 7. quibus grandiorem ætatem ad conſulatum & cæteros magiſtratus exigi conſtituebatur, non modo maiores, verumetiam prætores quoque, & ædiles & ſimplices quoſcunque iudices, vt videre licet ex eo quod ſcribit Suet. in Auguſto, c. 32. quo in loco refert, non licuiſſe ante triceſimum quintum annum iudicandi munus gerere. Quinetiam Hippodamus Euriphontis filius, qui Mileſiorum legiſlator fuit, lege ſtatuit, vt memoriæ prodijt Ariſt. *lib. Politicorum 2. cap.* 6. Vnum iudiciarium forum principale, in quo omnia quæ male iudicata viderentur, iudicarentur: idque conſtitui ex ſenioribus quibuſdam delectis. Hinc etiam ſenatui nomen fuit inditum, quod in eum cooptarentur ſeniores, vt Tullius ſcribit *lib. de ſenect.* Plutarch. in Romulo. Archid. *in cap. Senatuſconſultum, diſtin.* 2. & Alber. *in rubr. ff. de ſenat.* Tiraq. *in præfat. primigeniorum, num.* 164. ibique pluribus authoritatibus & exemplis probare nititur, ſenioribus in magiſtratibus eſſe deferendum, iunioribuſque eſſe præponendos, eam tamen regulam *nu.* 170. *& ſeq.* duobus limitat modis. Primo in muneribus quæ æque explicari, geríque per ſeniores poſſunt atque iuniores, nam ſi quod officium munuſve per iuniores commodius tractari poteſt, quia forte magis conſtat robore viribuſq; corporis, quam animi, certe ſunt ad id magis aſſumendi iuniores, quam ſeniores, vt per Salic. & Aretin. traditur *in d. l. cum quid ff. ſi cert* pet. Flori. *in l. vlt. in fin. ff. de fide inſtrum. arg. legis præcipiunt. ff. de ædil. edict. & l. ob carmen. § vlt. ff. de teſtib.* Secundo intelligit, quando vterq; iuuenis & ſenex eſt alias æque dignus, nam ſemper dignior eſt alteri præferendus, ſiue iunior, ſiue ſenior, *l. honores, vbi gloſ. & Bart. ff. de decur. l. vnicuique C. de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 12. Alber. Alexan. & Dec. *in d. l. cum quid.* Sed hæc tamen intelligit Tiraq. *ibidem num.* 172. poſt Aret. *in c. clerici. in fi. de iudicijs*, quando iunior longo interuallo ſuperat ſeniorem, per *l. vnicuique. circa medium. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib.* 12. vt & Tiraq latiſſimè comprobauit quo in loco modo dixeram, *nu.* 173. *& deinceps*, plura adducit exempla multorum, qui ante tempus adeo prudentia, virtute, & doctrina excelluerunt, vt etiam ante tempus honoribus & magiſtratibus lege vel natura præſcriptum, cæteris multo ſenioribus antepoſiti fuerint. Cæterum † neque illud 14
ſenectutis priuilegium tacendum duxi, quod optima vna lege Cretenſi audio eſſe præſcriptum. Hæc iubet, nequis iuuenum quærere audeat, rectène an contra ſe leges habeant, ſed vno omnium ore, vnaque voce recte tanquam à dijs, poſitas concedi præcepit, nec vllo modo aliter pati quicquam à iuuenibus cogitari: ſenem autem ſi quid excogitarit, principibus & æqualibus, nemine iuuenem audiente, referre: cuius meminit Plato *lib.* 34. *de legib. dialog* 1. *col.* 7. (ADV.) Non poſſum equidem tot ſenum audire encomia, quamuis tamen ipſe iuuenis non ſim. Nam † vbiq; reperiuntur flagitioſiſſimi qui- 15
dam ſenes, vt aperte probatur in *c. tanta.* 86. *diſt.* cuius initium eſt huiuſmodi: *Tanta ne-*

quitia ad aures noſtras de ſenectute tua peruenit, &c. & paulo poſt, *Hortamur, vt aliquando reſi-*
piſcas miſer ſenex, atque à tanta leuitate morum, & operum peruerſitate compeſcere, & cætera. glo.
in cap. cum in iuuentute, de præſumpt. ibique poſt eam Hoſtienſ. Ioann. Andr. qui & illud
addunt, quod ſæpe mentiuntur ſeniores, per *c. vnicum. in fin. de ſacra vnct.* vbi eſt text.
optimus & expreſſus *in verbo, ſicut antiqui mentiuntur*, quem & optimè ponderauit Ho-
ſtienſ. ibi. Hoc itidem probatur teſtimonio Danielis *c.* 13. cuius authoritate ſcribit Luc.
de Penna *in l. 1. col. 1. in verbo prior. C. de conſul. libr.* 12. quod iniqui poſſunt eſſe ſenes. Hæc
tuus dixerat Tiraq. *in d. præfatione primogeniorum numer.* 150. quinetiam Cicero *in Catone*
maiore, ſeu de ſenectute num. 60. Senes, ait, ſunt moroſi, & anxij, & iracundi, & difficiles: ſi
quærimus etiam auari, quamuis tamen moroſitas, & ea quæ dixi vitia, aliquid habeant
16 excuſationis, non illius quidem iuſtæ, ſed quæ probari poſſe videatur. Auaritia † vero,
inquit ipſe, ſenilis, quid ſibi velit, non intelligo. Poteſt enim quidquam eſſe abſurdius,
quam quo minus viæ reſtat, eo plus viatici quærere? At cum hæc ita ſe habeant, quor-
ſum ſenes iunioribus aptiores magiſtratibus regendis eſſe contendis, quorum iracun-
17 diam, auaritiam & moroſitatem, in iudicibus nuper improbaueras? (Rel.) Abſit † à te,
ea credere vitia ſenectutis eſſe, non enim ſenectutis ſunt, ſed morum. At non me eam
exiſtimes laudare ſenectutem, quæ fundamentis adoleſcentiæ conſtituta non ſit. Eos
ergo laudarim ſenes, non qui ſola temporum quantitate, ſed qui morum grauitate ma-
turi ſunt: ſic eos ſacra Scriptura vocare conſueuit, iuuenes autem ij dici ſolent, qui nulla
conſilij grauitate deprimuntur, vt Gregor. *lib.* 30. *Moral.* profitetur. Proinde & nos quo-
que (Indorum more vt inquit Strabo, *lib.* 15.) ætati ſenum nullam tribuimus prærogati-
18 uam, niſi prudentia excellant. Atqui † inficias iri non poteſt, quin, vt & paulo quoque
ante ſcripſimus, in dubio pro ſenioribus ſemper præſumatur, vt, videlicet, virtutibus,
bonisque moribus vincant iuniores, per text. *in l. ſi vt certo. §. cuſtodiam, & ibi gloſſ. in verbo,*
eſt commodatus. ff. commod. §. cogitandum, in auth. de monach. c. niſi cum pridem, ibi, Moralis vero
maturitas in ſenibus eſſe ſolet, extra de renunt. c. cum in iuuentute, vbi gloſſ. in verbo ſenilem. Hoſt.
& alij, *de præſumpt.* Hier. ad Ruſticum, *Non eſt*, inquit, *facile malum de perfecta ætate credendum*
19 *quam præterita vita defendit, & honorat vocabulum dignitatis.* Atque † adeo præſumuntur ſe-
nes iuuenibus præſtare bonis moribus, vt contrariam probari non poſſit niſi per 15. te-
ſtes, per text. not. *in l. vnicuique. C. de proxi. ſacr. ſcrin. lib.* 12. quem ad hoc dixit ſingul. Rom.
in l. ſi vero. §. de viro, fal. 53. *verſ. approbatur. in fin. ff. ſolut. matrim.* Alex. *in l. cum quid. col. 2. n. 7.*
20 *ff. ſi cert. pet.* Felin. *in rubr. extra de maior. & obed. col. 1. in fin.* Non † ergo paſſim iuuenes ad
conſilia & magiſtratus eligi oportet, neque in duces, quia non conſtat eos eſſe pruden-
tes, vt teſtimonio eſt Ariſt. *Topicor. tertio.* Tria namq; fuerunt, vt Tullius refert, quæ rem-
publicam Romanorum labefactauerunt, amor ſcilicet, priuati commodi, occultum o-
dium, & iuuenile conſilium, quæ tamē per ſenes reſtituta fuit. Nec Roboam regni ſciſ-
ſuram forte paſſus fuiſſet, ſi conſilio ſeniorum, & non iuuenum adhæſiſſet. 3. *Regum* 12.
Macedonius Alexander militibus ſuis ſenio quaſi confectis, vt florida iuuentute mili-
tiam renouaret, exhortantibus, ſic reſpondiſſe fertur. Malo, inquit, eligere ſenum grauí-
tatem prouiſam, quam iuuenum velocitatem incautam, qui mortem recipere ſolent in
ſua nimium iuuentute confidentes, ſenes vero cuncta conſilio agunt titubantes: retulit
Guill.

Digitized by Google

Guill Bened.*in rep.c.Raynut.in verbo,adiectæ impuber.n.69.extra de teſta.* cui mirè concinit q̀
& Inn.& Bald.dixere *in c.1.de renuntiat.* nempe plus valere vmbrã ſenis, quam enſem iu-
ueni.Ex † alio item conſtat prudentiã non iuuenibus,ſed ſenibus potius ineſſe, quippe 21
cum iuuenes q̃ ſenes,& ægri,quã ſani facilius credũt, vt pulchrè recitat Plut. *in vita Ca-
tonis iunioris in pr.* facile enim credunt, eo q̀ in multis decepti non ſunt, teſtis eſt Ariſt.1.
*Rhetoric.*Ex qua credulitate ſæpe fit, vt boni, rectiq; principes & magiſtratus non ſemel
decipiantur,incautiq; in ſubditorum perniciem plurima gerant. Hinc † leges nimirum 22
prohibent minores 25.annis rempublicã adminiſtrare,vt *in l.ad rempublicã.ff.de muner.&
honor.l.ſpurijs.§.1.ff.de decur.* quandoquidẽ conſtat fragile & infirmũ eſſe huius ætatis cõ-
ſilium,multis captionibus,multorumq; inſidijs expoſitũ,ſecundum Corn.*li.2.c.1.*& id-
eo rerum ſuarum adminiſtratio eis non cõmittitur, quamuis res ſuas bene gerant, ſi in
pupillari fuerint ætate,vt *in l.1.ff.quo minor.*ſin vero extra pupillarẽ fuerint, intra tamẽ 25.
annum,& curatorem non habuerint,ſuarum rerum adminiſtratio non inhibetur.ſecus
ſi curatorem habeant,*l.ſi curatorẽ habens.C.de in integrũ reſti.* nam ſi ſeipſos gubernare nõ-
dum nouêre,indecorum eſt eos rempublicam regere, vt *in c.indecorum. de ætate & qual.*
Rurſus indecile eſt,eos, qui alieno auxilio in ſuis rebus gerendis egere noſcuntur, & ſub
alijs reguntur,aliorum tutelam & curam ſubire,*§.minores autem.Inſt.de excuſat.tut.* iudex
autem 18.annorum iuriſdictionẽ exercere non prohibetur, vt *in l.quidam conſulebant.ff.
de re iud.* Verumenimuero † ſi virtus iuuenem extollat, & experientiam habeat, non eſt 23
ob defectum ætatis abijciendus.Iuniores enim interdum ſeniores vincunt conſilio, vt
Homerus aperte oſtendit *lib.Iliad.9.* Inducit enim Neſtorem (cuius, quo ætas, pruden-
tiaq; maior erat.eo quoq; teſtimonium certius, credibiliusq; etiam fuit) huiuſmodi te-
ſtimonium de Diomede perhibuiſſe, q̀ ſicut inter omnes Arguos Reges natu mini-
mus erat,ita quoq; conſilio maximus.Sunt † enim quibus ingenium & rerum pruden- 24
tia velox ante pilos venit,vt à Perſio *Satyra* 4.ſcriptum eſt. Nam & Papinian.noſter, iu-
ris aſylũ,vir prudentiſſimus,& acutiſſimi ingenij, natus 37.annos, mortuus eſt authore
Socin.*in repet.l.cum auus.circa principium.ff.de condit.& demonſtrat.* Tiraq.*in d.præfatione iuris
primogeniorum.n.97.vbi & ſeq.& iterum n.172.& plurib.ſeq.* quamplurima huiuſmodi ad-
ducit exempla,& per Guill.Bened.aliqua *in rep.c.Raynut.in verbo, Adiectæ impuberi.n.35.&
duob.ſequentib.* per Ioan.Neuiz.*in ſua nuptiali ſylua li.5.n.10.& deinceps vſq; ad n.17.* Alciat.*in
proœm.6.li.paradoxorũ.* Sicut † enim malitia ſupplet ætatẽ, vt *in l.ſi alterius.C.ſi minor ſe maio.
di c.c.de illis,extra de deſponſ.impub.c.1.§.1.eo.ti.li.6.* ita nimirũ probitas, honeſtas & prudẽtia, 25
ætatis ſupplẽt defectum,*l.1.ff.de decret.ab ord.facien.l.omnes.C.de his qui ven.æta.imp.l.1.C.de
præpoſ.ſacr.ſcrin.l.12.c.vlt.de deſponſ.impub.li.6.c.itẽ vlt.77.diſt.* Iuſtius igitur ſciẽtia ætatis ſup-
plebit defectũ, eſt enim ſciẽtia donum Dei, teſte Guill.quo loco nuper citauimus *n.37.*
quare iniquũ valde eſſe cenſet Valer.*l.3.c.1.* cum honoris nondũ tẽpeſtiuum videri, qui
iam virtute maturus eſt. Quis eſt obſecro qui neget,iuuenes eos ad magiſtratus admitti
debere,quorũ vitæ.fideiq; integritas cõmuniter approbata fuerit? quoſque exactior ad
bonos mores vita perducat: Nullus certè,ni malit fidem non adhibere Gratiano *in cap.
quicunque,77.diſtin.& in ca.ſingulis.eadem diſtin.* Quid autem ſi alias is communia officia
laudabiliter miniſtrauerint, de hoc nullus ambiget, vt *in d.cap. quicunque proxime*

 citato.

citato. Eum itaque ipſe antiquiorem appellabo, non qui ætate aliquem præcedit, ſed qui in alicuius artis aut muneris exercitio eſt antiquior. Hunc itaque & ſcientia, & prudentia ſeniorem excellere palam eſt, quoad eius artis aut muneris exercitium. Quod & nos alibi hoc in tractatu, cum de experientia, tertia noſtræ arboris radice agebamus, latius explicuimus. Abſit ergo, inquit, Guillel. Bened. *vbi ſupra num.* 39. quod tam excellentes viri (de quibus paulo ante dixerat) ob ætatis defectum, vbi ſcientia abundat, totiuſque
26 virtutis exercitium, à tam ſublimi eis debita dignitate fuiſſent repulſi. Vt † igitur ad diffinitionem prudentiæ redeamus (quam ex Ariſtotele retulimus) dixi, eſt habitus, eo quod per præcedentem praxim neceſſe ſit vt habitum quis fecerit ad aptandum vniuerſalia particularibus, & hoc recta ratione, ſi enim ſine ratione & caſu bene operetur, aut cum ratione, ſed non recta, quia forte non tendat in bonum finem, non erit prudentia,
27 quippe quæ ſine iuſtitia nihil valeat ad faciendam fidem. Quo enim quis verſutior & callidior eſt, hoc inuiſior & ſuſpectior detracta opinione veritatis, inquit Tullius *officiorum* 2. *numer.* 47. *& ſequen.* Dixi præterea, eſt habitus cum ratione actiuus, ad differentiam ſcientiæ, quæ habitus appellatur ſpeculatiuus, eo quod ſpeculetur quis circa cognitionem vniuerſalium, quæ neceſſario ſe habent, prudentia autem circa particularia conſiſtit, & ea quæ contingenter eueniunt: id vero prudentia agit, vt intra ſe diſputetur & cōſilietur, quid particularibus contingentibus congruat ex vniuerſalibus, vt id conuenienter applicetur. Dicitur item actiuus, vt differat ab arte, quæ eſt habitus factiuus, vnde per talem habitum inſpicitur opus faciendum, quod tranſit in materiam exteriorem, vt in domum, librum, & ſimilia, quorum operum bonitas non conſiſtit in faciente, ſed in opere ipſo. Actus vero, qui prudentiæ adaptatur, non tranſit in materiam exteriorem. Eſt itaque habitus iſte circa hominis bona, vel mala, hoc eſt, circa contingentia bona conſeruanda, & agenda, mala fugienda, & præcauenda ne eueniant, aut ſi euentura ſint, minus lædant. Qui ergo talem habitum habet, prudens eſt, vt inquit Bart. *in tract. teſtimoniorum num.* 73.

CAPVT LIX.

PRVDENTIAE PARTES, VITIAQVE VIRTVtem imitantia continet.

SVMMARIA.

1 *Prudentiæ partes.*
2 *Prudentis eſt examinare conſilia.*
3 *Veritas faciem mendacij quandoque retinet, & econtra.*
4 *Vitia virtutem imitantia.*
5 *Prouidentia quid?*
6 *Circumſpectio quæ?*
7 *Superbi cum in altum proueh untur, memoriā priſtini ſtatus non retinent.*
8 *Prudentis conditio aucto non mutatur ſtatu.*
9 *Cautio quæ?*
10 *Prudentia particularis ſiue domeſtica.*
11 *Prudentia œconomica.*
12 *Prudentia regnatiua.*
13 *Iudices prudentes eſſe oportet.*
14 *Prudentia non modicum fidei affert & dignitatis.*
15 *Prudentia in iudice ex quibus dignoſcatur.*

16 *Indi-*

16 *Indignus merito cenſetur ſuperiore ordine qui indignus eſt inferiore.*
17 *Prudentia regnatiua in eo qui nondum iudex fuit quando probetur.*
18 *Prudens vere qui appelletur.*

PRudentiæ partes, vltra ea quæ paulo ante ſcripſimus *n.4. c.prox.* quo in loco tres expoſuimus partes, memoriam ſc. prǽteritorũ, intelligẽtiam pſentium, prouidentiã futurorum, ſunt aliǽ ſex, vt inquit Bart. *vbi ſupra prope finem, n.7* 4. vt ſic nouem partibus prudentia conſtet, quæ tribus comprehenduntur, videlicet cognitione, acquiſitione ipſius cognitionis, vi etiam eiuſdem cognitionis. Cognitio, quandoquidem prudentes ij ſunt quicunque agẽda, dicendaque cognoſcunt, imprudentes vero qui neutra vident, vt teſtimonio eſt Diuinus ille Plato 2. *Alcib. vel de voto, poſt princ.* Quæ, inquã, cognitio ſi præteritorum eſt, dicitur memoria, ſi pæſentium, intelligentia. Cognitionis acquiſitio, quãdoque procedit ex doctrina quæ ab alio percipitur, & hæc appellatur docilitas, quandoque ex inuentione multo tempore acquiſita, & hæc appellatur experientia. Sub hac item cognitionis acquiſione, inquit Bart. comprehenditur ſolertia, & deliberatio. Solertia eſt facilis, & prompta coniecturatio. At licet promptam requirat coniecturationem, deliberare tamen oportet, & hæc deliberatio appellatur. Vnde ex Biantis ſententia aggredi oportet agenda tarde: at poſtquam aggreſſus quis fuerit, agi conſtanter. Prudentis quippe, † vt teſtimonio eſt Seneca *lib. de virtutibus, c.* 1. proprium eſt examinare conſilia, 2
& nõ cito facili credulitate ad falſa prolabi. De dubijs, inquit, non diffinias ſed ſuſpensã teneas, ſententiam: nihil inexpertum affirmes, quia non omne veriſimile ſtatim verum eſt, ſicut & ſǽpius quod primum incredibile videtur, non continuo falſum eſt. Crebro † 3
ſiquidem faciem mendacij veritas retinet. Crebro mẽdacium ſpecie veritatis occulitur. Nam ſicut aliquando triſtem frontem amicus & blandam adulator oſtendit, ſic veri ſimilitudine coloratur mẽdacium, & vt fallat vel ſurrepat, coloratur. Quare dignitas rebus non ex opinione multorum, ſed ex earum natura eſt nimirum conſtituenda. Sunt enim quæ videntur eſſe bona, & non ſunt, & ſunt quæ videantur non bona eſſe, & ſunt. Hinc Tullius *in oratorijs partitionib. n.* 43. ſic ait; *Cernenda † autem ſunt diligenter, ne fallant ea* 4
nos vitia, quæ virtutem videntur imitari. Nam & prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in voluptatibus aſpernandis, & magnitudinem animi ſuperbia in animis extollendis, & deſpicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatem effuſio, & fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis, & iuſtitiam acerbitas, & religionem ſuperſtitio, & lenitatem mollitia animi, & verecundiam timiditas, & diſputandi prudentiam concertatio, captatioque verborum, & oratoriam vim inanis quadam profluentia loquendi. Hæc ille. Quibus Cicero docet, viciniam quandam eſſe & virtutum ac vitiorum. Quare cauendum eſt, vt & nos alibi quoque diximus, ab hominum quorundam impoſturis, qui aut ſeueritatem ſuperciliosa frõte, aut charitatem immodica comitate, aut clementiam ambitioſa placabilitate aut quoduis aliud præſtantis animi ornamentum exquiſito lenocinio ementiri didicerint. Qui igitur hǽc maxima cũ deliberatione perpenderit, prudens vere appellabitur, qui falli minime poteſt, non enim prudentẽ mouet dicentis authoritas, nec quis ſed quid dicat intendit. Cognitionis vis, quam partem eſſe tertiam prudentiæ diximus, in eo conſiſtit, videlicet,

5 licet, vt contingentia rectæ adaptentur rationi, quod tribus effici oportet. Primo, † vt ad bonum ordinentur & tendant finem, & hoc pertinet ad prouidentiam, quæ reſpicit futura, & hoc ſuadet Seneca quo loco pluries citauimus, cum ſic ait: *Si prudens eſſe cupis, in futurum proſpectum intende, & quæ poſſunt contingere animo tuo cuncta propone, nihil tibi ſubitum ſit, ſed totum ante conſpicies, Nam qui de futuro nihil præmeditatur, in omnia incautus incidit. Id quære, quod inuenire poſſis. Id diſce, quod ſcire potes. Id opta, quod optari coram bonis poteſt, nec altiori te rei imponas, in qua tibi ſtanti tremendum, aſcendenti cadendum ſit.*
6 Secundo † vt adaptetur circumſtantiæ negotij, & hæc vocatur circumſpectio, per quam prouidetur, ne impedimenta occurrant, quod eiuſdem Senecæ teſtimonio probatur dicentis, cum tibi alludit vitæ proſperitas, tunc te velut in lubrico retinebis, nec tibi dabis impetus liberos, ſed circumſpicies, quo eundum ſit, aut quouſque.
7 Optimum † profecto ſapientiſſimi hominis documentum, quo ingenia ſuperbientium facile comprimi edocetur: ſunt quippe nonnulli, quorum meminit Ioan. Fab. *in* §. *quibus. Inſtit. de capit. dim.* qui in altum prouecti credentes ſe glorificatos dedignantur reſpicere, aut alloqui eos, qui quondam ſocij, aut pares fuerunt. Contra quos fuit ſcriptum:

Degeneres animo cum qui prouehuntur in altum
Hos nouiſſe negant, quos habuere pares.

Solet enim nimirum potentibus vicina eſſe ſuperbia, & pene ſemper rebus affluentibus elatio ſociatur, vt ſcribit Greg. 26. *moral. c.* 23. *in fin.* Cuius rationem nobis inſinuat Barb. *in Clem.* 1. *col.* 13. *de iureiur.* Nempe, quia ſenſus ex pinguedine craſſus efficitur, & ideo memoriam nimirum ſtatus priſtini non retinent, nam & mores imprudentium mutantur, auctis opibus, *cap. vltim.* 44. *diſtinct.* tales denique efficiuntur, qualis fuit Bonif. Octauus, qui, vt fertur, intrauit Pontificiam dignitatem, vt vulpes: regnauit, vt leo; mortuus eſt. vt canis; prout iuris Pontificij interpretes referunt *in proœmio Sexti libri*, qui quidem ſuperbi prius feruent, poſtea deficiunt, vt *in c. notauimus*, 7. *q.* 1. ſuperbos namque ſequitur à tergo Deus. Vtinam qui in alto ſunt collocati gradu, eam ſemper memoriæ
8 mandarent ſententiam à Seneca *lib. de virtutibus cap.* 1. memoriæ proditam dicente. *Si † prudentiam amplecteris, vbique idem eris, & prout rerum ac temporum varietas exigit, ita te accommodes tempori, nec te in aliquibus mutes, ſed potius aptes, ſicut manus quæ eadem eſt, cum in palmam extenditur, & cum in pugnum aſtringitur.* Quod & Iuſtiniani inſtitutione cautum eſt *in* §. *quibus. Inſtit. de capit. dimin.* vbi ob dignitatem non mutari ſtatum ſcribitur. Honor enim auctus eſt, non conditio mutata, vt *in* §. *hæc autem, verſi. conſiderare, in authen. vt cum de appellat. cogn. coll.* 8. de quo aliquid per Iac. Rebuff. *in l. nullus.* 2. *num.* 3. vbi & Ioann. à Gradibus *in ſcholiis C. de decur. lib.* 10. *& in l.* 1. *C. de dignit. lib.* 12. *& in l.* 1. *C. de murilegulis lib.* 11.

9 Tertio, vis † cognitionis, de qua nuper agebamus, conſiſtit in eo, videlicet, vt impedimenta quæ prudenti occurrunt, euadantur, hæc nuncupatur cautio, quippe qui prudens eſt, non dicit, non putaui quidem hoc fieri, quia non dubitat, ſed expectat, non ſuſpicatur, ſed cauet. Nouem igitur ſunt ſi recte computentur prudentiæ partes: *Memoria, Intelligentia, Experientia, Docilitas, Deliberatio, Solertia, Prouidẽtia, Circumſpectio, & Cautio.* Sed vt inquit Bart. quis eſt ille, in quo omnia concurrant vniuerſaliter? des mihi & laudabimus

Digitized by Google

dabimus eum, ſunt tamen multi, in quibus prædicta imperfectè concurrunt, alij etiam
in quibus perfectè, in quibuſdam tamen ſpeciebus agendorum. Hi † ſunt, qui particula- 10
rem dicuntur habere prudentiam: ſeu, vt Cicero *partitionum n.*40. appellauit domeſticã;
ad ſui videlicet ipſius regimen, qui habent ea quæ generaliter de prudentia dicta ſunt, vt
enim medicina valetudinis, ſic viuendi ars eſt prudentia Cic. 5. *de fin.* Hi tamen quoad ſe
boni & prudentes eſſe poſſunt tantum, non quoad alios: aliorum quippe negotiorum
ſunt prorſus inexpertes, de quibus dici poteſt, ſancta ruſticitas ſibi ſoli prodeſt, verum
quoad alios prudens quis eſſe non poteſt, niſi quoad ipſius met regimen prudens fuerit,
teſtis eſt Bart. *in teſtimoniorum tract. n.* 77. *& ſeq.* adminiſtrator enim dari alterius non de-
bet, qui ſui moderator eſſe nequit, Specul. *in tit. de inſtrum. edit.* §. 14. alij † ad regimen fa- 11
miliæ prudentiam habent, quam œconomicam appellamus, cuius probatio fit, vt per
Bart. traditur *ibidem n.* 79. *& pluribus ſeq.* Alij † regnatiuam prudentiam conſequuti, hoc 12
eſt, Principes, ſeu alij magiſtratus & poteſtatem gerentes publicam, quorum conſtat of-
ficium in rectè miniſtrando in bonum finem: quietem, videlicet, & vtilitatem ſubdito-
rum, non in regentis lucri finem, vel gloriam. Nulli † ergo iudices tribunal aſcendant, 13
niſi prudentia abundauerint, vt *in l.* 8. *tit.* 5. *part.* 2. ne alias falli facile poſſint. Is enim, teſte
Seneca, prudens dicitur, qui falli non poteſt, fallere non vult. *l. vlt. C. de ponder.* & auri illa-
tori. *l. cum pater.* §. *Titio. ff. de legat.* 2. id quod præcipit Dominus per Matthæum *c.* 10. his ver-
bis: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ*: refert Gratianus *in cap. pen.* 36. *diſt.*
Dux vtique indigens prudentia, multos opprimet per calumniam, *Prouerbiorum* 28. at-
que, vt 6. *Ethic.* Ariſt. autor exiſtit, regere, atque imperare prudentiæ munus eſt. Quanta
denique pericula occurrent ſubditis iudicem habentibus imprudentem, expertus fuit
ſeruus ille, qui, vt Valerius refert, metu pœnæ & torturæ confeſſus fuit, ſe occidiſſe con-
ſeruum, ob idque à iudice vltimo fuit ſupplicio damnatus, qui tandem poſt acerbæ ſen-
tentiæ executionem, viuus conſeruus, de cuius morte quærebatur, domum redijt, quod
Plato *libr.* 34. *de leg. dialog.* 4. doctiſſime aſtruit cenſetque ex omnibus ciuibus, illos eli-
gendos eſſe ad gubernandum, quotcunque ſint, qui tantum cæteris prudentia & tem-
perantia præſtant, quantum viri pueris præſtare ſolent, atque ſi quis inter electorum nu-
merum ſimili ferme interuallo cæteros antecellat, Regem ait eſſe conſtituendum, ſed
quid in laudibus prudentum tandiu demoremur? Nempe † hoc tantum laudis memi- 14
niſſe operæpretium exiſtimo: ſi exploratum nobis ſit plurimum fidei, dignitatiſque af-
ferre prudentiam, quippe quæ id efficiat, eamque ſemper legem præ ſe ferat, nimirum
vt his fidem habeamus, quos plus intelligere, quam nos arbitremur, quoſq; futura reſpi-
cere credimus, & cum res agatur, in diſcrimenque ventum ſit, expedire rem, & conſiliũ
ex tempore capere poſſe. Itaque his ſalutem noſtram, his fortunam, his liberos rectiſſi-
me committi arbitramur, vt Cicero probat *officiorum* 2. *num.* 46. & multo ante eum Plato
in ſuo Lyſidi, ſeu de amicitia libello, col. 94. ſingula exiſtimabar, in quibus prudentes ſumus,
nobis eſſe concedenda, nempe vicinum tibi ſuæ domus gubernationem proculdubio
conceſſurum, nec per ſe adminiſtraturum, ſi intellexerit in re familiari peritiorem eſſe,
nempe agrorum, equorum, & ſimilium ſi eius rei compererit te eſſe expertum. An dubi-
tas, inquit, quin rempublicam tibi commendẽt Athenienſes, cum primũ te in his rebus
pruden-

Digitized by Google

prudentiorem alijs eſſe perceperint? cui Lyſis reſpondit, non dubito. At, inquit, ſi filius
Regis oculos ęgrotaret, nunquid permitteret eum oculos ſibi attrectare, an prohiberet,
cum medicum illum nō exiſtimaret? Hos autem, ſi modo putaret peritos medicos eſſe,
nil impediret, etiam ſi vellemus patefactis palpebris, & cinere ſuper infuſo curare? tan-
dem Lyſis reſpondit, vera loqueris, quin etiam cętera omnia nobis committeret, potius
quam vel ſibi ipſi, vel filio, in quibus ſapientiores nos eſſe putaret, in his denique, ait Pla-
to, in quibus prudentes ſumus, arbitratu noſtro agemus, neque vllus ſponte nobis ob-
ſtabit, quominus & nos liberi ſimus, & aliorum duces, & cum nobis hæc ſinguli confe-
rant, noſtra erunt, quæ vero ignoramus, nemo nos vt lubet agere permittet, ſed omnes
pro viribus repugnabunt, non extranei tantum, verum parentes etiam, & quod nobis
propinquius eſt, nos quoque ipſi non nobis, ſed alijs miniſtrantibus: & hæc cum nullo
nobis emolumento ſint, à nobis aliena exiſtent. A D V. Vera profectò loqueris, id ta-
15 men mihi compertum eſſe velim, quonam † modo prudentiam cognoſcemus in ho-
mine, quem ad magiſtratus, alióſve honores producere feſtinamus. R E L. Nempe vt
vir prudens verè dici poſſit. Primum nactus ſit, oportet, ingenium ſolers, memor & la-
borioſum. Deinde quod ſtatim à puero animum exerceat, ratiocinetur, exacteq; ſpecu-
letur, quæ veræ ſunt philoſophiæ, poſtea de legibus diuinis, & vitijs hominum expe-
rientiam adipiſcatur. Duo enim ſunt, quæ prudentis habitum gignunt: quorum alterum
eſt, vt mens diſciplinis & cognitione ſit munita: alterum ſpectacula & negotia multa,
quæ partim ipſummet expectaſſe oportet, partim alio modo percepiſſe. Itaq; vtrumque
ſimul & ſpeculatio, vniuerſaliumque cognitio, & experientia qua particularia cogno-
ſcuntur ad perfectam requiritur prudentiam: nec alterum ſufficit. Quod certe (ſi hæc
ita facile cerni nequeant) ex eo æſtimari licebit, quod quis fecerit, dum in inferiore gra-
16 du conſiſtebat: Quippe † qui indignus fuit inferiori gradu, indignior erit ſuperiore pa-
lam eſt, vt Pomponius reſpondit *in l. qui indignus. ff. de ſenatoribus.* Hinc conſtitutum eſt, vt
gradatim de minoribus ad maiores gradus perueniatur, ita vt non prius maiorem magi-
ſtratum quiſquam, niſi prius minorem ſuſceperit, gerere poſſit, vt Calliſtratus ait, *in l. ho-
nor. §. gerendorum. ff. de mun. & honor.* & Modeſtinus *in l. vt gradatim. in princ. ff. eod. tit.* quod
17 tamen infra opportunius tractabimus (A D V.) At ſi † nullum adhuc geſſit officium,
nullumque gradum dignitatis tenuit, quo pacto in eo iudicabimus prudentiam regna-
tiuam, quæ vt dixi, eſt habitus, habitus vero niſi ex præcedentibus actibus probari non
poſſit? (R E L.) Solam inquit Bartol. ea in ſpecie eſſe inſpiciendam diſpoſitionem &
aptitudinem, quę ex natalibus & facultatibus pręſumitur, vt principio dixeram num. 15.
In hac enim prudentia requiritur perſona omni turpitudine carens. Infamis quando-
quidem iure aut facto ad nullam dignitatem vocatur. *l. honor. §. de honoribus. ff. de mun. &
hon.* Alia eſt prudentia politica ſeu ciuilis, quæ in ſubditis, vt in bonum finem domini
operentur, exiſtit. Alia eſt militaris, quæ conſiſtit in bene operando in finem victorię ob
quietem reipublicæ, de quibus Bart. tractat *in ſuo teſtimoniorum libello n. 91. & 92.* & quia
18 ad rem de qua agimus non pertinet, de his hactenus. Vt interim † non omittam cele-
brem doctrinam Auguſtini *in lib. de Ciuit. Dei.* qua his finem imponam, dicentis, qui ſine
vera Dei ſapientia æſtimat ſe prudentem fieri poſſe, non prudens, ſed ſtultus in cæcitate

noxia

Digitized by Google

noxia ſtultus & demens permanebit: habentur hæc tranſumptiue *in cap. qui ſine. 26. quæſt.* 2. Cic. *de natura deorum num.* 247. neminem, ait, virum magnum ſine afflatu diuino vnquam fuiſſe. *Is enim qui ſapiens eſt corde, prudens appellabitur. Prouerb. 16.* & iterum poſt pauca, *Prudentia, & prouidentia præcedere debent verba & actus:* & paulo poſt: *Sapientia pretioſior eſt auro, & prudentia pretioſior argento. In facie* namque *prudentis lucet ſapientia, pluſque proficit correptio apud prudentem, quam mille plagæ apud ſtultum:* vt ſcribitur *Prouerbiorum* 17. *Sapientia vtique ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. Prouerbiorum.* 24. Nemo denique improbis moribus, quacunq; vel ſcientia, vel prudentia, quę potius in viro prauo erit aſtutia, prępolleat, ad huiuſmodi prouincias eſt promouendus, vt non minus ſcite quam eleganter probat Dom. Soto *de iuſt. & iure lib. 3. quæſt. 6. artic. 4. 5. concluſ.* ex Ariſtotele *Polit.* 3.

CAPVT LX.

ARBORIS NOSTRAE FRVCTVS, HOC EST, IVſtitiam explicat.

SVMMARIA.

1 *Iuſtitia & æquitas fructus ſunt arboris noſtræ, hoc eſt, iudicis.*
2 *Iuſtitiæ generalis definitio.*
3 *Iuſtus vere qui dicatur.*
4 *Iuſtitia regina eſt omnium virtutum.*
5 *Iuſtitiæ tantum vmbra vtimur.*
6 *Iuſtitia vniuerſalis non poteſt cum ſcelerato homine habere commercium.*
7 *Iuſtitiæ particularis definitio.*
8 *Iuſtitia à natura profecta.*
9 *Iuſtitiæ particularis ſpecies.*
10 *Iuſtitiæ particularis ab vniuerſali diſcretio.*
11 *Iuſtitia particularis à viro reprobo exercetur.*
12 *Magiſtratus omnibus ornatos virtutibus eſſe decet.*

NONO & vltimo † fructus iuſtitiæ æquitatis arbor noſtra producit. Fructus enim 1
diuinus appellatur iuſtitia, vt *in cap. graue. in fin. 35. quæſt. 9.* at de particulari iuſtitia tantum, non de vniuerſali hæc intelligenda ſunt. Arboris enim noſtræ, hoc eſt, iudicis, aut eius qui ad publicam adminiſtrationem adſcitus eſt, fructus, particularis eſt iuſtitia. Nam generalem, radicis potius, quam fructus, loco eſſe conſtat. Vt ergo perfecte habeamus quomodo hæc intelligantur, ſciendum eſt, iuſtitiam duplicem eſſe, vt teſtimonio eſt Ariſtot. *Ethicorum & Politicorum libris*, Generalis, videlicet, & particularis. Generalis † vt ipſemet Ariſtot. definit, eſt habitus, quo homines apti ſunt ad res iuſtas agen- 2
das, & quo iuſta agunt, & volunt iuſta. Hinc Cice. *offic. 2. num. 53. Ex iuſtitia*, ait, *boni viri appellantur. Nemo † enim iuſtus eſſe poteſt, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egeſtatem timeat:* 3
aut qui ea quæ ſunt his contraria, æquitati anteponat. Vel ſecundum Anſelm. *lib. de virt. cap.* 12. Iuſtitia eſt rectitudo voluntatis propter ſe ſeruata. Vel vt Auguſt. *lib. 1. de moribus eccleſiæ*, diffinit, eſt amor Deo tantum ſeruiens. Hinc Plato *lib. 8. de ſanctitate. col. 9. in princ. Iuſti*, ait, *partem, ſanctum & pium eſſe reor: quæ, ſcilicet, circa deorum curam verſatur: eam vero quæ ad hominum curam pertinet, reliquam eſſe iuſtitiæ partem*: quam nos particularem diximus: de qua infra veniet diſſerendum. Porro iuſti, viri que boni partes, teſte Cicerone, ſunt, primum, ne cui noceat, ne ſui quidem commodi cauſa: deinde vt proſit quibus poſſit, communis

vtilitatis ſemper habita ratione; ſed quod addit, niſi laceſſitus iniuria, parum conuenit
4 cum his quæ Matthæus & Lucas de diligendis inimicis tradidere. In † hac vniuerſali abundantique iuſtitia virtus maxima ineſt, vt ſcribitur *Prouerbiorum*.15. recte igitur Ariſt. Ethic.5.cap. primo, *Iuſtitia*, inquit, *in ſeſe virtutes continet omnes*: atque adeo nec heſperus nec lucifer ita admirabililis, ob idque virtutum omnium reginã eam eſſe atteſtatur Cicero *offic.3.num.35*. Hier. *in epiſt.18. ad Demetr.* & è noſtris Paul. Caſt. *in iuſtitia. de iuſt. & iure.* Maior ſiquidem eſt prudentia, vt profitetur diuus Tho.2.2.*q*.58 *art. vlt*. quippe quæ ſine prudentia plurimum valeat, prudentia vero ſine iuſtitia nihil, vt & nos quoque ſupra ex Cicerone *officiorum ſecundo* probauimus. Maior etiã fortitudine & tẽperantia vt per eundem Thom. traditur quo in loco nuper citauimus, textum etiam habemus Iuſtiniani *in authent. vt om. iud. obed. pro. in principio, coll.5.* quem adhoc citauit Alber. *in proœmio ff. veteris numero* 7. Probaturque optime apud Stobæum *ſermone* 7. vt ex Polo Pythagorio Lucano ipſe accepit, Iuſtitia, inquit, inter homines videtur mihi mater & nutrix cæterarum virtutum appellanda. Nam ſine illa nec temperantem, nec fortem, nec prudentem eſſe quenquã, fieri poteſt. Quippe harmonia & cõcordia totius animæ eſt cum concinnitate. Sed quid in his moror; Nempe ab eo incipit iuſtitia, & in eo quoque concluditur, qui omnia in ſeſe continet, quique ſolus iuſtus & incomprehenſibilis eſt, quã in re Tullius omnium prudentiſſimus, licet lucis veræ ignarus 4. *de finibus numer*.17. ſummi aſſerit
5 iuſtitiam eſſe rectoris, & Dei numen. Cuius † nos (alibi ingenue fatetur) nullam effigiem tenere, ſed vmbra & imaginibus vti, & eas ipſas vtinam conſequeremur. Sed quis mortalium eas apprehendet? aut quis eis vtetur? Me latet quidem, prout etiam neſcire
6 fatetur Fort. Garſia *de vltimo fine iuris can. & ciuilis, in prin. n*.1. † Hæc vniuerſalis iuſtitia non poteſt cum ſcelerato homine habere commertium *c. forus extra de verb. ſignif.* tantum enim abeſt vt à viro nequam exerceatur, vt eam niſi qui virtutes reliquas omnes complexus fuerit, nullus aſſequatur. Hæc item iuſtitia, teſte Ariſt. non modo perfecta ſed & omnium virtutum eſt præclariſſima, cuius tanta eſt vis, vt citra eius condimentum reliquæ virtutes omnes inſulſæ ſint & inſipidæ, ac ne nomen quidem virtutum habere mereantur, vt Cicero atteſtatur *officiorum* 2. & paulo ante *num*.13. nihil eſt honeſtum, ait quod nõ ſit iuſtum & vtile. Hac igitur radice ſuffulta arbore noſtra, nimirum ſi adeo virtutes cæteræ coaluerint, vt iuſtitiæ particularis fructus producantur. Quare optimus quiſque huius viridarij inſitor eos ad imperandum deligat, quorum de iuſtitia & prudentia magna ſit opinio multitudinis, vt inquit Tull. *officiorum lib. 2. num.* 59. at ſicuti res eſt longe omnium præclariſſima ea vniuerſalis iuſtitia, quę viri boni nomen tribuit, ſic etiam eſt repertu difficillima. Nam, vt Cicero inquit, ſi vir bonus eſt is qui prodeſt, nocet nemini, certe iſtum virum bonum non facile reperiemus.

7 Aliam † præterea eſſe diximus iuſtitiam particularem, videlicet quæ ab Vlpiano doctiſſimo Iureconſulto *in l. iuſtitia. ff. de iuſt. & iure*, ita diffinitur. *Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens:* quam definitionem Alciat. *lib.* 1. *Parergon cap.* 31. defendere nititur ab impugnatione Rodulphi Agricolæ *lib. de inuention. dialectica* 2. negantis iuſtitiam eſſe conſtantem voluntatem, nam vt Alciat. inquit, Cicero certe Iureconſultis noſtris conſentit, ſiue eam definitionem ſequutus, quam libro de inuentio-

ne 2.nu-

ne 2.numer. 240. ſiue eam, quam ad Herennium libr. 3. numer. 94. deſcripſit: Altero
enim loco, *Iuſtitia*, inquit, *eſt habitus animi, communi vtilitate conſeruata ſuam cuique tribuens
dignitatem*: altero, *Iuſtitia eſt æquitas ius vnicuique tribuens pro dignitate cuiuſque.* Atqui et-
iam melius videtur Alciato ab Vlpiano conſtans voluntas appellata, quam à Cicerone
habitus animi, vel æquitas tantum, cum vt ſupra *c. præcedenti* oſtenderat, non in ſolo æ-
quo conſiſtat, ſed in bono quoque, & eo quod publice intereſt, vt Vlpianus *in dict. leg. 1.*
ius definiens adnotauit, cui definitioni omnes poſt Ariſtot. Peripatetici aſſentiuntur,
ſic definientes: *Iuſtitia eſt habitus electionis compos in his, circa quæ vir bonus publicæ vtilitatis
legumque ſeruandarum cauſa ſeruatur.* Cuius etiam Vlpiani definitioni ſubſcripſit beatus
Thom. 2.2. *quæſtion. 58. articul. 1. in fin.* Domin. à Soto *de iuſt. & iure, libr. 3. quæſtion. 2. articul.
1. & ſequen.* quæ ſi recte intueantur, idem ab omnibus dictum deprehendes. Cuius † iu- 8
ſtitiæ initium, ſi Ciceroni *de inuentione libr. 3. numer. 240.* credimus, eſt à natura profe-
ctum: deinde quædam in conſuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt: poſtea res & à
natura profectas, & à conſuetudine probatas, legum metus & religio ſanxit.
Iuſtitiæ particularis † duæ ſunt ſpecies, commutatiua videlicet & diſtributiua, quarum 9
quælibet tria requirit, vt poſt Ariſtotelem declarat Thomas de Vio *in ſuo de monte pieta-
tis libello, cap. 4.*

Differt † autem particularis ab vniuerſali ſeu generali iuſtitia hoc vno maxime, quod 10
illius particularis ſcopus ſit erga vnumquemq; priuatim ſeruare æquitatem, nam quod
& fiſco vel ærario debeatur curare, vt ſaluum integrumque ſit, neue ſacra profanentur,
magiſtratusue lædantur. Quo † munere etiam vir malus, aut ſaltem neque fortis, neque 11
temperatus, neque admodum prudens, ſed ſolius iuſtitiæ particularis ex præſcripto le-
gum non ignarus vtique fungi poteſt, & paſſim vtitur, vt Claudius Cantiuncula profi-
tetur *de officio iudicis: c. 1. nu. 5.* Vniuerſalis vero iuſtitia à reprobo viro exerceri non poteſt,
vt & nos *ſupra num. 6.* latius probauimus. Ratio huius diſcriminis hæc eſt, quia generalis
iuſtitia in ordine ad operantem conſiſtit. Iuſtitia vero particularis in ordine ad alterum
proprie conſiſtit, vt author eſt *Ariſt. 5. Ethicorum*: vt reddere depoſitum, reſtituere com-
modatum, omneſque aliæ operationes, quæ iuſtitiæ ſubiacent: ad horum ſiquidem re-
ctitudinem propriam, id eſt, ad hoc vt iuſta ſint opera, ſufficit quod alteri commenſura-
ta ſint æqualiter: vt quia reſtitutio acceptioni æquatur. Non ergo hac in ſpecie refert, qua
quis intentione reddat, vel reddere faciat, aut debitum perſoluat. Fateor † tamen pluri- 12
mum intereſſe, ſi iuſtitiæ virtutem operanti attribuere velimus. Perfecta namque iuſti-
tiæ bonitas non tantum in ipſo opere, verum & in operante conſiſtit. At iuſtitia vniuer-
ſalis, cæteræque virtutes expleri abſque virtute operantis non poſſunt, vt Tullius *offi-
ciorum 2. numer.* 48. probauit. Negari tamen non poteſt ſub vniuerſali iuſtitia & par-
ticularem comprehendi. Nam qui alijs iuſtitiam non exhibet, iuſtus profecto dici non
poteſt. Ariſtotel. autem *Politic. 3.* poſtquam diſſeruit non idem eſſe, vt quis bonus
ſit ciues, atque bonus, exceptionem ſtatim ſubdit, videlicet cum ciuem, qui præſi-
dens eſt & princeps, virtutibus omnibus viri boni indigere, quod ſcitiſſime probat
Dom. à Soto *de iuſtitia & iure lib. 3. quæſt. 6. artic. 4. concluſ. 5.* Nemo, inquit, qui impro-
bis eſt moribus, quacunque vel ſcientia vel prudentia, quæ potius in viro prauo erit

aſtutia, præpolleat, ad huiuſmodi prouincias eſt promouendus. Enimuero artem quæ ſolo intellectu conſideret, poteſt quidem vir nequam probe exercere, vt fidibus dulciter canere, pulchre pingere, affabre ſculpere. Illam vero practicam quæ in iuſtitiæ adminiſtratione poſita eſt, nemo niſi virtutum vniuerſitate præditus, exequi valet iuſte: cuius ratio in promptu eſt, quod, vt *6. Ethic.* Ariſtoteles author exiſtit, regere atque imperare, prudentiæ munus eſt: prudentiæ autem ſecum habet cunctas virtutes connexas: & potiſſimum prudentia iudicis: eſt namque, vt *5. Ethic.* docetur, iuſtitiæ cuſtos: haud tamen iniquitates omnes reipublicæ exagitare poteſt, ac ſecundum leges vindicare, niſi fuerit virtutum omnium decore perornatus. Nam qualis vnuſquiſque eſt, talis ſibi finis eſſe videtur, ob idque de officijs non poteſt quis iudicare bene, qui maligne illis affectus eſt. Quin vero vt rerum vſu & experientia conſtat, corruptus animus non poteſt non æquitatem iuſtitiæ labefactare.

CAPVT LXI.

IVSTITIAE PARTICVLARIS COMPARATIONEM ET DEſcriptionem tradit.

SVMMARIA.

1 *Iuſtitia turri comparatur, & triangulo continetur.*
2 *Iuſtitia fonti adæquatur perenni.*
3 *Iuſtitiæ depictio ex Aulo Gellio.*
4 *Iuſtitia fructibus arboris comparatur.*
5 *Iudex medium inter celeritatem & cunctationem teneat.*
6 *Arbores noſtræ quo ſint modo rigandæ?*
7 *Litis ſumptus & labores maxime ſi differatur & victo, & vincenti enarrantur.*
8 *Seueritas in iudice an & quando vtilis ſit reipubl.*

VErum non incongrue hîc tractari poteſt quid in ſe hæc particularis iuſtitia contineat, cuive rei comparetur, aut quomodo depingatur. Varij hac in re varia dixêre,
1 nempe † Bald. in procemio Gregoriano in fine, iuſtitiam aſſeruit, quodam triangulo contineri, veluti turrim fortiſſimam triangularem, hoc eſt, honeſte viuere, alterum non lædere, ius ſuum vnicuique tribuere. § *iuris præcepta. Inſtit. de iuſt. & iur. l. vlt. tit. 1. p. 3.* de qua ſcribitur Prouerbiorum 18. *Turris fortiſſima nomen Domini*: ſed nomen Domini, hoc eſt Chriſtus, eſt ipſa iuſtitia, *cap. æſtimant. 11. q. 3.* quam turrim mire ſtruxit Guillelm. de Rouill. *lib. 1. de iuſtitia & iniuſtitia*: vbi de tribus eius angulis late diſſeruit, *cap. 13. & duobus ſeq.*
2 *& in lib. 2.* iniuſtitiam tanquam belluam depinxit. Alibi † iuſtitia aliter depingitur, in l. videlicet regni noſtri. *1. tit. 1. p. 3.* Fonti enim perenni adæquatur, in quo tria conſiderantur; aqua, videlicet, quæ contra Orientem oritur, ſic iuſtitia Solem reſpicit, hoc eſt, Deum, qui eſt Sol iuſtitiæ. Item aquæ curſus, fluit enim ſemper: quare dulcior quidem eſt, & ſapidior, ſalubriorque eam bibentibus, ad eundem fere modum iuſtitia nunquam minuitur, neq; conſumitur; atq; ideo ſaporē præſtat ea indigentibus. 3. Quia ſicut aquæ bonitas eſt contraria temporum iniquitati, vt quæ frigoris tempore calida, & caloris frigida inuenitur: ita & eius, quod ex iuſtitia oritur, iniurias hominibus illatas aufert, omniaque improbe facta comprimit. Denique † Gellius *lib. noctium Atticarū 14. c. 4.* refert Chry-
3 ſippum

ſippum apte nimis & graphice imaginem depinxiſſe iuſtitiæ, modulis, coloribuſq; verborum ad hunc ferme modum: forma atq; filo virginali, aſpectu vehementi & formidabili, luminibus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, ſed reuerendæ cuiuſdam triſtitiæ dignitate. Ex imaginis autem iſtius ſignificatione intelligi voluit, iudicem, qui iuſtitiæ antiſtes eſt, oportere eſſe grauem, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, contraq; improbos, nocenteſq; immiſericordem, atque inexorabilem, erectum, arduum atq; potentem, vi maieſtateq; æquitatis atque veritatis terrificum. Quidam tamen delicatiores Philoſophi ſæuitiæ imaginem iſtam dixerunt, non iuſtitiæ, prout idem Gellius ait. Quamobrem † alio libet modo iuſtitiam depingere, ſi modo mea fuerit ad- 4
miſſa depictio, fructibus enim iuſtitia adæquatur arboris probe radicatæ, quæ ſtipitem fortem & integrum, purgatos ramos, virides frondes & latas, floreſque non marcidos habuerit, taliſq; fuerit, qualem nos depinximus, qualis enim arbor fuerit, talem ex ea fructum colligere ſperabimus. Caueat † tamen interim optimus quiſq; iuſtitiæ antiſtes, ſi 5
fructuoſa arbor appellari maluerit, ne iuſtitiæ fructus immaturos, aut nimis maturos & paſſos producant. Nam ſi ſe præcipiter iudex in ferenda ſententia antequam diſcuſſum fuerit negotium, meritiſq; cauſæ minus debito examinatis, immaturos longeq; fructus feret acerbos, guſtui nimirum acerbitate moleſtos & iniucundos. Ita fit teſte Columel. vt vua, perinde atque cæteri arborum fructus, primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit, quod fuſius probauimus *ſupra iſta ead. parte. cap. 39. num. 3. & ſeq.* Quandoque † tamen culpa inſitoris, ſeu eius, qui curam gerit pomarij, poma, alijve arború fru- 6
ctus non matureſcũt, quod forte congruo arbores non rigauit tempore: ſic in iudicibus vſu venit perſæpe, acerbos iuſtitiæ ferunt fructus, quod à principe congruis non rigentur ſalarijs. Nam ſi, vt commode ali queant ipſi, eorumq; familia, prout muneris exigit qualitas, ſalaria non ſufficiunt, neceſſum eſt vt aliunde id quærentes, ſuo non poſſint vt par eſt, muneri deſeruire. Sæpiſſime † etiã iudices poſt cauſæ merita examinata & plene 7
diſcuſſa, deliberatione que vt oportet habita, aut tempore ad diſcutiendum deliberandumq; decurſo, differunt iuſtitiæ fructus proferre, cauſamq; definire: quod vtique nihil aliud eſt, quam fructus nimis maturos, & paſſos, purulentoſque, & corruptos producere, minuſq; ſapidos vtriq; ex litigantibus. Quandoquidem victus acerbe guſtabit eos, idq; palam eſt, victor autem paſſos nimis & purulentos colliget iuſtitiæ fructus, cum forte paulominus expenderit, quam ei valor totius ſteterit cauſæ, cumq; excuſſum eum & exhauſtum iudices eorumq; officiarij dimiſerunt, deplumiſque euaſerit, vt cui nihil iam ſibi reliqui fecerint, pecunijs quippe ſpoliatum illum, honoreq; nudatum reliquerint. Tot deniq; labores, moleſtiæ, impenſæ, & ſumptus ſequi ſolent litigantes, etiam ſi victoriam reportarint, vt ſatius certe ſit, ſemel vinci, quam ſæpius vincere, aut diutius litigare, vt docet experientia, & non obſcure innuit text. *in l. minoribus 25. annis ſubuenitur. ff. de minor.* vt non immerito ſcriptum ſit *in l. item ſi res. §. vlt. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact.* Hæc enim verecunda cogitatio eius, qui lites execratur, non eſt vituperanda; cum alijs multis in hanc ſententiam adductis ab Alberic. *in l. etiam. in princ. ff. vt leg. nom. caueat.* & Luc. de Penn. *in l. litibus. Cod. de agricol. & cenſ. libr.* 11. & nouiſſime à Matthæ. Paco. *in ſuis commentarijs, in titulo de mand. Apoſtolicis. §. & vt obuietur, in princ.* & Petro Rebuffo *in procemio concordatorum,*

Digitized by Google

cordatorum, in verbo ſumptibus. Medium igitur eligendum eſt à iudice, qui virtutem amplexus, optimos & maturos iuſtitiæ voluerit producere fructus: vt non modo inter celeritatem & cunctationem, verum etiam inter ſeueritatem, & æquitatem, auſteritatem, & 8 manſuetudinem, iuſtitiam, & miſericordiam, medium teneat. Siquidem † ſeueritas, per quam iudiciaria poteſtas vel vindicta diſtrictius in aliquem exercetur, perutilis eſt Reipublicæ, nam, vt inquit Ariſt. 8. Politicorum, bene operans nulli parcit. Hinc Caſſiodor. *variarum* 12. *epiſtola* 3. ſeuerus, ait, dicitur, quaſi ſatis verus, tenet enim ſine pietate iuſtitiam, cumque tanta ſit in republica morum varietas, vt nemo valeat leges defendere, niſi terror videatur aliqua temperare, miniſterio ſeueritatis noſtra quies adiuuatur, vt teſtimonio eſt Auguſtinus ad Macedonium, quem Gratianus refert *in cap. prodeſt.* 23. *q.* 5. Impunitatis quippe ſpes, maxima eſt peccandi illecebra: Cicero pro Milone *num.* 33. Ex quibus facile deducitur, quod ad Reipublicæ conquaſſatæ reparationem expedit potius ſeueritas, quam remiſſio. vnde magna licentia coërcenda eſt grauiſſima ſeueritate; vt *in l.* 1. *C. de his quæ ex publ. coll. illata ſunt.* Quoniam ex ſeueritate ſolus offenditur qui punitur, ex remiſſione offenduntur lex, rex, & grex; imo omnis res: ſic Ægidium Cardinalem, ſediſq; Apoſtolicæ legatum dixiſſe refert Luc. de Penna *in d. l.* 1. *C. de his quæ ex publica collatione illata ſunt non vſurpandis, lib.* 10. Cuius dicta, more ſuo, tranſtulit Chaſſanæus *in catalogo gloriæ mundi* 5. *part.* 20. *conſider.* &, vt Salluſtius dixit *in Iugurthino: Bonus ſegnior fit, vbi negligis, malus improbior*; Quare concluditur, ſeueritatem à iudicibus eſſe amplexandam, quippe quâ Rex honoretur, lex cuſtodiatur, grex ſaluetur & conſeruetur: per contrarium autem lenitate Rex contemnatur, lex deſpiciatur, & grex inficiatur. Etenim æquiſſimum eſt, vt quos Dei timor à peccato non reuocat, eos diſciplinæ ſeueritas coërceat, *c. cum in cunctis. prope fin. de elect.* Nam maioris interdum eſt roboris delictorum iniquitas, quam legum æquitas, inquit Imperator *in auth. vt non fiant pign. in princ. coll.* 5. atque qui de malis pœnas non ſumunt, bonos affici volunt iniurijs, vt Lyſias dixerat.

CAPVT LXII.

DE SEVERITATE, STRICTO IVRE, ET AEQVITATE agit.

SVMMARIA.

1 *Seueritas quid?*
2 *Strictum ius æquitati aduerſatur.*
3 *Ius ab æquitate differt, quandoque idem ſunt.*
4 *Strictum ius humanitati aduerſatur.*
5 *AEquitas pluribus nuncupatur modis.*
6 *AEquitatis definitio multiplex.*
7 *AEquitas ſcutum eſt inexpugnabile.*
8 *AEquitas mente nititur, ius autem verbis.*
9 *AEquitatem rationi coniunctam non imaginariam ſequi oportet.*

1 ADV.) Quid eſt † ſeueritas? (REL.) Alber. *in l. proſpexit. ff. qui & à quibus.* dixit, ſeueritatem ius eſſe ſtrictum æquitati oppoſitum: text. eſt *in c. vlt. extra de tranſact. & in l. ſi compen-*

compenſandi, ibi, *iuris ſeueritas. C. de her. inſt. & in l. nulla. ff. de legibus*: vbi ſcribitur, nullam æ-
quitatis benignitatem pati, vt quæ ſalubriter pro hominum vtilitate introducuntur, ea
duriore interpretatione contra ipſorum commodum producantur ad ſeueritatem. A-
libi etiam ſeuera interpretatio dicitur *in l. 2. in princ. ff. de cuſtod. reorum*, & ſeuera ſententia
in l. 1. §. caſum. ff. de poſtul. & ſeuerus iudex. Cicero 5. *in Verrem actione*, & ſeuerus cuſtos le-
gis, apud eum *prima in Verrem actione*. Hæc † autem mihi probantur, eo quod ſtrictum 2
ius æquitati aduerſatur, id eſt, quod latius minuſve quam æquitas dictet, aliquid ſta-
tuar, vt patet ex *l. placuit. C. de iudicijs*, quum ſic ait: Placuit in omnibus rebus præcipuam
eſſe iuſtitiæ æquitatiſque, quam ſtricti iuris rationem, atque ex *l. 2. §. quanquam. ff. de a-
qua pluu. arcen.* cuius verba hæc ſunt: Hoc æquitas ſuggerit, etiam ſi ſtricto iure deficia-
mus, & *in l. ſi res tuas. C. ad exhib.* ita fit vt ius ſit regulare, quod regula innititur, *l. penult.
ff. de conſt. pecun.* prout ex ea Tiraquell. expendit *de vtroque retractu part. 1. gloſſ. 1. numer. 5.*
Plerunque etiam ius ſimpliciter in legibus noſtris pro iure ſtricto ponitur, vt eſt videre
in l. nulla. ff. de legibus, vbi ita ſcribitur: *Nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur: & in
l. epiſtola. §. de inoffic. ſ. ff. de pactis, & in l. ſi ex duobus. §. ſed ſi plures ff. de peculio. l. 1. & vltim. C.
de legi.* Tullius etiam in oratione pro Cæcinna, *Sed cauſam*, ait, *ſuam vult vobis æquam pro-
bari, non modo certam, & æquitati quoque, non modo iure niti.* Hincque † Donatus, Teren- 3
tianus interpres in Adelphis, *Inter ius*, inquit, *& æquitatem hoc intereſt: Ius eſt quod omnia
recta & inflexibilia exigit. Æquitas eſt, quæ de iure multum remittit.* Quanquam non ſemel
in iure noſtro hæc non ita ſeparantur, ſed veluti ſi vnum in altero inſit, ita de his tra-
ctat, vt *in l. 1. in princip. ff. de inſt. & iure*, cum dicitur, ius eſt ars boni & æqui, & *in l. ius
pluribus, eod. titul.* & apud Tullium, ſi is eſt, ad Herennium *libr. 3. numer. 94.* iuſtitia eſt
æquitas ius vnicuique tribuens pro dignitate cuiuſque. Idemque iuris æquitatem ap-
pellat *in oratione pro Lucio Plancio, & libr. officiorum 3.* in primiſque operam dabunt, vt
iuris & iudiciorum æquitate ſuum quiſque teneat: id quod facit etiam Imperator *in l.
cum nec patronos, ibi, iuris æquitas permittit. C. de iniuriis.* Alibi † etiam ſtrictum ius huma- 4
nitati aduerſatur, vt *in l. Panthenius. in princip. ff. de acquir. hered. in l. ſcriptum. in princip. ff.
de lib. & poſthum. & in l. 1. §. qui operas. ff. ad Tertullian. l. penultim. §. de illo. ff. de condit. & de-
monſtr. l. Thais. §. pubertatem. in fin. ff. de fideicommiſſ. libert. l. ſi debitor. §. 1. l. inter eos. §. 1. &
ibi Bartol. ff. de fideiuſſor. cap. vltim. extra de tranſact.* Quandoque ius ſubtile vocatur, *l. ſi
ita ſcriptum. ff. de liber. & poſthum.* Quandoque ius verſutum & callidum, ius ſcru-
puloſum, apices iuris, acerbum ius, dura lex, rigor etiam, pluribuſque a-
lijs nominibus nuncupatur, vt omnium latiſſimè Tiraquell. cui nihil vnquam
addi potuit, *de vtroque retractu, part. 1. §. trigeſimo quinto, numer. quarto, & pluribus
ſequentibus* congeſſit. Aliqua alia per Oldendorpium traduntur *de iure & æquitate ti-
tul. 2.*

Et † ſicut ſtrictum ius multis alijs nominibus nuncupatur, ita & æquitas ei oppoſita, 5
videl. benignitas, q̃ æquitati tribuitur, vt ratio iuri, *l. nulla ff. de legib.* quandoq; bonũ & æ-
quum, quandoq; bonũ æquũ ſine copula, nunc æquum ſimpliciter, nunc et ſimpliciter
bonum appellari multis probat Budeus *in prioribus in Pandectas annotationibus, in l. 1. de
inſt. & iure*, quandoque remiſſio, facilitas, fauor, manſuetudo, miſericordia, &
diſpen-

diſpenſatio dicitur, vt affatim nobis tradidit *Tiraq.d.§.35.in gl.1. num.25.* deinceps Ioann.
6 Oldendorpius de iure & æquitate tit.1. (ADV.) Quid † eſt æquitas? (REL.) Æquitas, ſi
Bart. credimus *in lib.1.in fin. C. de legibus*, eſt quædam facti conuenientia, ſeu conueniens
quoddam, vt *in d.l.nulla.ff.de legibus, & in l.1.C.eod. & in l.placuit.C.de iudic.* vel, teſte Cypria-
no, æquitas eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata, refert Ioan. Andr. & Abbas *in d.
c.vlt.de tranſact.* Salic. *in l.1.nu.8.C.de legib.* vel ſecundum Specul. *in tit.de diſpenſat.§.1.nu.4.*
eſt motus rationabilis regens miſericordiam & rigorem, *c.de diſciplina.44.diſtin.c.& qui
emendat.c.vera.45.diſt.* ideo dixit, rationabilis, quia cum cauſa eſt miſerendum, Salic. *in d.
l.1.n.8.C.de legib.* vel, ſi Ciceroni credimus, 1. *Rhetor.* Æquitas eſt cum cauſa iuſtitiæ con-
uenientia, in paribus cauſis paria iura deſiderans. Porro Boetius *in commentarijs Ciceronis
Topic.lib.3.* Æquitas, inquit, eſt quod naturalis ratio perſuaſit: hæc naturalis appellatur æ-
quitas, vt Bart. cenſuit *in l.1.quomodo in læſæ maieſtatis crimin. proce. in verbo videbitur*, poſt
medium, per text. *in l.bona fides.ff.depoſiti,* vbi Iuriſconſultus ait, æquitatem ad naturale
ius, ſeu gentium referri, & ſecundum eam debere iudicari in bonæ fidei contractibus,
niſi prius fuerit ex iure ciuili alteri ius quæſitum, qua in ſpecie ipſum ciuile ius, ciuſque
præcepta attendi debent, quippe cum iure naturali etiam conueniat, ne cuipiam ius au-
ferat ut quæſitum, vt ex eo textu expendit Ioan. Baptiſta Peruſ. *de arbitris.li.10.c.13.* Hanc
7 ſane † æquitatem ſcutum appellauit Salomon inexpugnabile, cum Sapientiæ 5. ſic ait:
Induent pro thorace iuſtitiam, & accipient pro galea iudicium rectum, & ſument ſcu-
tum inexpugnabile æquitatis: res enim publica ſemper iure æquitatis augetur, & cum
8 temperantia dirigitur teſte Caſſiodoro *variarum epiſtolarum epiſt.26.* Rurſus † æquitas eſt
perfecta ratio, quæ leges, ſtrictumq; ius interpretatur & emendat, nulla ſcriptura com-
prehenſa, ſed ſolum in vera ratione conſiſtens, vt ex Cicerone pro Cecinna deducitur,
Omnino, inquit, *tam bene agis, à verbis enim recedis, & æquitate vteris*, & in pluribus alijs locis
idem Cicero voluiſſe videtur, æquitatem potiſſimum mente niti, ius ſtrictum verbis &
ſcripto. Nam *in orat.pro Murena, num.24. In omni*, ait, *denique iure ciuili æquitatem reliquerunt,
verba ipſa tenuerunt.* & in oratione pro Aulo Cecinna *num.36. At tu qui tam diligenter & tam
callidè verbis controuerſias, non æquitate diiudicas.* & alibi ſæpe. Ex quo nimirum Diuus Thó.
2.2.q.120.art.1. ita eam diffinit. eſt, inquit, virtus, qua quiuis ſeruata legis intentione, legis
verba non ſeruat. Verum, vt † ſcribit Bal. *in rubr. C.de conſt.pecun.col.2.verſicul.quæro an cir-
9 ca.* æquitatem rationi coniunctam ſequi debemus non imaginariam & noſtri capitis:
nam quorſum attinebat leges ſcribi, ſi iudicibus liceret diſcedere à ſcripto, & ſuo arbi-
trio æquitatem fingere? alia in eam rem adduxit Tiraq. *de retr.lmagier.§.35.gloſ.1.num.vlt.*
qui tandem inuehens contra eos qui æquitatem fingunt, hæc ferè annectit verba: *Et hæc
nota aduerſus eos qui cum legibus & rationibus deficiuntur, ad æquitatem, neſcio quam, nulla lege aut
ratione ſuffultam, ſed vt illis imaginatio quæpiam obtulerit, confugiunt, rationes tamen quaſdam
non ex ipſis legibus, ſed ſuis capitibus erutas aſſerentes. Nam homines paulo acutiores multa in vtram-
que partem inexplicabilia quærere & excogitare poſſunt, ſi tantum ex rationibus aſcititijs, & non ex
legibus iudicandum erit.* Hæc ille. Sed & vt ex alijs item ſcriptoribus aliquid in rem no-
ſtram mutuemur, hæc mirè fulciunt, quæ à Quintiliano Seniore, ſcilicet, auo, vt multi
contendunt, eius qui Inſtitutiones oratorias ſcripſit, eleganter tradita ſunt aduerſus
iuris

Digitized by Google

iuris interpretes, qui in legum interpretationibus à verbis earum recedunt, voluntati, mentique earum, vt ipſi cauſantur, ſeruientes. Hæc ipſius verba ſunt: *Manifeſtum eſt nihil poſſe calumniæ admittere verba legis ad ſcripta. Nunc peritiſſimi litium homines ad interpretationem nos iuris adducunt.* Non enim hanc eſſe legis voluntatem, quæ verbis oſtenditur, quorum ego prudentiam miror, tantum vicerunt illos maiores noſtros, illos conditores iuris, illos qui rudem ciuitatem legibus ac iure formarunt, in hoc approbare conantur defuiſſe his ſermonem, defuiſſe conſilium. *Et paulo poſt:* Hoc dico iudices, pernicioſiſſimam eſſe ciuitati hanc legum interpretationem. Nam ſi apud iudices hoc ſemper quæri de legibus oportet, quid in his iuſtum, quid æquum, quid conueniens ciuitati, ſuperuacuum fuit omnino leges ſcribere. Et credo fuiſſe tempora aliquando, quæ ſolam & nudam haberent legum æſtimationem. Sed quoniam ingenijs hæc in diuerſum trahebantur, neque vnquam ſatis conſtitui poterat quid oporteret, certa forma, ad quam viueremus, inſtituta eſt. Hanc illi authores legum complexi ſunt: quam ſi mutare, & ad vtilitates ſuas peruertere licet, omnis vis iuris, omnis vſus eripitur. Nam quid intereſt, nullæ ſint, an incertæ leges? Sed & multa in hanc rem adfert Tull. *lib. 2. de inuentione*, quæ à Tiraqu. referuntur, *in l. ſi vnquam, in verbo libertatis n. 14. ad fi. C. de reuocand. donat.*

CAPVT LXIII.

ÆQVITATIS DEFINITIONEM EX OLDENDORpio refert.

SVMMARIA.

1 *Æquitatis altera diffinitio.*
2 *Ciuilis ratio non debet prorſus à naturali recedere, multominus illi repugnare.*
3 *Æquitas à ſummo iure differt.*
4 *Legibus omnes comprehendi caſus, impoſſibile eſt.*
5 *Æquitatis circumſtantiæ.*
6 *Iniuria maior nobili fit quam plebeio.*
7 *Fidalgus vnde dictus.*
8 *Æquitatis à ſummo iure diſcrimen.*
9 *Dubitans recte diſcernere non valet.*
10 *Æquitatem præ oculis habere ſemper iudicem oportet.*

ÆQuitas porro aliter definitur per Ioan. Oldendorpium, raræ eruditionis virum *in ſuo de iure & æquitate tractatu tit. 3. Æquitas*, inquit, *eſt iudicium animi ex vera ratione petitum, de circumſtantijs rerum ad honeſtatem vitæ pertinentium, cum incidunt, recte diſcernens, quid fieri aut non fieri oporteat.* Iudicium animi, loco generis ponitur. Nam animus hominis multa iudicat, partim quæ ad ſeipſum, partim quæ ad alium referuntur: ſed in hominum ſocietate nullum eſt præclarius, quam de quo hic loquimur, æquitatis iudicium, quod Ariſt. iuſti atque iniuſti dijudicationem diffinit, & profecto niſi per iudicium animi nullis affectibus pollutum, hoc eſt, per conſcientiam nulla alia via patet homini ad cognitionem æquitatis. Idque eſt quod rectiſſime dici ſolet, æquitatem oportere cenſendo, non autem altercando diſcerni. Altercationes enim corrumpunt animi iudicium: conſcientiam itaque ſynceram adhibere debet iudex, vt iuxta æquitatem cauſam definire poſſit, mille licet videat teſtes, & totidem inſtrumenta: conſcientia enim 1

certa eſt, non fallitur, at in probationibus ſæpe vel error vel dolus verſatur: ſicut expe-
rientia, heu nimis frequens, nos docet. Quod ſic fieri oportere, late probat Oldendorp.
de iure & æquitate titul. 13. vbi aſſerit conſcientiam ſequi debere iudices, licet probatio-
nes aduerſentur, contra communem ſententiam. Hoc tamen perfectius examinat Co-
uarruuias *lib. reſolutionum* 1. *cap. item* 1. de quo etiam nos aliquid ſupra iſta parte *c.* 42. *nu.* 1.
diximus, & deinceps.

Ex vera ratione petitum.) Non quælibet cenſura & opinio hominis eſt pro æquitate re-
cipienda, quid enim vnuſquiſque non ſibi ſomniaret? ſed ea tantum quæ ex certa ratio-
nis formula procedit, naturali, videlicet, ſeu communi, cui homines velint nolint ad-
ſentiri conſcientia coguntur propter apertam veritatem, quam Deus inſculpit cuiuſq;
animo, vt & nos latè probauimus *c. præcedenti, in fine.* Sic enim Apoſtolus probat in no-
bis eſſe legem naturæ, à qua petitur infallibile iudicium, quod vocat conſcientiam, *ad
Romanos* 2. Ciuili etiam ratione æquitas conſtat, quæ ex recepta legiſlatorum authori-
tate proficitur, vel ex diuturnis moribus conſenſu vtentium comprobatis, vt *in l. de qui-
2 bus. ff. de legib. §. conſtat. Inſt. de iure naturali.* Verum † ciuilis ratio non debet prorſus à natu-
rali recedere, multo minus illi repugnare, alioqui nulla æquitas ex ea colligi poterit, *l.
ius ciuile. ff. de iuſtitia & iure.* Cæterum quoties naturalis æquitas & ciuilia præcepta ſimul
videntur pugnare, ſemper quoad eius fieri poteſt, interpretatio facienda eſt, ne æquitas
naturalis omnino ſublata videatur. Exempli loco. Lege municipij cauetur, ne aduerſus
publicum inſtrumentum defenſio aliqua admittatur, prout & lege noſtra regia ſtatui-
tur *lib. 3. ordinationum, tit.* 8. *de except. l.* 4. *&* 5. Petenti ergo executionem aduerſario nihil
obijcere propter legis verba potero, *l. proſpexit. ff. qui & à quibus.* Sed poſtquàm ſoluero,
propter iuris naturalis æquitatem, quam ſublatam eſſe veriſimile non eſt, repetere po-
tero, *l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. ff. mandat.* idque Bar. ſenſit in *l.* 1. §. *& parui refert. ff. quod vi
aut clam.* nam nec ipſe ſoluendo videor naturalis æquitatis exceptionem remiſiſſe, arg.
3 *l. ſi fullo. ff. de condict. ſine cauſa,* vbi Doct. De circumſtantijs rerum † ideo hoc in diffinitio-
ne ponitur, vt differentia inter ſummum ius & æquitatem conſtituatur, quippe cum æ-
4 quitas ſemper in circumſtantijs facti verſetur. Siquidem † de hypotheſi, hoc eſt, de ſim-
plici aliqua cuiuslibet cauſæ materia, ſatis poteſt per leges in vniuerſum præſcribi: ſed
de omnibus, quæ incidere ſolent, qualitatum figuris, rectè ordinari in ſpecie ſuperat
omnem hominum prudentiam. Natura enim quædam rerum immenſitas atque nego-
tiorum comparata eſt. *l. natura. ff. de præſcript. verb.* Hinc Ariſt. *5. Polit. libro, c. 6. prope finem.*
Vt enim (inquit) in alijs artibus, ſic etiam circa ciuilem conſtitutionem impoſſibile eſt
ſingula ad minimum vſq; ſcriptis comprehendere, neceſſe eſt enim vt generaliter ſcri-
bantur. At illa quæ aguntur, particularia ſunt. Circumſtantiæ † quæ in iure variant o-
5 mnia, vt inde æquitas colligatur, ſunt ſeptem, *l. aut facta. ff. de pœnis,* videlicet, cauſa qua-
re aliquid factum ſit, omnia enim denominanda ſunt à fine ad quem fiunt: nam ſi ver-
beretur quis à magiſtro ſuo, cauſa emendationis longe eſt honeſtiſſima & neceſſaria,
ad finem videlicet educandorum hominum, & ad retinendam politicam ſocietatem.
Ex hoc ergo loco colligitur ius, vt impunita ſit hæc caſtigatio, vt *C. de emend. propin. &
in l. prætor. §. præterea, & §. ſequenti. ff. de iniur.* modò non ſit immoderata, vt *in l. item quæ-
ritur.*

ritur. §. *item Iulianus.ff. locati. & in l.* 11. *titul.*8.*part.* 5. Ex diuerſo autem, ſi finis ver-
berum fuerit vindicta ex deprauato affectu procedens, & diuino & humano iure de-
bet euitari. Sic eodem modo in contractibus, ſi honeſta cauſa eſt permutandarum
rerum, permittuntur, ſin autem ad turpitudinem tendant, vel læſionem proximi, non
valent ipſo iure, aut reuocandi ſunt. Item perſona nimirum eſt conſideranda, & eius
qui fecit, & eius qui paſſus eſt. Aliter † enim puniuntur ex iiſdem facinoribus ſerui, 6
quam liberi, & aliter qui quidquam in dominum, parentemve auſus eſt, quam qui in
extraneum; qui in magiſtratum, quam qui in priuatum: vt ſupra inſinuauimus, *capit.
decimo, numer. decimo*, maior item iniuria fieri cenſetur nobili quam plebeio, proinde-
que magis punitur: quod ex pluribus huius regni legibus cernere licet, nempe ex *l.* 85.
& 131. in legibus ſtyli, vbi nobilis Hiſpaniæ, hoc eſt, fidalgus vulgo dictus, æſti-
mat, vindicatque conuitium ſeu iniuriam quingentis ſolidis, cæteri minori
ſumma.

Ex quo † Arceus Otalora in ſuo de nobilitate libro, 2. *parte.c.*4.*numer.*11. *&* 12. cenſe- 7
bat fuiſſe deductum, ea 500. ſolidorum vindicatio nobilium, cui ſubſcripſit Couarr.
*in lib. de veterum collatione numiſmatum, cap.*5. *numer.* 7. *fo.* 36. *col.* 1. *& ſequen.* cui non parum
cōferre ait lex quædā inter Hiſpaniæ foros prodita ſub tit. *de pign.* cuius verba ſunt: *Si el
cauallero deue algo al franco, o a otro home de rua, por aquella deuda ni por otra coſa del mundo no
traue a la beſtia que caualgare, ni de las riendas, y ſi lo hiziere, peite D. ſueldos, la mitad ſea u para
el Rey, y la otra mitad para el cauallero por la des honra que hauia reſcebido.* appendit etiam *L.*
11. *titul.* 11. *libr.* 4. *ordin. & fori Iudgo titul.* 4. *libr. octauo*, vt ibi per eum. Ætatis quo-
que ratio conſideranda eſt. 3. locus inſpicitur, vbi factum ſit. 4. tempus, quando
factum ſit. 5. quantitas, magnumne, an exile ſit. 6. qualitas quomodo factum. 7. euentus,
an vi, errore, dolo, culpa, caſu fortuito factum ſit. Secundum iſtas enim circumſtantia-
rum ſpecies æquitas iubet ius ſummum vel intendi vel remitti: quod mire exponit Ol-
dendorpius *de iure & æquitate titul.* 4. §. *ſuperius.* Huc reſpexerunt ſemper Iuriſconſulti,
Paulus *in leg. Pomponius lib.*26. *ff. de negotiis geſtis. Pro qualitate perſonarum,* inquit, *& actio for-
matur, & condemnatio moderatur.* Vlpianus *in l. nonnunquam autem. ff. de iudic. Hoc autem,* ait,
*æſtimare oportet eum, qui ius dixit pro conditione cauſæ, vel temporis, & ita ordinem edictorum &
compendium moderari.* Alfenus *in leg. ſi ex plagis.* §. *in cliuo. ff. ad l. Aquil. Reſpondi,* inquit, *in cau-
ſa ius eſſe poſitum.* Vlpian. *in leg. iuſiurandum & ad pecunias.* §. *ait prætor. ff. de iureiur. Non ſem-
per autem,* ait, *conſonans eſt per omnia referri iuſiurandum tale quale defertur, forſitan ex diuerſi-
tate rerum vel perſonarum quibuſdam emergentibus, quæ varietatem inducunt.* Ideoq; ſi quid tale
inciderit, officio iudicis cōceptio huiuſmodi iuriſiurandi terminetur. Paulus *in l. Pedius.
ff. de incendio, ru. i. nauf. Et omnino,* ait, *vt in cæteris ita in huiuſmodi cauſis ex perſonarum conditio-
ne, & rerum qualitate, pœnæ ſunt diligenter æſtimandæ, ne quid remiſsius aut durius conſtituatur,
quam cauſa poſtulabit.*

Ad honeſtatem vitæ pertinentium.)

Hoc ideo, quia æquitas non exigit de omnibus paſſim circumſtantiis curioſos eſſe ma-
giſtratus & iudices, ſed de his duntaxat, quæ ad honeſtatem vitæ huius tranſigendæ ali-
quid conferunt, quales verſantur in commerciis hominū (cum incidunt,) vt † hinc appa-

reat maximum inter ſummum ius & æquitatem diſcrimen. Summum ius ſtatuit, ordi-
natque præcepta de negotijs, quæ putat frequenter euentura, vt in omni genere huma-
narum functionum certæ ſint, ſaltem generaliter, formulæ de moribus ad quas recur-
ratur: æquitas autem, cum factum euenit, circumſpicit quale ſit, & confert cum huiuſ-
modi præceptis legum, ac eligit inter multas bonas leges optimam, hoc eſt, propoſito
negotio conuenientiſſimam, reliquas ſuis relinquens temporibus & factis, vt Ariſtote-
les docet *Ethicorum 5*. Quemadmodum ſutor primum multas ſibi comparat & varias cal-
ceorum fc rmas, deinde cum videt emptorem, inſpicit qualitatem pedis & perſonæ di-
gnitatem, ſicque formam. Pharmacopola item omnis generis medicinas componit,
ſed tum primum de vſu earum diſcernit, cum morbi qualitatem recte tenet. Adijciamus
exemplum: ecce enim ſummi iuris perpetua eſt regula, emptionem iure ac ſolẽniter fa-
ctã reſcindi non poſſe, *l. ratas. C. de reſcind. vend.* iſtud axioma ſemper honeſtum eſt in ſuo
g nere, quia habet cauſam naturalem cæterum ſi inflexibiliter in omnibus quæ accidũt
factorum ſpeciebus id velis ſeruare, occurret facile ſpecies in qua ſummum illud ius ſũ-
ma fiat iniuria, nempe ſi publica vtilitas reclamaret, vel conditio perſonæ vel pretij vi-
litas, quibus caſibus profecto aut alijs huiuſmodi reſpecta negotij circunſtantia, æquitas
reſcindit venditionem, aut alio modo conſulit. Et interim tamen non improbat regu-
lam, ſed ſuſpendit pluſculum ab hoc caſu incidenti.

Recte diſcernens.) Recte † proculdubio diſcernet æquitas inter licitum & illicitum, ſi
9 ex certo rationis iudicio procedat, vt Vlp. quoque ſentit *in lege, 1. in princ. ff. de iuſt. & iure.*
Alioqui quidquid ex fluctuãte animo proficiſcitur declinat ſemper ad iniquitatem Ci-
cero *officiorum 1. n. 45. Quo circa,* inquit, *bene præcipiunt, qui vetant quidquam agere, quod dubitet
æquum ſit. an iniquum: æquitas enim lucet ipſa per ſe dubitatio cogitationem ſignificat iniuria.* Vnde
prouerbium, *Quæ dubitas, ne feceris.* Sic & Vlpianus diligenter inculcat iudici, vt ex cer-
ta animi ac indubitata ratione dirimat litem, *in l. ſi irruptione. ff. fin. regund. Ad officium,* ait,
de finibus cognoſcentis pertinet, & *menſores mittere, & per eos dirimere ipſam finium quæſtionem vt
æquum eſt, et ſi ita res exigat, oculis etiam ſuis ſubiectis locis.*

Quid fieri aut non fieri oporteat.) Ea enim totius iuris eſt virtus, officium, vis atque pote-
ſtas, vt imperet honeſta, probibeat turpia. *l. iuſtitia. §. 1. ff. de iuſt. & iur. l. legis virtus. ff. de legi-
bus.* Idcirco æquitate ius indiget, vt quæ legitimas attemperet & moderetur ſanctiones,
vt ſingulis negotiorum ſpeciebus recte deſerniant. Habet namque delectum quodnam
ius cuique rei iam natæ conueniat. Hactenus Oldendorpius de æquitatis definitione,
quod hic referre libuit, ne principiis incognitis ad reliqua q̃ de æquitate tractãda ſunt,
cęcitate ſeducti pergere impellamur, ſumme enim eruditiſſimus vir æquitatis rationem
illuſtrauit: vt iam nulla iudicibus eſſe poſſit excuſatio, ſi ignorare dixerint quonã modo
20 eas exequi, ſeruareque leges teneantur, quæ æquitatem † præ oculis eos ſemper habe-
re præcipiunt, vt *in l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco. in fi. c. vt noſtrũ. vt Eccleſiaſt benef. c. vlt.
extra de tranſact. c. alligant. 26. q. vlt.* Nam ſi quæ paulo ante diximus conſiderauerint, hal-
lucinari minime poterunt, iuxta illud Salomonis *Prouerbiorum 4. Viam ſapientiæ monſtrabo
tibi, ducam te per ſemitas æquitatis, quas cum ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui: & occurrẽs
nõ habebis offendiculũ.* Itaq; iudicẽ quem bonũ virum dicimus, ſic rigore & auſteritate iuris,

& æqui-

& æquitate vti oportet, vt neque ad vnguiem iuris ſtricti rigorem & aſperitatẽ obſeruet, neque in totum relaxet: ſed ex cauſis iuſtis ex duobus contrarijs optimum eligat temperamentum, vt Salic. adnotauit *in l.1. num.8. C. de legibus*, per text. *in l.2. §. ſi quis tamen. ff. ſi quis caut. & in l. ſi ſeruos. ff. de pignor. act. l.5. in fine. ff. de annuis legat.*

CAPVT LXIV.

QVANDO IVRIS RIGOR, QVANDO AEQVITAS ſit admittenda, diſtinguit.

SVMMARIA.

1 *Iudex quando rigorem, quando æquitatem ſequi teneatur.*
2 *Æquitas non ſcripta præfertur rigori non ſcripto.*
3 *Arbitrio iudicis plurima committuntur.*
4 *Æquitas eſt ſeruanda in his quæ ex iudicis dependent arbitrio.*
5 *Leges tranſgredi licet ex magna cauſa.*
6 *Pœna ex cauſa augeri vel minui poſſunt, prout æquitas dictauerit.*
7 *Iudex arbitrari tenetur quid iuri conueniat.*

CÆTERVM vt † certam legem habeamus, quando rigorem, ſtrictumque ius, 1
quando autem æquitatem & benignitatem iudex ſequi teneatur, quamuis certa hac in re non poſſit haberi norma, propter innumerabilium cauſarum contingentiam, tamen ex crebriori iuris interpretum ſententia, ſequẽtes tradi poſſunt aſſertiones. Quãdo rigor et æquitas ſimul concordant, vtrumque ſeruatur. *l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. pet.* Sin autem inuicem diſſident, aut vtrumque eſt ſcriptum, aut neutrum, aut alterum tantum. Primo caſu, aut æquitas eſt ſcripta in ſpecie, rigor autem in genere, & præfertur æquitas: idem è contrario æquitas in genere ſcripta, vt minime locupletari oportet aliena iactura. *l. nam & hoc natura. ff. de condict. indeb.* cedit rigori in ſpecie ſcripto, vt in vſucapione, & præſcriptione qua locupletatur quis proculdubio aliena iactura vt in *l.1. ibique notat. ff. de vſucap.* Hac enim in ſpecie rigor ſcriptus æquitati ſcriptæ præfertur, quia generi per ſpeciem derogatur. *c. gener. de reg. iur. li.6. c.1. de reſcrip.* Quando autem vtrunque eſt ſcriptum in genere, æquitas præfertur. *l. ſi tibi pecuniam. ff. ſi cert. pet.* Quando vero vtrumque in ſpecie, æquitas præfertur iuri ſtricto, idque interpretes frequentius admittunt, teſte Panorm. *in. c. vltim. extra de tranſaction.* Sin autem † neutrum ſit ſcriptum, æquitas ſeruatur, 2
l. placuit. C. de indic. l.2. §. item Varus. ff. de aqua pluu. arc. cap. vlt. in fine de tranſact. Bart. *in l. 1. C. de legib.* tradit nobis exemplum: Leges, inquit, nullas habemus, quæ loquantur de feudis, quæritur an monachus ſuccedat in feudo? De rigore proculdubio ſuccedit, quia filius ſuccedit patri: de æquitate autem non ſuccedit, quia non valet domino præſtare ſeruitia debita. Ideo præfertur æquitas. *c. ſi clericus, ſi de feudo fuer. contr. in vſibus feud.* Præterea in his quæ ex iudicis arbitrio pendet, † vt cum quæritur quæ ſit læſio enormis, aut modica: 3
vt Accurſius profitetur *in §. pretium, in verbo diffiniuit, inſtitut. de empt. & vendition.* Salic. *in l. vltim. in 2. oppoſ. verſ. ſed adhuc ſtat dubium. C. de contrahen. empt.* eſt optimus text. *in l.1. C. ſi*

præterea quæ hîc adduxi, tradit in hanc rem Couarruuias *lib. 2. reſol. cap. 9. n. 8.* Quibus autem caſibus licet leges tranſgredi ex magna cauſa, ne à propoſito diſcedam, affatim traditur per Felin. poſt Innocent. *in c. 1. num. 48, incipienti, fallit 7. & num. ſequent. extra de conſtit.* Alex. *conſ. 65. lib. 1. column. 3.* Aret. *conſil. 132. col. vlt. verſ. venio ad ſecundum* Guil. Bened. qui omnium latiſſime id examinat, *in repet. c. Raynutius. in verbo Adiecta impuberi. num. 20. & ſeq. extra de teſtament.* Ex quibus deducetur, quibus ex cauſis licet leges tranſgredi.

Tertio autem caſu, nimirum quando alterum tantum eſt ſcriptum, id ſeruare oportet. Nempe rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ, & æquitas ſcripta rigori non ſcripto. *l. proſpexit. ff. qui & à quibus. c. ſcriptum. 6. q. 3. l. inter cauſas. § non omnia. ff mand. l. 1. Cod. de legibus. c. vlt. extra de tranſact.* Et hanc diſtinctionem colligit Abb. *in cap. vlt. vbi communem eſſe atteſtatur, extra de tranſact.* ex Bart. & cæteris *in l. 1. C. de legib. & in l. placuit. vbi etiam Salic. Alexand. & Iaſ. C. de iudic.*

Cæterum † id addendum eſſe dixi ad ea quæ de iudicis dicta ſunt arbitrio, nempe vt arbitrari ſemper teneatur quod iuri conueniat, vt Philip. Dec. probat *in cap. ne innitaris. poſt principium, extra de conſtit. & in cap. de cauſis. col. 2. de officio deleg.* & ita æquitatem ſemper ſeruare tenetur, quamuis eius libero arbitrio committatur, vt Bald. atteſtatur *conſ. 177. In eccleſia, col. 2. poſt medium lib. 1.* Nam leges aliquid arbitrio iudicum committentes, id faciunt, vt perſonis prouideant, ſicut theriaca contra venenum, vt idem Bald. aſſeruit *conſ. 145. Caſus talis eſt, in quodam inſtrumento. ad fin. lib. 3.* quapropter in arbitrarijs iudex facere in re ſeu cauſa aliena tenetur, quod in ſuis fieri deſiderauerit, vel quod ipſe in eis faceret, iuxta ſententiam Bart. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Rom. *in rubric. de arbitris. col. 3.* refert Decius *in l. in perſonam. § 1. in fine. ff. de regul. iur.* ex quo alibi Bald. nempe *in conſ. 211. Illud malum. libr. 4.* dixit, in arbitrarijs ſecundum conſcientiam iudicare debere iudicem, text. *in l. rem non nouam. C. de iud.* refert & ſequitur Aymon Crauett. *conſ. 190. n. 5. lib. 1.* 6

CAPVT LXV.

DE MODO TRACTAT CORRIGENDI OFFICIALES.

SVMMARIA.

1 *Iudex in corripiendis officialibus quomodo ſe habere debeat.*
2 *Nimium iuſtus perit in iuſtitia ſua.*
3 *Iudex recuſatur ob nimiam ſeueritatem.*
4 *Manſuetudo nimia reprobatur in iudice.*
5 *Iudicem manſuetum ſimul & grauem eſſe oportet.*
6 *Caſtigatio omnis contumelia vacare debet.*
7 *Pœna non debet eſſe maior culpa.*
8 *Iuſtitia vera compaſſionem habet, falſa vero dedignationem.*
9 *Iudices in corrigendo nihil immaniter, neque cupiditate nocendi, ſed conſulendi charitate agere debent.*

ADV.) At † in corrigendis officialibus quomodo ſe habere debet iudex? (REL.) Perinde atque in alijs quibuſcunque, cautum eum & prudentem eſſe oportet, vt inter

vt inter ſeueritatem & benignitatem ſeu miſericordiam medium teneat, nempe, vt ira-
ſcatur & miſereatur cum oportuerit,&in quibus &ad quos,& cuius gratia,& vt æquum
fuerit, vt docet Ariſt.2.*Ethicorum*. Sic denique ſe habere debet, vt iuſtitiæ zelus in crude-
litatem non tranſeat, neque pietas in remiſſionem, teſte Gregorio *in c. ſæpe. 41. diſt.* Leni-
ter enim caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti: aſperitatis autem nimiæ increpatio,
neque increpationem recipit, neque ſalutem. *c. cum beatus. 44. diſtinct.* Hac enim increpa-
1 tione nobis fructus nimis maturos tradet & putridos. Quippe † cum nimium iuſtus
perire dicatur in iuſtitia ſua, vt ſcribitur *Eccleſiaſt.* 7. quod iam teſte Cicerone *officiorum 1.*
2 *num.* 49. factum eſt tritum ſermone prouerbium. Hinc, † nec immerito quidem propter
ſeueritatem nimiam & crudelitatem recuſari, ſeu reijci poteſt, vt Iaſ. probat *in l. apertiſſi-
mi. col. 2. in fin. verſ. 3. cauſa. C. de iud.* ſicut & remoueri, vt Baldo placuit *in l. 2. ff. de his qui ſunt
ſui vel alien. iur.* & Roberto quoque Marantæ *in ſuo ſpeculo aureo Aduocatorum parte 6. num.*
4 *66.* At † vero nimia manſuetudo & benignitas producet nimirum fructus immaturos,
ignoſcendo ſiquidem malis, boni perduntur, vt Salluſt. ait *in Iugurthino.* Non igitur
oportebit manſuetudinem eſſe diſſolutam, neque rigorem rigidum: regere vtriq; debet
rigor diſciplinæ manſuetudinem, & manſuetudo ornare blando ſermone rigorem, vt
ſic alterum commendetur ex altero, vt author eſt Gregorius *in Moralibus lib. 19. p. 4. c. 23.*
5 tranſumptiue *in c. ſunt namque. 45. diſt.* Quamobrem † oportet verè imperantem & man-
ſuetum ſimul & grauem erga ſubditos tum videri, tum eſſe, clementem etiam, & malis
infenſum, lentè quidem puniendo, clementiam, malis autem indignando, improbitatis
odium præ ſe ferentem, vt hoc quidem fugienda eſſe mala, illud autem non nimis im-
placabilem ijs qui peccauerunt, eſſe fortunam, documento ſit. Itaq; oportet eum impe-
randi modum ſingulorum moribus decenter accommodare, cum probis moderate, cũ
ſupinis vehementius, cum audacibus acerbè, cum cautioribus deniq; leniter agendo.
Oportet autem à peccatis arcere per neceſſitatem ſuadelæ coniunctam: his vero qui de-
liquerunt, moderatam iuſtitiæ caſtigationẽ inferre: ita vt pauca quidem & vulgaria pec-
cata diſſimulentur (neq; enim conducit omnia ſimpliciter & quælibet commemorari,
& accuſari, neq; cognoſcentem negligere) quæ vero iam ingraueſcunt, ijs cura ſecun-
dum leges adhibeatur. Quin & à conuitijs purus eſſe debet, hoc enim præcipitis priua-
torum hominum iracundiæ ſymbolum eſt. Atq; vt extat Marcelli ſententia *in l. reſpicien-
dum. ff. de pœnis*, reſpiciẽdum eſt iudicanti, ne quid aut durius aut remiſſius conſtituatur,
quam cauſa depoſcit. Nec enim aut ſeueritatis aut clementiæ gloria affectanda eſt, ſed
perpenſo iudicio, prout quæq; res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Planè in leuioribus cauſis
proniores ad lenitatem iudices eſſe debent, in grauioribus pœnis ſeueritatem legum
6 cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi. Omnis † præterea animaduerſio &
caſtigatio contumelia vacare debet: neq; ad eius qui punit aliquem, aut verbis caſtigat,
7 ſed ad reipublicæ vtilitatem referri, inquit Tull. *officiorum 1, n. 125.* Cauendum † eſt etiam,
vt idem ipſe ſubdit, ne maior pœna, quam culpa ſit, & ne iiſdem de cauſis alij plectan-
tur, alij ne appellentur quidem. Quibus non parum confert, quod iure noſtro regio
cautum eſt, nempe *in l. 18.* ibi, *Que no ayan de dezir de palabra.* &c. *titul. 9. part. 3. & in l. 41.
titul. 5. part. 1. in fin.* cuius verba hæc ſunt: *Pero el caſtigar de hecho, ha meneſter que ſe haga me-
ſurada*

Digitized by Google

ſuradamente, y congran cordura, y con amor, y no con malquerencia: de guiſa que entiendan los hombres que mas lo hazen por amor de Dios, y por caſtigar los que vengan albien, que no por hazermal, y no deua aborrecer los hombres por los yerros que hazen, para hazerlesdanno por ellos, mas por ſacallo dende quanto mas pudieren. Ca la verda dera iuſticia con duelo ſe deue hazer, y con derecha razon aſsi commola mintroſa ſe haze crudamente y ſin derecho. Id quod † etiam nos docuit Gratian. *in c. vera iuſtitia. 45. diſt.* in hæc verba: *Vera iuſtitia compaſsionem habet, falſa vero dedignationem, quamuis & iuſti ſoleant peccatorib. indignari, verum aliud eſt quod agitur typo ſuperbiæ, aliud quod zelo diſciplinæ. Indignantur etenim, ſed non dedignati ſunt. At contra qui de falſa iuſtitia ſuperbire ſolent, cæteros quoſque deſpiciunt, nulla infirmantibus miſericordia condeſcendunt, & quo ſe peccatores eſſe non credunt, eo deterius peccatores fiunt.* Quos increpabat Dominus per Ezechielem 34. inquiens: *Vos autem cum auſteritate imperabitis & potentia.* Cum auſteritate autem & potentia imperare dicuntur, qui ſubditos ſuos, non cum tranquillitate ratiocinando corrigere, ſed aſpere inflectere dominando feſtinant. *c. hoc habet. 46. diſt.* Quibus etiam concinit text. *in c. licet plerumque. 45. diſtinct.* vbi Gratianus ait: *Licet plerumque accidant ſacerdotibus quæ ſunt reprehendenda, circa eos corrigendos plus debet agere beneuolentia quam ſeueritas: plus cohortatio, quam comminatio: plus charitas, quam poteſtas, nemo enim ſine crimine viuit.* Quibus non parum confert text. elegans regni noſtri *in l. 16. tit. 9. de iniuriis, part. 7.* in hæc verba: *Pero los iugadores maguer ayan poder ſegun derecho de hazer las coſas ſobredichas, con todo eſſo mucho ſe deuen guardar de reſponder mal, o de hazer deshonra a los que viuieren ante ellos a alcançar derecho.* Quo nimirum fit, vt lege Iulia de vi publica teneatur iudex qui appellationem denegans ſententiam exequitur, aut iniuriam appellanti facit aut verbo ob appellationem interpoſitam, *l. lege Iulia. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. 4. tit. 10. part. 7.* Vbi elegans ratio redditur in hæc verba: *Porque muy fuertes armas han para hazer mal aquellos que tienen boz del Rey, quando quieren vſar mal del lugar que tienen.* Nec enim animo ſæuiendi ſeueritas exercenda eſt. *c. odio. 86. diſt.* quinimo temperanda eſt cum lenitate. *c. diſciplina. 45. diſt. & c. ſunt namque.* Paratus quippe eſſe debet iudex plura tolerare ab eo quem vult eſſe correptum. *c. ea vindicta. 23. q. 4.* Hinc Cicero *lib. 5. Tuſculanarum quæſtionum,* refert, Ariſtidem Græcorum regem ob id à patria fuiſſe expulſum, quod nimium iuſtus eſſet & præter modum: cuius ſententiam è noſtris retulit Luc. de Penna *in l. 3. C. de canone largitionalium titulorum, lib. 10. col. pen. ad finem.* Porro † Auguſt. ad Macedonium cernens ſeueritatem iudicum quandoque prodeſſe, *Nihil, ait, immaniter, nihilque inhumaniter fieri debet, nihil denique cupiditate nocendi, ſed omnia conſulendi charitate. Ita igitur formidari debet vltio cognitionis, vt neque interceſſoris religio contemnatur: quia in plectendo & corrigendo hoc ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. c. prodeſt. 23. q. 5.* Melius enim eſt cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere. *c. non omnis. 5. qu. 5.* His etiam non parum ſuffragantur verba Imperatoris *in l. vl. ad medium verſ. ſin autem. C. de offic. præfect. prætor Afr. Sicut autem, inquit, iubemus audaces & feroces contra inimicos, iudices ac milites noſtros eſſe: ſic volumus eos mites & beneuolos circa collatores noſtros exiſtere, nullum damnum, nullamque læſionem in eos efficere.* Cæterum † curialibus & aulicis facilius parcendum & condonandum eſt: mitiuſque cum eis agendum, quam cum alijs, *glo. 1. in fin. in c. quando. 86. diſtinct. c. ſi vero 1. in princip. de ſenten. excom. c. qualis. in fin. 25. diſtin.* Hinc gloſ. *in §. plane, in verbo, ob meritum. Inſtitut. de iure natur.* communiter recepta profitetur,

8

9

10

iudicē poſſe vel remittere vel minuere pænā, ob plurima delinquētis ſeruitia principi vel reipublicę facta. Quapropter Ioañes eiuſq; frater Paulus Iuliani Imperatoris primicerij, licet ad Catholicā fuerunt fidē conuerſi, non fuerunt publice ſed in carcere iugulati. Ad quos decollandos Terentianus miſſus, Non decet, ait, vos intra regiam aulam nutritos publice occidi, vt Guil. Benedictus refert *in rep. c. Raynutius. in verbo & vxorem nomine Adelaſiam. n.* 808. hi ſiquidem nimirum pro rege, domo, & parentibus regis laborare ſolent, vt Chaſſaneus conſiderauit *in ſuo Catalogo gloriæ mūdi 6. p. c. vlt.* Ex quo Abiatar, licet morte dignus erat, veniam obtinuit à Salomone, vt habetur 3. *Regum. c.* 2. vbi Salomon eum in agrum ſuum mittens, dixit: *Et quidem vir mortis es. ſed hodie te non interficiam. quia portaſti arcam Domini Dei coram Dauid patre meo, & ſuſtinuiſti laborem in omnibus in quibus ſuſtulit pater meus:* vt idem Chaſſaneus refert quo loco nuper citauimus.

CAPVT LXVI.

DE VENIA AGIT, MISERICORDIA, ET CLEMENTIA, & quales fuerint magiſtratus, tales eſſe miniſtros oſtendit.

SVMMARIA.

1 *Venia quid: & an ſit iudicibus licita?*
2 *Princeps Senatus & conſilium quibus poſſunt ex cauſis ignoſcere, & pœnas remittere.*
3 *Miſericordia quid?*
4 *Miſericordia an in ſapientem cadat.*
5 *Miſericordiam cadere in ſapientem.*
6 *Miſericors eſt Deus.*
7 *Miſericordia qua ratione regitur eſt virtus.*
8 *Miſericordia impeditur ira, ſuperbia, & timore.*
9 *Miſericordia magis in ſenioribus, & ſapientibus & debilibus eſt.*
10 *Miſericordia an ſit in iudicibus probata.*
11 *Iudex mitigat pœnam pauperi impoſitam fiſcoque applicatam.*
12 *Clementia quid.*
13 *Clementia perinde liberum habet arbitrium atque æquitas.*
14 *Miſereri decet eorum, qui ſanabiles ſunt, non flagitioſorum incurabilium.*
15 *Clementem eſſe oportet iudicem.*
16 *Iudex quid agere debeat vt recte officium exequatur.*
17 *Puniendis peccatis cauſæ aduertuntur.*
18 *Magiſtratus qualis fuerit tales miniſtri & ſubditi eius.*
19 *Magiſtratuum vitia trahuntur in exemplum.*
20 *Quales in magiſtratus aſciſci oporteat.*
21 *Iudicum ex conſtitutione bonorum humana pendet tranquillitas.*
31 *Indigno conferens magiſtratum an ad reſtitutionem teneatur.*

1 Cæterum ne forte decipiat nos hæc generalis tractatio, tria ſunt hac in re conſideranda, venia miſericordia, & clementia, quibus vtrum liceat iudicibus hic eſt perquirendum. Et Primum id ſcire oportet, quid ſit venia, quid miſericordia, quid autem

autem clementia. Secundo in quibus differant, vt ſciamus qua illarum iudex vti poſſit.

Venia, † inquit, Seneca. 2. & 7. *eſt, pœna merita remiſſio* Iudici igitur non licet ignoſcere ſeu veniam cõcedere, quippe ei ignoſcitur qui puniri debuit. Iudex autem optimus, vt & ſapiens, nihil facit quod non debet, nihil prætermittit quod debet. Itaque pœnam quã exigere debet non donat. Facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi vt Ambroſius dixit *libro officiorum primo*, Gratianus refert *in c. eſt. in iuſt. 2. in fi. 23. q. 4.* Præterea impunitatis ſpes, maxima eſt peccandi illecebra; Cicero pro *Milone num. 33.* Quapropter idem ipſe Tullius 1. *Rhetoricorum ad Herennium numer. 26. & rurſus lib. 2. ad eundem Herennium nume. 58. & 59.* à iudicibus, inquit, non eſſe poſtulandum ingnoſci. Nam difficile eſt ab eo qui peccatorum iudex eſſe debet vt ignoſcat impetranti, hoc enim in iudicium non venit. Hinc non immerito fit, vt iudex qui pœnam à lege ſtatutam reo inſligere negligit, aut illam remittit grauiter peccet, vt euidenter probat Alfonſus à Caſtro *lib. 2. de poteſtate legis pænalis. c. 12. concluſ. 2.* Ratio eſt, quia ſubditus eſt legi, D. Tho. *2. 2. q. 67. art. 4.*
At † in Senatum aut Imperatorem, principem, aut in concilium talis cauſa poteſt con- 2
trouerti, ſiquidem Princeps, Senatus, & concilium ignoſcere poſſunt delinquentibus, eiſque pœnas remittere ex his cauſis: ſi plura aut maiora officia, quam maleficia videbuntur conſtare, ſi qua virtus aut nobilitas erit in eo, qui ſupplicabit, ſi qua ſpes erit vſui futurũ ſi ſine ſupplicio diſceſſerit, ſi ipſe ille ſupplex, manſuetus, & miſericors in poteſtatib. oſtenderetur fuiſſe, ſi ea quę peccauit non odio, nõ crudelitate, ſed officio & recto ſtudio commotus fecit: ſi de tali cauſa alijs quoque ignotum ſit, ſi nihil ab eo periculi nobis futurum videbitur, ſi eum miſſum fecerimus, ſi nulla aut à noſtris ciuibus, aut ab aliqua ciuitate vituperatio ex ea re ſuſcipietur, refert è noſtris Luc. de Pen. *in l. ſi apparitores. 5. col. C. de cohort. lib. 12.* Id quod lege noſtra præſcriptum eſt *part. tit. 32. de los predones. l. 1.* vbi hoc Regibus dumtaxat eſſe permiſſum diſponitur hoc in regno, atque id recta conſcientia facere poſſe Principem, ſi nullus ſit qui accuſet, probat D. Tho. *2. 2. quæſt. 67. art. 4.* Felin. *in c. qualiter & quando, § ad corrigendos, de accuſat.* Alphonſus à Caſtro nouiſſime *lib. 2. de poteſt. legis. §. 12. 1. arg. 6. concluſ. pagina totius operis, 222. col. 2.* Remiſſio tamen vel Principis indulgentia non prodeſt ei, qui iterum ſimile patrauerat crimen, niſi de eo expreſſa fiat mentio, vt in *l. 2. tit. 11. lib. 1. ordin.* Et eſt bonus text. *in l. ſolent. §. graſſatores. ff. de pœn.* & quæ ſuſe traduntur per Ferdinand. Loazes *in. tract. de matrim. dubit. 10. num. 6.* Couar. *lib. 1. reſolut. c. vlt. num. 8.*

Miſericordia † vt eſt author Seneca 2. de clementia. c. 5. *eſt ægritudo animi ob alienarum mi-* 3
ſeriarum ſpeciem, aut triſtitia ex alienis malis concepta, quæ accidere immerentibus credit. Cicero 4
4. *Tuſculanarum Quæſtionum num. 27.* refert, Stoicos ita definire miſericordiam. Et † rurſus *Tuſculan. Quæſt. 3. num. 25.* miſericordiam negat in ſapientem cadere, cuius ipſe rationem reddit, nempe, quemadmodum inuidentia eſt ægritudo ex alterius rebus ſecũdis, ſic miſericordia eſt ægritudo ex alterius rebus aduerſis. In quem igitur cadit miſereri, in eundem cadit inuidere, non cadit autem inuidere in ſapientem, ergo neque miſereri quidem. Præterea Seneca, quo in loco nuper citauimus, ob id ſapienti non conuenire miſericordiam ait, *quòd eius mens ſerena eſt, neque quicquam accidere poteſt, quod illam obducat.*

*obducat. Nihil æque hominem, quam magnus animus decet: non poteſt autem magnus eſſe idem, ſi
metus & mœror contundit, ſi mentem obducit & contrahit. Hoc ſapienti ne in ſuis quidem accidit
calamitatibus, ſed omnem fortunæ iram reuerberabit, & ante ſe franget, eandem ſemper faciem ſerua-
bit placidam & inconcuſſam, quod facere non poſſet ſi triſtitiam reciperet.* Eſt igitur, inquit Seneca,
ibidem in antecedentibus *vitium puſillanimi, ad ſpeciem alienorum malorum ſuccidentis. Itaque
peſſimo cuique familiariſſima eſt. Anus & mulierculæ ſunt, quæ lachrymis nocentiſſimorum mouen-
tur: quæ ſi liceret, carcerem effringerent. Miſericordia* denique *non cauſam, ſed fortunam expectat:
clementia autem* vt ſtatim ſubijciam, *rationi accedit.* Rurſus *cap. 6. Miſericordia,* inquit, *vitium
eſt animorum nimis miſeriæ fauentium, quam ſi quis à ſapiente exigit, prope eſt, vt lamentationem
exigat, & in alienis funeribus gemitus. Imbecilles oculos eſſe ſcias, qui ad alienam lippitudinem &
ipſi ſuffunduntur: morbus enim eſt, non hilaritas, ſemper arridere ridentibus, & ad omnium oſcita-
5 tionem, ipſum quoque os diducere.* At † Stoicorum ſententiam Peripatetici à Platone & Ari-
ſtotele temperati, moderantur, qui quandoque aſſerunt valere gratiam apud ſapien-
tem: viri que boni eſſe misereri, vt & Cicero refert *in oratione pro Murena num.* 58. Plato
item *de legum latione dialog. 5. col. 4. in princ.* Misereri, inquit, decet eorum, qui ſanabiles
ſunt. Quamuis idem Cicero Peripatheticorum damnet ſententiam, *Tuſculanar. quæſtion.
lib. 4. n.* 59. quia qui modum, inquit, vitio quærit, ſimiliter facit, vt ſi poſſe putet, eum qui
ſe è Leucade præcipitauerit, ſuſtinere ſecum velit, vt enim id non poteſt, ſic animus per-
turbatus & incitatus, nec cohibere ſe poteſt, nec quo loco vult, inſiſtere omnino. Sed
quid alios huic rei teſtes adhibemus, cum Dominus noſter *Lucæ cap. 6.* dixerit: *Eſtote mi-
6 ſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt.* Proprium † enim Dei eſt misereri, vt dicitur in
Pſalmis, *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* In Deo autem miſericordia eſt ſecundum
effectum, non ſecundum affectum, non enim miſeretur, niſi propter amorem, in quan-
7 tum amat nos tanquam aliquid ſui, inquit B. Thom. 2. 2. *quæſt.* 50. *artic.* 2. Præterea † mi-
ſericordia eſt virtus, quando motus animi, hoc eſt, dolor alienæ miſeriæ reſpicit appeti-
tum intellectiuum, vt qui à ratione reguletur, tunc etenim motus appetitus ſenſitiui re-
gulari poteſt ſecundum motum ratione regulatum, & vt Auguſt. ait 9. *de Ciuitate Dei,*
iſte animi motus, ſcilicet, miſericordia, ſeruit rationi, quando ita miſericordia vtimur, vt
conſeruetur iuſtitia, ſiue cum indigenti tribuitur, ſiue cum ignoſcitur pœnitenti: refert
Beatus Thomas receptus 2. 2. *quæſt.* 30. *art.* 3. vbi concludit, miſericordiam hoc modo eſſe
virtutem, quandoquidem id verum ſit, rationem virtutis humanæ in eo conſiſtere, vt
animi motus ratione reguletur. At vero cum miſericordia motum reſpicit appetitus
ſenſitiui, vt ipſe profitetur, non virtus, ſed paſſio eſt, ratione non regulata, quæ nimirum
impedit conſilium rationis, dum facit à iuſtitia diſcedere, iuxta Salluſtij ſententiam di-
centis: *Omnes homines qui de rebus dubijs conſultant, ab ira & miſericordia vacuos eſſe decet.* haud
8 enim animus facile verum præuidet, vbi iſta afficiunt. Vnde † omnes ſane animi per-
turbationes miſericordiam ratione regulatam impediunt, nempe ira, iuxta illud Pro-
uerbiorum 27 *Ira non habet miſericordiam, neque erumpens furor.* Pari etiam ratione ſuperbi
non miſerentur, qui contemnunt alios, & reputant eos nequam: vnde digne pati cre-
dunt, quam vident perpeti miſeriam: vnde & Gregor. ait, falſa iuſtitia, ſcilicet, ſuperbo-
rum, non habet compaſſionem, ſed dedignationem. Similiter & qui valde timent, non
miſere-

miſerebuntur, adeo enim propriæ miſeriæ & timori intendunt, vt alienæ non reminiſcantur, ita probat Thom. *dict. quæſtion.* 30. *art.* 2. Ex † quibus paulo ante ipſe deduxerat, 9
ſenes ob id ſapienteſque eſſe miſericordes, quia vt Ariſtot. inquit *in* 2. *Rhetor.* homines miſerentur eorum qui ſunt eis coniuncti & ſimiles, ex hoc enim credunt & æſtimant eos ipſos poſſe ſimilia pati. Cum igitur ſenes & ſapientes conſiderant ſe poſſe in mala incidere, ſunt proculdubio magis miſericordes, ſicut & debiles & formidoloſi, modo non ſint in infimis malis & nimio timore, vt modo diximus conſtituti: quamobrem Ciceronis, & Senecæ, & Stoicorum opinatio nullatenus admittenda eſt. Scientia ſiquidem quæ miſericordiam vetat, fugienda eſt, *cap. ponderet.* 50. *diſtinct.* Vt † ergo ad id 10
quod inſtitui reuertar, in iudicibus miſereri non cadit, ſi prætextu miſericordiæ iuſtitia violetur. Nemo enim parricidæ aut proditoris ſupplicio miſericordia iuſte commouetur, inquit Cicero. 4. *Tuſculan. quæſtion. num.* 27. *ad finem*: perinde atque prætextu eleemoſynæ non decet quod iniuſtum eſt iudicare, vt Hieron. ad Sabinum ſcripſit. Quare Exodi 24. *Pauperis*, inquit Scriptura, *in iudicio non miſereberis*, non enim miſericors eſt, qui cum vni parcit, alios in diſcrimen adducit: *cap. ſed illud.* 45. *diſtinct.* Quinimo, vt verius loquamur, ipſius debitæ pœnæ inflictio miſericordia dicitur, nam qui finem facit peccato, miſericors eſt. *cap. vltim. in fine de pœnitent. diſtinct. vltim.* atqui minime relaxatur peccatum abſque vindicta, *iuxta cap. ſi peccatum Dauid, de pœnitent. diſtinct.* 1. Sin autem iuſtitia non offendatur, iudex miſericordia vti poteſt: nam, vt Hieronym. ait 2. ſuper Zachariam, in iudicijs primum eſſe debet iuſtitia, deinde ſequi poteſt miſericordia. Nam à Deo ita imponitur largitas miſericordiæ, vt non omittatur iuſtitia diſciplinæ, *vt in capit. nullus debite, de pœnitent. diſtinction.* 1. Eſt enim miſericordia cum ſeueritate miſcenda, *eadem diſt. cap. vide.* Corripere vtique debet iuſtus in miſericordia cum dilectione corrigendi, non cum odio perſequendi, *cap. ita plane.* 23. *quæſt.* 4. nec iudicem vindicta delectet, quæ alieno malo animum paſcit, *cap. de occidendis.* 23. *quæſt.* 5. quibus concinit text. optimus *in l. vltim. tit.* 3. *p.* 7. *& in l.* 7. *tit.* 9. *lib.* 4. *ord.* ibi: *Deue fazer mueſtra que le peſa.* Quandoque tamen miſericordia debetur, *capit. diſpenſationes, & ca. exigunt. vbi gloſſ.* 1. *quæſt.* 7. ſicut & diſpenſatio, vt ibidem dicitur, & *in c. domino.* 50. *diſtinct.* gloſſ. *in c. vt conſtitueretur, in verbo, detrahendum eſt,* 50. *diſtin.* Arch. *in c. omnis qui. num.* 1. 45. *diſt.* & iure noſtro regio eſt optimus text. *in l.* 2. *tit.* 10. *part.* 2. cuius verba ſunt: *Ca como quier que la juſticia es muy buena coſa en ſi, y que deue el rey ſiēpre vſar, y con todo eſſo haze ſemuy cruel, quando a las vegadas no es templado co miſericordia.* Hinc † ſingularis lex regni noſtri 3. 11
tit. 22. *part.* 3. iudicibus permittit pœnam pecuniariam pauperi impoſitam & fiſco applicatam mitigare & moderari, ſi eius condoleri velit.

Tertio hac in re conſiderari poteſt clementia, & priuſquam examinemus, nunquid ea iudices vti poſſint, eius definitio collocanda eſt. Nempe, † vt Seneca docuit *lib.* 2. *de* 12
clementia ad Neronem c. 3. *Clementia eſt, temperantia animi in poteſtate vleiſcendi.* Hæc tamen non conuenit iudici. Quare aliam protinus ſubijcit: videlicet, *lenitas*, inquit, *eſt ſuperioris aduerſus inferiorem in conſtituendis pœnis:* vel vt ferè omnibus placet, *clementia eſt, qua ſe flectit citra id quod merito conſtitui poſſet. Itaque* (ſubijcit cap. 7.) *pœnam quam exigere debet, non donat, ſed illud quod ex venia conſequi vis, honeſtiore tibi via tribuit. Parcit enim ſapiens, conſulit*

Digitized by Google

ſulit & corrigit. Idem facit, quod ſi ignoſceret, neque ignoſcit: nam qui ignoſcit, fatetur ſe quod fieri debet omiſiſſe. Aliquem verbis tantum admonebit, pœna non afficiet, ætatem eius emendabilem intuens. Aliquem inuidia criminis manifeſtè laborantem iubebit incolumem eſſe; quia deceptus eſt, quia per vinum lapſus. Hoſtes dimittet ſaluos, aliquando etiam laudatos, ſi honeſtis cauſis, pro fide, pro fœdere, pro libertate in bellum accincti ſunt: hæc omnia non veniæ, ſed clementiæ opera ſunt.

13 Perinde enim *clementia liberum arbitriũ habet,* atque æquitas quippe *quæ nō ſub formula, ſed ex æquo & bono iudicat. & abſoluere illi licet, & quanti vult æſtimare litem. Nihil ex his facit tanquam iuſto minus fecerit, ſed tanquam id quod conſtituit iuſtiſſimum ſit. Clementia hoc primum præſtat, vt, quos dimittit, nihil aliud illos pati debuiſſe pronuntiet.* Hactenus Senec. *d.l.2. de clementia, cap. vltim.* Hæc autem nos miſericordiæ, quæ ratione regitur, tribuimus, vt ex paulo ante traditis expenditur, & ex eo quod imperator Alfonſus inſinuat *in l. vltim. tit. 22. part. 7.* his verbis: *Miſericordia es, quando el Rey ſe tuelle conpiedad de ſimiſmo à perdonar à alguno la pena que aûia de auer doliendoſe del, viendole cuytado, o mal andante, o por piedad que ha de ſus hijos y de ſu compannia. Mercedes perdon que el Rey haze a otro por me recimiento de ſeruicio que le hizo aquel a quien perdona, o a quellos de quien el deſcinde: y es como manera de regalardon.* Et licet doctiſſimi viri pietatem, ſeu clementiam pro miſericordia vſurpent, & econtra: proprie tamen miſericordia eſt virtus charitati annexa, vt beatus Thomas profitetur, *2.2. quæſt. 30. artic. 1.* Pietas vero ſeu clementia eſt annexa iuſtitiæ, vt ipſe idem Thomas probat. *2. 2. quæſt. 101. art. 1.* quem cæteri frequentius recipiunt teſte Martino ab Azpilcueta *in ſuo manuali confeſſorum, cap. 14. num. 1.*

14 Denique † apud Plat. legitur dialogo *de legibus, vel legum latione 5. columm. 4. in princip.* Miſereri decet eorum, qui ſanabiles ſunt, & cohibere iram, ne aduerſus eos muliebri iracundiæ feruore animus efferatur, duriuſque inſiſtat. Qui autem ita ſunt flagitioſi, vt incurabiles ſint, eis ira vehementius immittenda. Quibus non parum conferunt quæ nos *ſupra capite præcedenti, num. & ſequentibus* fuſius diximus.

15 Cæterum, † vt his colophonem imponam, Cicero 1. *Rhetoricorum,* ſermonem de iudicibus faciens, ſic inquit: *Iudices qui ex lege iurati iudicatis, legibus obtemperare debetis: obtemperare autem non poteſtis, niſi quod in lege ſcriptum eſt ſequamini,* facit etiam text. *in authent. de iudicibus. §. omnis. prope finem.* Sed in lege ſcriptum eſt, omnis lex ad clementiam apta eſt, §. *quoniam, in authent. de exhibend. reis.* ergo & iudices (qui legis ſunt miniſtri, iurantque omnia ſecundum ius agere: *authent. de defenſ. ciuit. §. iuſiurandum*) debent nimirum eſſe ad clementiam proni. Hinc prætor ſatis clementer cum reo egiſſe profitetur *in leg. ſi cum exceptione. §. 1. verſ. ſatis clementer. ff. quod metus cauſ.* Quod ſane in his procedere arbitror quæ non ſunt per leges expreſſa, ſed iudicis arbitrio relinquuntur, in quibus oportet vt iudex ſemper præ oculis habeat quod Iacobus Apoſtolus ait, *Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam,* ſuperexaltat autem miſericordia iudicem: & ita intelligendum eſt quod Marcellus ait *in leg. reſpiciendum. ff. de pœnis,* vt & Alfonſus à Caſtro cenſuit *libr. 2. de poteſtat. legis pœnalis. cap. 12. concluſion. tertio.* Sed, vt vera loquar, idem eſſe per omnia cenſeo in pœnis à lege præciſe

ſtatutis,

ſtatutis, vt tradunt omnes *in c. qualiter. 2. de accuſat.* Couarr. *lib. 2. reſol. c. 9. num. 8.* Nam *cum*
impij ſumpſerint principatum, gemet populus: Prouerbiorum 29. Thom. 2. 2. *quæſt. 32. art. 2.* De-
nique † omnis qui iudicat, ſit in correptione ſubditorum beneuolus, neque eos cum 16
aſperitate corrigat, ne ſuperbus dicatur, *c. licet 45. diſtinct.* ſit in iudicio iuſtus, *cap. iudicet.*
3. quæſt. 7. in animaduerſione miſericors, *cap. vera, 45. diſtinct. l. vltim. titul. 3. part. 7. & l. 7.*
titul. 9. lib. 4. ordinationum: nec excandeſcere debet aduerſus eos, quos malos putat, ſic-
ut nec precibus calamitoſorum illachrymari oportet, id enim non eſt conſtantis, nec
recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit, inquit Calliſtratus *in l. obſeruandum. ff.*
de offic. præſid. Miſericors ergo ſit circa corrigibiles, erga incorrigibiles vero ſeuerus, *cap.*
quanto, in fin. 2. quæſt. 5. Alber. *in l. reſpiciendum, num. 4. ff. de pœnis.* Omnis enim qui iuſte iu-
dicat, ſtateram in manu geſtat, in vtroque penſo iuſtitiam & miſericordiam portat, ſed
per iuſtitiam reddit peccati ſententiam, per miſericordiam peccati temperat pœnam:
vt iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per miſerationem
indulgeat. Verba ſunt Gregorij à Gratiano relata *in c. omnis 45. diſtinct.* quo in loco Ar-
chid. ita exponit ea verba, videlicet in leuioribus cauſis pronior eſſe debet ad lenita-
tem: in grauioribus autem pœnas ſeueras legum cum aliquo temperamento exequi:
per text. *in l. reſpiciendum. in princ. ff. de pœnis.* Iuſtitia poſtremo eo mediocritatis tibi itine-
re regenda eſt, vt nec ductu leni immotam ſemper animi rationem negligentia ſubſe-
quatur: dum neque de magnis, neque de minimis errantium vitijs corrigendi curam
geris, ſed nec licentiam peccandi, aut alludentibus tibi blande, aut illudentibus pro-
terve permittis, neque rurſus nimia rigiditate, & aſperitate, nil veniæ aut benignitatis
reſeruans, humanæ ſocietati durus appares. Ita ergo iuſtitiæ regula tenenda eſt, vt re-
uerentia diſciplinæ eius, neque nimia negligentiæ communitate deſpecta vileſcat, ne-
que ſeueriori atrocitate diuturna, gratiam humanæ amabilitatis amittat. Ita nobis a-
ſtruit Seneca *lib. de virtutibus ad finem.* Vt † ex his intelligamus inſignem clementia virum,
neminem abſque conſolatione punire, neminem punitum perdere, omnes pro viribus 17
ſeruare, quos nece punit, vt à morbis animi liberet, ac minimo mortis malo, interim
ingenti & indies creſcenti obſiſtat animi malo. Præſtare quippe exiſtimat hinc abire,
quam in morbo vel animi vel corporis incurabili viuere. Atqui neque hac vita priuat,
niſi quem cognouerit inſanabilem: neque ſupplicium vllum à lege, quæ bona eſt illa-
tum tendere vult ad malum. Et inſumma iuſtitiam vbique mirum in modum cum cle-
mentia miſcet: neque rigiditate torquet durius, neque mollitia quicquam relin-
quit inultum. Denique tres eſſe debere cauſas puniendis peccatis, ab Ariſtotele, a-
lijsque Philoſophis exiſtimatum eſt. Vna eſt cum pœna adhibetur caſtigandi emen-
dandique gratia, vt is qui fortuito deliquit, attentior fiat, correctiorque. Altera,
cum dignitas, authoritasque eius in quem eſt peccatum, tuenda eſt, ne prætermiſſa
animaduerſio contemptum eius pariat. Tertia ratio vindictæ eſt, cum punitio pro-
pter exemplum eſt neceſſaria, vt cæteri à ſimilibus peccatis quæ prohiberi publice in-
tereſt, metu cognitæ pœnæ deterreantur: quo fit, vt quando ſpes magna eſt, vt is qui
peccauit, citra pœnam ſeſe vltro corrigat, aut iacturam dignitatis in quam pec-

Digitized by Google

catum eſt metui non eſt neceſſum: aut non id peccatum eſt, cuius exemplo neceſſario
metu ſanciendum ſit: tum quidquid ita delictum eſt, non ſanè dignum eſſe imponen-
dæ pœnæ ſtudinm viſum eſt, vt Gellius refert *lib.6.c.14.* Hæc igitur omnia ſi ita cuſto-
diantur, talis profectò arbor optimos nimirum producet fructus, odore ſuaues, & ſapo-
re dulciſſimos, vt verè dici poſſet de eo qui per arborem repræſentatur, quod in Canti-
cis ſcribitur *pſalm.91. Iuſtus vt palma florebit, & ſicut cedrus Libani multiplicabitur. Atque reipu-*
18 *blicæ hortus ſub iuſtis florebit rectoribus: Prouerbior. 49.* Nam, vt † ſcribitur *Eccleſiaſtici cap. 10.*
Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Et qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitantes in ea.
Eſt & Platonis ſententia à Cicerone *epiſtolarum lib.1. ad Lentulum*, vſurpata, Quales in
republica principes eſſent, tales reliquos eſſe ciues: quam etiam citat Barb. *conſ.1. col.5.*
li.1. & rurſus *conſ.40. col.6.li.4.* vbi dicit, Platonem huiuſmodi ſententiam afflatu Spiri-
tus ſancti protuliſſe. Et ipſe Cicero *lib.3. de legibus*, legem duodecim tabularum enar-
rans, qua ſtatutũ erat, vt magiſtratus vitio vacarent, atq; cæteris ſpecimẽ eſſent, hęc ver-
ba adiecit: *Vt enim cupiditatibus principum & vitijs infici ſolet tota ciuitas, ſic emendari & corri-*
gi continentia. Et paulo poſt: *Nam licet videre, ſi velis replicare memoriam temporum, qualeſ-*
cunque ſummi ciuitatis viri fuerint, tales totam ciuitatem fuiſſe. Hinc Gratianus *in c. miramur.*
19 *61. diſtinct.* Integritas, dixit, præſidentium, ſalus eſt ſubditorum. Quemadmodum † è
diuerſo peccata eorum qui ſunt in dignitate conſtituti, trahi ſolent vt plurimũ ab infe-
rioribus in exemplum, vt dicit text. *in cap. cum quidam. in princ. de iureiuran.* vbi gloſſ. Imo.
Felin. & alij ex hoc dicunt, hoc magis eſſe puniendos in foro pœnitentiali. & alius text.
in c. ſicut & in c. paſtoralis. 2. q.7. & cap. ex merito. 6. q.1. & omnium optimus *in c. præcipue 11.*
q.3. & in c. magnæ, de voto, vbi gloſſ. citat illud Claudiani, eius tamen nomine tacito, *Com-*
20 *ponitur orbis Regis ad exemplum.* Caueant † igitur, atque iterum dico caueant horti culto-
res noſtri, hoc eſt, magiſtratuum ſelectores, ne imperitos, inexpertos, imprudentes,
ambitioſos, Deum minime timentes, aut penitus ignotos in magiſtratus deligant, vel
de eorum vita, moribus, doctrina, integritate, ſeu fortitudine nullum habentes ſpeci-
men, qui tanquam aridæ arbores nullos emittant fructus: neue timidi & ignari iuſti-
tiam denegent, aut tanquam tyrones & inexercitati, bellum inchoare timentes mali-
gnus aduerſarius callidè decipiens, facile ad ignem trahat. Sed quale quiſque ſui ſpeci-
men dederit, ita vel porro pergat, vel pedem referat. Rem profectò immortali præco-
21 nio celebrandam, vt fortuna ſapientiæ cedat. Omnis † namque felicitas & humana
tranquillitas ex conſtitutione bonorum pendet iudicum, perturbatio vero & infelici-
tas ex culpa malorum, vt apud Platonem memoriæ proditum eſt libro 34. vt *de legibus*
vel legumlatione dialogo ſexto, in princip. Audi, inquit, *iam nemini dubium eſt, quin cùm magna*
rei legumlatio ſit, ſi quis ciuitati per leges benè parata non idoneos magiſtratus conſtituat, quamuis
leges bene poſitæ ſint, tamen, non modo id nihil proderit, riſumq; mouebit, verum etiam calamitates
maximas ciuitatibus pariet. Ad hæc igitur qui præſunt animaduertant, quoniam iudicium
eis fiet proculdubio duriſſimum, vt Salomon *libro ſapientiæ 6.* præmonuit. *Exiguiſque,*
idem eſſe inquit, *miſericordia concedetur, at potentes potenter tormenta patientur.* Quinetiam
22 in † foro pœnitentiali ad reſtitutionem tenetur, qui indignum eligit, non tantum di-
gno, verum etiam ciuibus ſibi ſubditis, vel alijs coram eo litigantibus, quibus per igno-

tantiam

rantiam aut nequitiam damnum intulerit, aut ex iniqua electi adminiſtratione læſio contigerit, vt Anchar. atteſtatur *in Clem. 1. de ætate & qualitate. in fin.* Fel. *in c. ſi quando, n. 7. de reſcript.* Ioan. Lup. *in c. per veſtras. notat. 3. §. 26. num. 11. de don. inter vir. & vx.* Anton. 3. *par. tit. 3. c. 4. §. 5.* Scotus *in 4. diſtin. 15. q. 2. art. 4.* Mar. ab Azpilcueta *in relectione c. ſi quando de reſcript. except. 11.* Adrianus *in 4. ſententiarum, tractatu de reſtitut. c. quia iam determinatum eſt. verſ. 2. concluſio.* Couarr. *in relectione regulæ peccatum. 2. parte. §. 7. n. 2.* licet idem *num. 6.* cum Adriano audacter teneat non teneri ad reſtitutionem ipſi omiſſo faciendam, quibus ſubſcribit Mar. ab Azpilcueta *in Manuali confeſſorum, c. 17. num. 72. & in c. graue. de preb.* eo quod nullum ius in re nec ad rem digniori fuerit quæſitum.

CAPVT LXVII.

RELATORVM LAVDES CONTINET, OMNIAQVE IN iudicibus requiſita in eis inueniri, affatim probat.

SVMMARIA.

1 *Relatores omnia quæ in iudicibus requiruntur habeant neceſſum eſt.*
2 *Relatores cauſarum maximam habent experientiam.*
3 *Relatorum laudes.*
4 *Fides vt habeatur quibus rebus effici poſſit.*
5 *Auditores olim in Hiſpania cauſas referebant.*
6 *Relatorum calamitas.*
7 *Relatores libertatem & fauorem habere oportet vt recte referant.*
8 *Calamitas virtutis eſt occaſio.*
9 *Magiſtratus iis ſunt concedendi, qui proprio exemplo alijs miſereri didicere.*
10 *Nemo bene imperat qui aliquando non paruerit.*
11 *Relatoris in magiſtratus maioris arborem optima inſitio.*
12 *De eodem plures authoritates.*

EX his ergo, vt ad inſtituta poſt longum diſceſſum redeam, liquido apparet, propoſitionem noſtram qua aſſeruimus, relatores aptiores eſſe Aduocatis, vt ad magiſtratus maiores promoueantur eſſe veriſſimam & iuri conſonam. Quandoquidem † omnia quæ in magiſtratibus requiruntur, & in referentibus exigi, & in pluribus plurima inueniri palam eſt. Nam qui maiorem obſecro † cauſarum experientiam, quam ipſi habere poſſunt? Nemo eſt qui ambigat. Hoc quippe eis munus eſt, plurimas quotidie cernere cauſas, liteſq; diuerſas, allegationes etiam famoſiſſimorum totius regni Iuriſconſultorum, nec non ordinem, modumq́ue quibus earum proceſſus conficiuntur. Et non ſemel curioſi, literiſq́ue addicti, conſilia & iuris allegationes vtriuſque partis quærunt. Et inſuper deciſiones, conſultaq́ue ſenatus in cauſis dubijs callent; atque ea memoriæ mandant. Quove pacto per regios ſenatores leges in praxim ducantur. Atqui ſtylo curiæ, ordinarijſq́ue prouiſionibus ſunt ita practici, vt nemo eos antecellat. Quis ad eos, ſi in praxi aliquid in dubium vertitur, non occurrat? Sumunt præterea in alijs exemplũ iudicibus, ſiue cauſarum patronis, qui à ſenatoribus de incuria, imperitia, aut negligentia carpuntur. Deniq; cũ inter melliſ fauos verſentur, haud ita mordici euadere poſſunt,

3 quin aliquid mellis hæreat. Porro † legum, canonumq; ſcientia eis minimè deeſſe poteſt: ante enim quam eligantur decem annis vacaſſe literis & iuris peritiæ, leges & pragmaticæ ſanctiones regni huius ſupra citatæ requirunt. Cæterum neque ſententiam eius admiſerim, qui relatores plurimis cauſarum hiſtorijs præpeditos, quæ iuris ſunt requirere non valere inuidè aſſeruerit, cum id non ad omnes referri queat. Nonnulli quippe quod alijs ad otium ſumendum ſupereſt tempus, in legendis libris ciuilis, pontificiæ, & diuinæ ſapientiæ vt plurimum conſumunt. De quorum vita & moribus non operæpretium eſt, diſſerere, cum quotidie à ſenatoribus & patricijs peculiariter viſitemur: per quos leuiſſima etiam nedum grauiora crimina ſeuerè puniuntur. Ex quib. intelligi poterit, quanta nobis fides adhibetur. Ex noſtris enim aſſertionibus vita, cenſus, & honores omnium litigantium dependēt, dictisq; noſtris ſenatorum conſcientia exoneratur. Quo fit, vt veritas, & fidelitas, prudentia & iuſtitia magis in referētibus inueniatur, quā
4 in cæteris quibuslibet officiarijs. Fides † namque, teſte Cicer. *offic.* 2. vt habeatur duabus rebus effici poteſt, ſi exiſtimabimur adepti cum iuſtitia prudentiam. Cum igitur fides dictis adhibetur noſtris, prudentiam exiſtimamur cum iuſtitia ſectari. Arcana autem conſilij & ſenatus quonam pacto ſeruemus, nemo eſt qui ignoret. Authoritatem etiam, quam hoc munus habeat, ex antea dictis intelligere licebit. Plenè ſiquidē oſtenſum eſt, partem eſſe muneris ſenatorij, vice quippe eorum cauſarū merita promunt quinetiam olim ipſi in Hiſpania & auditores erant, inuicemque cauſas referebant, vt *in ordin. regia* Ioan. primi huius nominis in oppido Guadalaxaræ edita ann. 1390. cōtinetur, vt Mon-
5 tal. refert *in repertorio in verbo, relatio: & in verbo, auditores.* Licet † paulo ante actis temporibus vrgentibus forte, quod dolens dico, huic iam infelici muneri vacantium meritis,
6 aliud viderimus accidiſſe: Quippe cum carcerib. publicis mancipari ob minimā quamcunque negligentiam, conuitia, reprehenſioneſque publicè audientes quotidie vexaremur, nullo inter antiquos & neotericos, pronæ aut malæ indolis, æquos, & iniquos, diſcrimine habito, ſed omnes nulla perſonarum diſtinctione habita æqua, prout aliqui ſenatores credebant, lance iudicati, in honoris naufragium ducebamur. Quod tamē iam non ſic: Rerum enim magiſtra experientia docuit, id non modo in ſenatorū redundaſſe incommodum quippe qui grauiter & letaliter peccent iuxta ſententiam Silueſtri *in verbo contumelia*, §. 2. Martinum ab Azpilcueta *in manuali confeſſorum c.* 18. *n.* 13. *& in repet.*
7 *c. inter verb.* 11. *q.* 3. *n.* 56. ſed & in reipublicæ detrimentum. Nam † ſi libertate & fauore carent qui referunt, quo pacto libere veritatem nunciabunt? nempe oratori nihil eſt magis neceſſarium fauore auditorum, vt Cicero profitetur, 2. *de orat. n.* 95. & rurſus *lib.* 3. *de orator.* tum pauor, inquit, mihi ſapientiam omnem exanimato expectorat. & Guill. Durant. *in ſpeculo, tit. de aduocato in rubr. nu.* 6. audaciam, inquit, tribuit peroranti, & ſic referenti, vt liberè veritatem referat, ſcientia videlicet, eloquentia, potentia, libertas, gaudium, fauor, & benignus auditus, & his contraria contrarium operantur effectum, *argumento. c. ſirector, poſt princ.* 43. *diſt. c. primum.* 25. *diſt. c. in loco.* 5. *q.* 4. *c. ex merito.* 6. *qu.* 1. Sed quorſum huic rei teſtes adduco exteros? ip ſe prop. ijs vidi oculis tyronem quēdam huic muneri deſeruientem, qui interrogatus, an inſtrumentum quoddam eſſet in cauſa productum, idq; corā ſe habens, reſpondit nō eſſe in proceſſu: deinde monitus à ſocio, qui lateri

aderat,

Digitized by Google

aderat,noluit tamē referre:ſciebat n.ſe in carcerē detrudendũ.Socius tamē id iudicibus
aperuit,priuatim eos alloquēs,ne iuſtitia periret,& cõſocium eius valde increpauit, ad-
monens animã,iuſtitiamq́; honori ſemp eſſe præferendã, ꝙ ſi nociuũ pernicioſumq́ue
valde,aut vtile ſit reip.iudicet qui hæc legerit.Hoc† vnũ tamē me non fugit, nobis ipſis 8
ſeueritatē hanc nõ multũ incõmodi attuliſſe.Experientiã quippe tribuit, vt cũ in magi-
ſtratus,ꝙ raro fit,euecti fuerimus,cognoſcamus qua afficiantur moleſtia, quoue pœnæ
exceſſu,qui in carcerē detruduntur, maximè ſi honorē habuerit, vtq; ſic diſcrimē plo-
narũ in animaduerſionib.& correptionibus, prout iura ꝑcipiunt, emēdationemq́; ſine
cõtumelia facere non ignorem⁹: ſolũ in caſtigatione reipubl. nõ ꝓpriam vindictam in-
tuētes,iuxta Tullij ſentētiam officiorũ 1. memoriæ ꝓditam, & Imperatoris Alfonſi *in l.
41.ti.4.p.1.Calamitas ſiquidē*(vt morũ ille & virtutũ princeps & pater Senec. *in li.de diuina
prouidētia,c.de proſperitate*,aſtruit.) *virtutis occaſio eſt.* Vnde n. poſsũ ſcire, quantũ aduerſus
paupertatē tibi animi ſit,ſi diuitijs affluis? Vnde poſsũ ſcire, quãtũ aduerſus ignominiã,
& infamiã,odiumq́; populare conſtãtiæ habeas,ſi inter applauſus ſeneſcis,ſi te inexpu-
gnabilis,& inclinatione quadã mentiũ pronus fauor ſequitur? Nihil miſerũ eſt ꝙ in na-
turã conſuetudo perduxit.Non eſt præterea arbor ſolida nec fortis, niſi in q̄ frequēs vē-
tus incurſat,ipſa n.vexatione cõſtringitur,& radices certius figit,fragiles ſunt q̄ in aprica
valle creuerũt.Probi n.viri cõcuti pri⁹ debēt vt cõfirmētur.Hinc † nõ immerito iuris v- 9
triuſq; famoſiſſimus interpres Ripa *li.interp. 2.c.eã te.n.55.extra de reſcr.* eos in magiſtratus
eſſe eligēdos cēſuit,qui ꝓprio exēplo alijs miſereri didicere iuxta illud Poetic. Æneid.1.

Non ignara mali,miſeris ſuccurrere diſco.

Et hac potiſſimũ rõe dicitur,Chriſtum potius elegiſſe in Principē Eccl.Petrũ,q̄ Ioannē:
*c.conſid.& c.fidel.50.diſt.*Impoſſibile a.eſt afflictorũ cognoſcere afflictiones, qui afflictio-
nis experimēta nõ ſuſtinuit,vt in gloſſis ſcribitur.4.*ad Hebr.*refert Fel.*n.12.*& Ripa *n.35.in
d.c.eã te.de reſcr.*Nemo † ēt bene imperat qui aliquãdo nõ paruerit,teſte Plut.2.*tom.in vita* 10
*Ageſilai,in pr.*cuius hæc ſunt verba:*Tamē & hoc peculiare Ageſilao fuit ꝙ ad imperandũ nõ prius
acceſſit,quã obſequi imperio didiciſſet.Vnde multo cõmodiſſimũ ſubditis principē fuiſſe tradunt: impe-
rioſo ſublimiq́; naturæ ingenio,his.quas è diſciplina cõtraxit, popularitate, humanitateq́; coniunctis.*
Diſciplina nãque,vt paulo ante dixerat,Spartana,ꝙ aiunt, educatus fuit, difficili illa &
laborioſa,qua capeſſendis imperijs iuuenes pulchrè inſtituuntur. Hinc Plato, 6. *de leg.*8.
*col.*exiſtimãdum eſſe de omnib.hominib.cēſet, ꝙ qui nunq̄ ſeruiuit, is laude dignus eſſe
dominus non poterit.Ideoq; gloriari quemq́; ait, oportere magis ꝙ bene ſeruierit, q̄ ꝙ
bene fuerit dominatus.Si † igitur prædicta omnia conuenire alicui ex reſ[illegible]entium cæte- 11
inſitor huius pomarij inuenerit,quid erit in cauſa,ꝙ ſurculũ talē pretioſiſſimæ arboris,
nēpe ſenatoris,non putet, aliæq́; ſimili arbori inſerat,h.e.in eodem, vel alio ſenatu non
diſſimili magiſtratũ creet,vt coaleſcere poſſit? Atqui ſi ita fiet,prudenter quidem fiet,vt
naturaliter etiã fit.Omnis n.ſurculus omni arbori inſeri poteſt, ſi non eſt ei cui inſeritur
cortice diſſimilis:ſi vero etiã ſimilem fructum & eodem tempore affert, ſine ſcrupulo
egregiè inſeritur, vt Colum. *libro rei ruſticæ 5. cap. 2.* tradidit:& rurſus eodem capite,anti-
quos,ait,veluti pro lege ſanxiſſe,eos tantum ſurculos poſſe coaleſcere,qui ſunt cortice,
libro,& fructu cõſimiles ijs arborib.quibus inſeruntur.Quod ſi fulcitur egregia ratione
naturæq́; admodum cõſona,ex naturæ interprete Plinio *lib.6.c.43.* dicente, ne animata

iudicẽ poſſe vel remittere vel minuere pœnã, ob plurima delinquẽtis ſeruitia principi vel reipublicę facta. Quapropter Ioañes eiuſq; frater Paulus Iuliani Imperatoris primicerij, licet ad Catholicã fuerunt fidẽ conuerſi, non fuerunt publice ſed in carcere iugulati. Ad quos decollandos Terentianus miſſus, Non decet, ait, vos intra regiam aulam nutritos publice occidi, vt Guil. Benedictus refert *in rep. c. Raynutius. in verbo & vxorem nomine Adelaſiam. n.* 808. hi ſiquidem nimirum pro rege, domo, & parentibus regis laborare ſolent, vt Chaſſaneus conſiderauit *in ſuo Catalogo gloriæ mũdi 6. p. c. vlt.* Ex quo Abiatar, licet morte dignus erat, veniam obtinuit à Salomone, vt habetur 3. *Regum. c. 2.* vbi Salomon eum in agrum ſuum mittens, dixit: *Et quidem vir mortis es, ſed hodie te non interficiam, quia portaſti arcam Domini Dei coram Dauid patre meo, & ſuſtinuiſti laborem in omnibus in quibus ſuſtulit pater meus:* vt idem Chaſſaneus refert quo loco nuper citauimus.

CAPVT LXVI.

DE VENIA AGIT, MISERICORDIA, ET CLEMENTIA, & quales fuerint magiſtratus, tales eſſe miniſtros oſtendit.

SVMMARIA.

1 *Venia quid? & an ſit iudicibus licita?*
2 *Princeps Senatus & conſilium quibus poſſunt ex cauſis ignoſcere, & pœnas remittere.*
3 *Miſericordia quid?*
4 *Miſericordia an in ſapientem cadat.*
5 *Miſericordiam cadere in ſapientem.*
6 *Miſericors eſt Deus.*
7 *Miſericordia qua ratione regitur eſt virtus.*
8 *Miſericordia impeditur ira, ſuperbia, & timore.*
9 *Miſericordia magis in ſenioribus, & ſapientibus & debilibus eſt.*
10 *Miſericordia an ſit in iudicibus probata.*
11 *Iudex mitigat pœnam pauperi impoſitam fiſcoque applicatam.*
12 *Clementia quid.*
13 *Clementia perinde liberum habet arbitrium atque æquitas.*
14 *Miſereri decet eorum, qui ſanabiles ſunt, non flagitioſorum incurabilium.*
15 *Clementem eſſe oportet iudicem.*
16 *Iudex quid agere debeat vt recte officium exequatur.*
17 *Puniendis peccatis cauſæ aduertuntur.*
18 *Magiſtratus qualis fuerit tales miniſtri & ſubditi eius.*
19 *Magiſtratuum vitia trahuntur in exemplum.*
20 *Quales in magiſtratus aſciſci oporteat.*
21 *Iudicum ex conſtitutione bonorum humana pendet tranquillitas.*
31 *Indigno conferens magiſtratum an ad reſtitutionem teneatur.*

1 Cæterum ne forte decipiat nos hæc generalis tractatio, tria ſunt hac in re conſideranda, venia miſericordia, & clementia, quibus vtrũne liceat iudicibus hic eſt perquirendum. Et Primum id ſcire oportet, quid ſit venia, quid miſericordia, quid autem

autem clementia. Secundo in quibus differant, vt ſciamus qua illarum iudex vti poſſit.

Venia, † inquit, Seneca.2.& 7.*eſt, pœna merita remiſſio*. Iudici igitur non licet ignoſcere ſeu veniam cõcedere, quippe ei ignoſcitur qui puniri debuit. Iudex autem optimus, vt & ſapiens, nihil facit quod non debet, nihil prætermittit quod debet. Itaque pœnam quã exigere debet non donat. Facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi vt Ambroſius dixit *libro officiorum primo*, Gratianus refert *in c.eſt. in iuſt.2. in fi.23.q.4.* Præterea impunitatis ſpes, maxima eſt peccandi illecebra; Cicero pro *Milone num.33.* Quapropter idem ipſe Tullius 1. *Rhetoricorum ad Herennium numer.26. & rurſus lib.2. ad eundem Herennium nume.58.&.59.* à iudicibus, inquit, non eſſe poſtulandum ignoſci. Nam difficile eſt ab eo qui peccatorum iudex eſſe debet vt ignoſcat impetranti, hoc enim in iudicium non venit. Hinc non immerito fit, vt iudex qui pœnam à lege ſtatutam reo infligere negligit, aut illam remittit grauiter peccet, vt euidenter probat Alfonſus à Caſtro *lib.2. de poteſtate legis pœnalis.c.12. concluſ.2.* Ratio eſt, quia ſubditus eſt legi, D. Tho.2.2.*q.67.art.4.* At † in Senatum aut Imperatorem, principem, aut in concilium talis cauſa poteſt con- 2
trouerti, ſiquidem Princeps, Senatus, & concilium ignoſcere poſſunt delinquentibus, eiſque pœnas remittere ex his cauſis: ſi plura aut maiora officia, quam maleficia videbuntur conſtare, ſi qua virtus aut nobilitas erit in eo, qui ſupplicabit, ſi qua ſpes erit vſui futurũ ſi ſine ſupplicio diſceſſerit, ſi ipſe ille ſupplex, manſuetus, & miſericors in poteſtatib. oſtenderetur fuiſſe, ſi ea quę peccauit non odio, nõ crudelitate, ſed officio & recto ſtudio commotus fecit: ſi de tali cauſa alijs quoque ignotum ſit, ſi nihil ab eo periculi nobis futurum videbitur, ſi eum miſſum fecerimus, ſi nulla aut à noſtris ciuibus, aut ab aliqua ciuitate vituperatio ex ea re ſuſcipietur, refert è noſtris Luc. de Pen. *in l. ſi apparitores. 5.col. C. de cohort. lib.12.* Id quod lege noſtra præſcriptum eſt *part.tit.32. de los predones.l.1.* vbi hoc Regibus dumtaxat eſſe permiſſum diſponitur hoc in regno, atque id recta conſcientia facere poſſe Principem, ſi nullus ſit qui accuſet, probat D. Tho.2.2.*queſt.67.art.4.* Felin. *in c. qualiter & quando, § ad corrigendos, de accuſat.* Alphonſus à Caſtro nouiſſime *lib.2. de poteſt.legis.§.12.1.arg.6.concluſ.pagina totius operis, 222.col.2.* Remiſſio tamen vel Principis indulgentia non prodeſt ei, qui iterum ſimile patrauerat crimen, niſi de eo expreſſa fiat mentio, vt in *l.2.tit.11.lib.1. ordin.* Et eſt bonus text. *in l ſolent.§. graſſatores.ff. de pœn.* & quæ fuſe traduntur per Ferdinand. Loazes *in tract. de matrim. dubit.10.num.6.* Couar. *lib.1. reſolut. c. vlt. num.8.*

Miſericordia † vt eſt author Seneca 2. de clementia.c.5.*eſt ægritudo animi ob alienarum miſeriarum ſpeciem, aut triſtitia ex alienis malis concepta, quæ accidere immerentibus credit.* Cicero 3
4.*Tuſculanarum Quæſtionum num.27.* refert, Stoicos ita definire miſericordiam. Et † rur- 4
ſus *Tuſculan. Quæſt. 3.num.25.* miſericordiam negat in ſapientem cadere, cuius ipſe rationem reddit, nempe, quemadmodum inuidentia eſt ægritudo ex alterius rebus ſecũdis, ſic miſericordia eſt ægritudo ex alterius rebus aduerſis. In quem igitur cadit miſereri, in eundem cadit inuidere, non cadit autem inuidere in ſapientem, ergo neque miſereri quidem. Præterea Seneca, quo in loco nuper citauimus, ob id ſapienti non conuenire miſericordiam ait, *quòd eius mens ſerena eſt, neque quicquam accidere poteſt, quod illam obducat.*

Digitized by Google

obducat. Nihil æque hominem, quam magnus animus decet: non poteſt autem magnus eſſe idem, ſi
metus & mœror contundit, ſi mentem obducit & contrahit. Hoc ſapienti ne in ſuis quidem accidit
calamitatibus, ſed omnem fortunæ iram reuerberabit, & ante ſe franget, eandem ſemper faciem ſerua-
bit placidam & inconcuſſam, quod facere non poſſet ſi triſtitiam reciperet. Eſt igitur, inquit Seneca,
ibidem in antecedentibus *vitium puſillanimi, ad ſpeciem alienorum malorum ſuccidentis. Itaque*
peßimo cuique familiariſſima eſt: Anus & mulierculæ ſunt, quæ lachrymis nocentißimorum mouen-
tur: quæ, ſi liceret, carcerem effringerent: Miſericordia denique *non cauſam, ſed fortunam expectat:*
clementia autem vt ſtatim ſubijciam, *rationi accedit.* Rurſus *cap. 6. Miſericordia*, inquit, *vitium*
eſt animorum nimis miſeriæ fauentium, quam ſi quis à ſapiente exigit, prope eſt, vt lamentationem
exigat, & in alienis funeribus gemitus. Imbecilles oculos eſſe ſcias, qui ad alienam lippitudinem &
ipſi ſuffunduntur: morbus enim eſt, non hilaritas, ſemper arridere ridentibus, & ad omnium oſcita-
5 *tionem, ipſum quoque os diducere.* At † Stoicorum ſententiam Peripatetici à Platone & Ari-
ſtotele temperati, moderantur, qui quandoque aſſerunt valere gratiam apud ſapien-
tem: vitique boni eſſe miſereri, vt & Cicero refert *in oratione pro Murena num. 58.* Plato
item *de legum latione dialog. 5. col. 4. in princ.* Miſereri, inquit, decet eorum, qui ſanabiles
ſunt. Quamuis idem Cicero Peripatheticorum damnet ſententiam, *Tuſculanar. quæſtion.*
lib. 4. n. 59. quia qui modum, inquit, vitio quærit, ſimiliter facit, vt ſi poſſe putet, eum qui
ſe è Leucade præcipitauerit, ſuſtinere ſecum velit, vt enim id non poteſt, ſic animus per-
turbatus & incitatus, nec cohibere ſe poteſt, nec quo loco vult, inſiſtere omnino. Sed
quid alios huic rei teſtes adhibemus, cum Dominus noſter *Lucæ cap. 6.* dixerit: *Eſtote mi-*
6 *ſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt.* Proprium † enim Dei eſt miſereri, vt dicitur in
Pſalmis, *Miſerationes eius ſuper omnia opera eius.* In Deo autem miſericordia eſt ſecundum
effectum, non ſecundum affectum, non enim miſeretur, niſi propter amorem, in quan-
7 tum amat nos tanquam aliquid ſui, inquit B. Thom. 2. 2. *quæſt. 50. artic. 2.* Præterea † mi-
ſericordia eſt virtus, quando motus animi, hoc eſt, dolor alienæ miſeriæ reſpicit appeti-
tum intellectiuum, vt qui à ratione reguletur, tunc etenim motus appetitus ſenſitiui re-
gulari poteſt ſecundum motum ratione regulatum, & vt Auguſt. ait 9. *de Ciuitate Dei*,
iſte animi motus, ſcilicet, miſericordia, ſeruit rationi, quando ita miſericordia vtimur, vt
conſeruetur iuſtitia, ſiue cum indigenti tribuitur, ſiue cum ignoſcitur pœnitenti: refert
Beatus Thomas receptus 2. 2. *quæſt. 30. art. 3.* vbi concludit, miſericordiam hoc modo eſſe
virtutem, quandoquidem id verum ſit, rationem virtutis humanæ in eo conſiſtere, vt
animi motus ratione reguletur. At vero cum miſericordia motum reſpicit appetitus
ſenſitiui, vt ipſe profitetur, non virtus, ſed paſſio eſt, ratione non regulata, quæ nimirum
impedit conſilium rationis, dum facit à iuſtitia diſcedere, iuxta Salluſtij ſententiam di-
centis: *Omnes homines qui de rebus dubijs conſultant, ab ira & miſericordia vacuos eſſe decet.* haud
8 enim animus facile verum præuidet, vbi iſta afficiunt. Vnde † omnes ſane animi per-
turbationes miſericordiam ratione regulatam impediunt, nempe ira, iuxta illud Pro-
uerbiorum 27 *Ira non habet miſericordiam, neque erumpens furor.* Pari etiam ratione ſuperbi
non miſerentur, qui contemnunt alios, & reputant eos nequam: vnde digne pati cre-
dunt, quam vident perpeti miſeriam: vnde & Gregor. ait, falſa iuſtitia, ſcilicet, ſuperbo-
rum, non habet compaſſionem, ſed dedignationem. Similiter & qui valde timent, non
miſere-

miſerebuntur, adeo enim propriæ miſeriæ & timori intendunt, vt alienæ non reminiſcantur, ita probat Thom. *dict. quæſtion. 30. art.* 2. Ex † quibus paulo ante ipſe deduxerat, 9
ſenes ob id ſapienteſque eſſe miſericordes, quia vt Ariſtot. inquit *in 2. Rhetor.* homines miſerentur eorum qui ſunt eis coniuncti & ſimiles, ex hoc enim credunt & æſtimant eos ipſos poſſe ſimilia pati. Cum igitur ſenes & ſapientes conſiderant ſe poſſe in mala incidere, ſunt proculdubio magis miſericordes, ſicut & debiles & formidoloſi, modo non ſint in infimis malis & nimio timore, vt modo diximus conſtituti: quamobrem Ciceronis, & Senecæ, & Stoicorum opinatio nullatenus admittenda eſt. Scientia ſiquidem quæ miſericordiam vetat, fugienda eſt, *cap. ponderet. 50. diſtinct.* Vt † ergo ad id 10
quod inſtitui reuertar, in iudicibus miſereri non cadit, ſi prætextu miſericordiæ iuſtitia violetur. Nemo enim parricidæ aut proditoris ſupplicio miſericordia iuſte commouetur, inquit Cicero. 4. *Tuſculan. quæſtion. num. 27. ad finem*: perinde atque prætextu eleemoſynæ non decet quod iniuſtum eſt iudicare, vt Hieron. ad Sabinum ſcripſit. Quare Exodi 24. *Pauperis,* inquit Scriptura, *in iudicio non miſereberis,* non enim miſericors eſt, qui cum vni parcit, alios in diſcrimen adducit: *cap. ſed illud. 45. diſtinct.* Quinimo, vt verius loquamur, ipſius debitæ pœnæ inflictio miſericordia dicitur, nam qui finem facit peccato, miſericors eſt. *cap. vltim. in fine de pœnitent. diſtinct. vltim.* atqui minime relaxatur peccatum abſque vindicta, *iuxta cap. ſi peccatum Dauid, de pœnitent. diſtinct.* 1. Sin autem iuſtitia non offendatur, iudex miſericordia vti poteſt: nam, vt Hieronym. ait 2. ſuper Zachariam, in iudicijs primum eſſe debet iuſtitia, deinde ſequi poteſt miſericordia. Nam à Deo ita imponitur largitas miſericordiæ, vt non omittatur iuſtitia diſciplinæ, *vt in capit. nullus debite, de pœnitent. diſtinction.* 1. Eſt enim miſericordia cum ſeueritate miſcenda, *eadem diſt. cap. vide.* Corripere vtique debet iuſtus in miſericordia cum dilectione corrigendi, non cum odio perſequendi, *cap. ita plane. 23. quæſt.* 4. nec iudicem vindicta delectet, quæ alieno malo animum paſcit, *cap. de occidendis. 23. quæſt.* 5. quibus concinit text. optimus *in l. vltim. tit. 3. p. 7. & in l. 7. tit. 9. lib. 4. ord.* ibi: *Deue fazer mueſtra que le peſa.* Quandoque tamen miſericordia debetur, *capit. diſpenſationes, & ca. exigunt. vbi gloſſ. 1. quæſt. 7.* ſicut & diſpenſatio, vt ibidem dicitur, & *in c. domino. 50. diſtinct.* gloſſ. *in c. vt conſtitueretur, in verbo, detrahendum eſt, 50. diſtin.* Arch. *in c. omnis qui. num.* 1. 45. *diſt.* & iure noſtro regio eſt optimus text. *in l. 2. tit. 10. part.* 2. cuius verba ſunt: *Ca como quier que la juſticia es muy buena coſa en ſi, y que deue el rey ſiẽpre vſar, y con todo eſſo haze ſemuy cruel, quando a las vegadas no es templado cõ miſericordia.* Hinc † ſingularis lex regni noſtri 3. 11
tit. 22. part. 3. iudicibus permittit pœnam pecuniariam pauperi impoſitam & fiſco applicatam mitigare & moderari, ſi eius condoleri velit.

Tertio hac in re conſiderari poteſt clementia, & priuſquam examinemus, nunquid ea iudices vti poſſint, eius definitio collocanda eſt. Nempe, † vt Seneca docuit *lib. 2. de* 12
clementia ad Neronem c. 3. Clementia eſt, temperantia animi in poteſtate vlciſcendi. Hæc tamen non conuenit iudici. Quare aliam protinus ſubijcit: videlicet, *lenitas,* inquit, *eſt ſuperioris aduerſus inferiorem in conſtituendis pœnis:* vel vt ferè omnibus placet, *clementia eſt, quæ ſe flectit citra id quod merito conſtitui poſſet. Itaque* (ſubijcit cap. 7.) *pœnam quam exigere debet, non donat, ſed illud quod ex venia conſequi vis, honeſtiore tibi via tribuit. Parcit enim ſapiens, con-*

ſulit & corrigit. Idem facit, quod ſi ignoſceret, neque ignoſcit: nam qui ignoſcit, fatetur ſe quod fieri debet omiſiſſe. Aliquem verbis tantum admonebit, pœna non afficiet, ætatem eius emendabilem intuens. Aliquem inuidia criminis manifeſtè laborantem iubebit incolumem eſſe; quia deceptus eſt, quia per vinum lapſus. Hoſtes dimittet ſaluos, aliquando etiam laudatos, ſi honeſtis cauſis, pro fide, pro fœdere, pro libertate in bellum accincti ſunt: hæc omnia non venia, ſed clementiæ opera ſunt.

13 Perinde enim *clementia liberum arbitriũ habet*, atque æquitas quippe quæ *nõ ſub formula, ſed ex æquo & bono iudicat. & abſoluere illi licet, & quanti vult æſtimare litem. Nihil ex his facit tanquam iuſto minus fecerit, ſed tanquam id quod conſtituit iuſtiſſimum ſit. Clementia hoc primum præſtat, vt, quos dimittit, nihil aliud illos pati debuiſſe pronuntiet.* Hactenus Senec. *d.l.2. de clementia, cap. vltim.* Hæc autem nos miſericordiæ, quæ ratione regitur, tribuimus, vt ex paulo ante traditis expenditur, & ex eo quod imperator Alfonſus inſinuat *in l. vltim. tit. 22. part.* 7. his verbis: *Miſericordia es, quando el Rey ſe tuene con piedad de ſi miſmo à perdonar à alguno la pena que auia de auer doliendoſe del, viendole cuytado, o mal andante, o por piedad que ha de ſuis hijos y de ſu companNia. Mercedes perdon que el Rey haze a otro por me recimiento de ſeruicio que le hizo aquel a quien perdona, o a quellos de quien el deſcinde: y es como manera de regalardon.* Et licet doctiſſimi viri pietatem, ſeu clementiam pro miſericordia vſurpent, & econtra: proprie tamen miſericordia eſt virtus charitati annexa, vt beatus Thomas profitetur, 2.2. *quæſt.* 30. *artic.* 1. Pietas vero ſeu clementia eſt annexa iuſtitiæ, vt ipſe idem Thomas probat. 2. 2. *quæſt.* 101. *art.* 1. quem cæteri frequentius recipiunt teſte Martino ab Azpilcueta *in ſuo manuali confeſſorum, cap. 14. num. 1.*

14 Denique † apud Plat. legitur dialogo *de legibus, vel legum latione 5. columm. 4. in princip.* Misereri decet eorum, qui ſanabiles ſunt, & cohibere iram, ne aduerſus eos muliebri iracundiæ feruore animus efferatur, duriuſque inſiſtat. Qui autem ita ſunt flagitioſi, vt incurabiles ſint, eis ira vehementius immittenda. Quibus non parum conferunt quæ nos *ſupra capite præcedenti, num. & ſequentibus* fuſius diximus.

15 Cæterum, † vt his colophonem imponam, Cicero 1. *Rhetoricorum*, ſermonem de iudicibus faciens, ſic inquit: *Iudices qui ex lege iurati iudicatis, legibus obtemperare debetis: obtemperare autem non poteſtis, niſi quod in lege ſcriptum eſt ſequamini*, facit etiam text. *in authent. de iudicibus. §. omnis. prope finem.* Sed in lege ſcriptum eſt, omnis lex ad clementiam apta eſt, §. *quoniam, in authent. de exhibend. reis.* ergo & iudices (qui legis ſunt miniſtri, iurantque omnia ſecundum ius agere: *authent. de defenſ. ciuit. §. iusiurandum*) debent nimirum eſſe ad clementiam proni. Hinc prætor ſatis clementer cum reo egiſſe profitetur *in leg. ſi cum exceptione. §. 1. verſ. ſatis clementer. ff. quod metus cauſ.* Quod ſane in his procedere arbitror quæ non ſunt per leges expreſſa, ſed iudicis arbitrio relinquuntur, in quibus oportet vt iudex ſemper præ oculis habeat quod Iacobus Apoſtolus ait, *Iudicium ſine miſericordia illi, qui non facit miſericordiam*, ſuperexaltat autem miſericordia iudicem: & ita intelligendum eſt quod Marcellus ait *in leg. reſpiciendum. ff. de pœnis*, vt & Alfonſus à Caſtro cenſuit *libr. 2. de poteſtat. legis pœnalis. cap.* 12. *concluſion. tertio.* Sed, vt vera loquar, idem eſſe per omnia cenſeo in pœnis à lege præciſe

ſtatutis,

ſtatutis, vt tradunt omnes *in c. qualiter. 2. de accuſat.* Couarr. *lib. 2. reſol. c. 9. num.* 8. Nam *cum impij ſumpſerint principatum, gemet populus: Prouerbiorum* 29. Thom. 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 2. Denique † omnis qui iudicat, ſit in correptione ſubditorum beneuolus, neque eos cum 16
aſperitate corrigat, ne ſuperbus dicatur, *c. licet* 45. *diſtinct.* ſit in iudicio iuſtus, *cap. iudicet.* 3. *quæſt.* 7. in animaduerſione miſericors, *cap. vera,* 45. *diſtinct. l. vltim. titul.* 3. *part.* 7. & *l.* 7. *titul.* 9. *lib.* 4. *ordinationum*: nec excandeſcere debet aduerſus eos, quos malos putat, ſicut nec precibus calamitoſorum illachrymari oportet, id enim non eſt conſtantis, nec recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit, inquit Calliſtratus *in l. obſeruandum. ff. de offic. præſid.* Miſericors ergo ſit circa corrigibiles, erga incorrigibiles vero ſeuerus, *cap. quanto, in fin.* 2. *quæſt.* 5. Alber. *in l. reſpiciendum, num.* 4. *ff. de pœnis.* Omnis enim qui iuſte iudicat, ſtateram in manu geſtat, in vtroque penſo iuſtitiam & miſericordiam portat, ſed per iuſtitiam reddit peccati ſententiam, per miſericordiam peccati temperat pœnam: vt iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per miſerationem indulgeat. Verba ſunt Gregorij à Gratiano relata *in c. omnis* 45. *diſtinct.* quo in loco Archid. ita exponit ea verba, videlicet in leuioribus cauſis pronior eſſe debet ad lenitatem: in grauioribus autem pœnas ſeueras legum cum aliquo temperamento exequi: per text. *in l. reſpiciendum. in princ. ff. de pœnis.* Iuſtitia poſtremo eo mediocritatis tibi itinere regenda eſt, vt nec ductu leni immotam ſemper animi rationem negligentia ſubſequatur: dum neque de magnis, neque de minimis errantium vitijs corrigendi curam geris, ſed nec licentiam peccandi, aut alludentibus tibi blande, aut illudentibus proterve permittis, neque rurſus nimia rigiditate, & aſperitate, nil veniæ aut benignitatis reſeruans, humanæ ſocietati durus appares. Ita ergo iuſtitiæ regula tenenda eſt, vt reuerentia diſciplinæ eius, neque nimia negligentiæ communitate deſpecta vileſcat, neque ſeueriori atrocitate diuturna, gratiam humanæ amabilitatis amittat. Ita nobis aſtruit Seneca *lib. de virtutibus ad finem.* Vt † ex his intelligamus inſignem clementia virum,
neminem abſque conſolatione punire, neminem punitum perdere, omnes pro viribus 17
ſeruare, quos nece punit, vt à morbis animi liberet, ac minimo mortis malo, interim ingenti & indies creſcenti obſiſtat animi malo. Præſtare quippe exiſtimat hinc abire, quam in morbo vel animi vel corporis incurabili viuere. Atqui neque hac vita priuat, niſi quem cognouerit inſanabilem: neque ſupplicium vllum à lege, quæ bona eſt illatum tendere vult ad malum. Et inſumma iuſtitiam vbique mirum in modum cum clementia miſcet: neque rigiditate torquet durius, neque mollitia quicquam relinquit inultum. Denique tres eſſe debere cauſas puniendis peccatis, ab Ariſtotele, alijsque Philoſophis exiſtimatum eſt. Vna eſt cum pœna adhibetur caſtigandi emendandique gratia, vt is qui fortuito deliquit, attentior fiat, correctiorque. Altera, cum dignitas, authoritasque eius in quem eſt peccatum, tuenda eſt, ne prætermiſſa animaduerſio contemptum eius pariat. Tertia ratio vindictæ eſt, cum punitio propter exemplum eſt neceſſaria, vt cæteri à ſimilibus peccatis quæ prohiberi publice intereſt, metu cognitæ pœnæ deterreantur: quo fit, vt quando ſpes magna eſt, vt is qui peccauit, citra pœnam ſeſe vltro corrigat, aut iacturam dignitatis in quam peccatum

catum eſt metui non eſt neceſſum: aut non id peccatum eſt, cuius exemplo neceſſario metu ſanciendum ſit: tum quidquid ita delictum eſt, non ſanè dignum eſſe imponendæ pœnæ ſtudium viſum eſt, vt Gellius refert *lib. 6. c. 14.* Hæc igitur omnia ſi ita custodiantur, talis profecto arbor optimos nimirum producet fructus, odore ſuaues, & ſapore dulciſſimos, vt verè dici poſſet de eo qui per arborem repræſentatur, quod in Canticis ſcribitur *pſalm. 91. Iuſtus vt palma florebit, & ſicut cedrus Libani multiplicabitur. Atque reipu-*
18 *blicæ hortus ſub iuſtis florebit rectoribus: Prouerbior.* 49. Nam, vt † ſcribitur *Eccleſiaſtici cap.* 10. *Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Et qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitantes in ea.* Eſt & Platonis ſententia à Cicerone *epiſtolarum lib. 1. ad Lentulum*, vſurpata, Quales in republica principes eſſent, tales reliquos eſſe ciues: quam etiam citat Barb. *conſ. 1. col. 5. li. 1.* & rurſus *conſ. 40. col. 6. li. 4.* vbi dicit, Platonem huiuſmodi ſententiam afflatu Spiritus ſancti protuliſſe. Et ipſe Cicero *lib. 3. de legibus*, legem duodecim tabularum enarrans, qua ſtatutũ erat, vt magiſtratus vitio vacarent, atq; cæteris ſpecimẽ eſſent, hęc verba adiecit: *Vt enim cupiditatibus principum & vitijs infici ſolet tota ciuitas, ſic emendari & corrigi continentia.* Et paulo poſt: *Nam licet videre, ſi velis replicare memoriam temporum, qualeſcunque ſummi ciuitatis viri fuerint, tales totam ciuitatem fuiſſe.* Hinc Gratianus *in c. miramur.*
19 *61. diſtinct.* Integritas, dixit, præſidentium, ſalus eſt ſubditorum. Quemadmodum † è diuerſo peccata eorum qui ſunt in dignitate conſtituti, trahi ſolent vt plurimũ ab inferioribus in exemplum, vt dicit text. *in cap. cum quidam. in princ. de iureiuran.* vbi gloſſ. Imò. Felin. & alij ex hoc dicunt, hoc magis eſſe puniendos in foro pœnitentiali. & alius text. *in c. ſicut & in c. paſtoralis. 2. q. 7. & c. ex merito. 6. q. 1.* & omnium optimus *in c. præcipue 11. q. 3. & in c. magnæ, de voto*, vbi gloſſ. citat illud Claudiani, eius tamen nomine tacito, *Com-*
20 *ponitur orbis Regis ad exemplum.* Caueant † igitur, atque iterum dico caueant horti cultores noſtri, hoc eſt, magiſtratuum ſelectores, ne imperitos, inexpertos, imprudentes, ambitioſos, Deum minime timentes, aut penitus ignoros in magiſtratus deligant, vel de eorum vita, moribus, doctrina, integritate, ſeu fortitudine nullum habentes ſpecimen, qui tanquam aridæ arbores nullos emittant fructus: neue timidi & ignari iuſtitiam denegent, aut tanquam tyrones & inexercitati, bellum inchoare timentes malignus aduerſarius callidè decipiens, facile ad ignem trahat. Sed quale quiſque ſui ſpecimen dederit, ita vel porro pergat, vel pedem referat. Rem profecto immortali præco-
21 nio celebrandam, vt fortuna ſapientiæ cedat. Omnis † namque felicitas & humana tranquillitas ex conſtitutione bonorum pendet iudicum, perturbatio vero & infelicitas ex culpa malorum, vt apud Platonem memoriæ proditum eſt libro 34. vt *de legibus vel legumlatione dialogo ſexto, in princip. Audi,* inquit, *iam nemini dubium eſt, quin cùm magna res legumlatio ſit, ſi quis ciuitati per leges benè parata non idoneos magiſtratus conſtituat, quamuis leges bene poſitæ ſint, tamen, non modo id nihil proderit, riſumq; mouebit, verum etiam calamitates maximas ciuitatibus pariet.* Ad hæc igitur qui præſunt animaduertant, quoniam iudicium eis fiet proculdubio duriſſimum, vt Salomon *libro ſapientiæ 6.* præmonuit. *Exiguiſque,* idem eſſe inquit, *miſericordia concedetur, at potentes potenter tormenta patientur.* Quinetiam
22 in † foro pœnitentiali ad reſtitutionem tenetur, qui indignum eligit, non tantum digno, verum etiam ciuibus ſibi ſubditis, vel alijs coram eo litigantibus, quibus per ignorantiam

rantiam aut nequitiam damnum intulerit, aut ex iniqua electi adminiſtratione læſio contigerit, vt Anchar. atteſtatur *in Clem.1. de ætate & qualitate.in fin.* Fel. *in c. ſi quando, n.7. de reſcript.* Ioan. Lup. *in c. per veſtras.notat.3.§.26.num.11. de don. inter vir. & vx.* Anton. *3. par. tit.3.c.4.§.5.* Scotus *in 4. diſtin.15.q.2.art.4.* Mar. ab Azpilcueta *in relectione c. ſi quando de reſcript. except.11.* Adrianus *in 4. ſententiarum, tractatu de reſtitut. c. quia iam determinatum eſt. verſ.2. concluſio.* Couarr. *in relectione regulæ peccatum.2.parte.§.7.n.2.* licet idem *num.6.* cum Adriano audacter teneat non teneri ad reſtitutionem ipſi omiſſo faciendam, quibus ſubſcribit Mar. ab Azpilcueta *in Manuali confeſſorum, c.17.num.72. & in c. graue. de præb.* eo quod nullum ius in re nec ad rem digniori fuerit quæſitum.

CAPVT LXVII.

RELATORVM LAVDES CONTINET, OMNIAQVE IN iudicibus requiſita in eis inueniri, affatim probat.

SVMMARIA.

1 *Relatores omnia quæ in iudicibus requiruntur habeant neceſſum eſt.*
2 *Relatores cauſarum maximam habent experientiam.*
3 *Relatorum laudes.*
4 *Fides vt habeatur quibus rebus effici poſſit.*
5 *Auditores olim in Hiſpania cauſas referebant.*
6 *Relatorum calamitas.*
7 *Relatores libertatem & fauorem habere oportet vt recte referant.*
8 *Calamitas virtutis eſt occaſio.*
9 *Magiſtratus ijs ſunt concedendi, qui proprio exemplo alijs miſereri didicere.*
10 *Nemo bene imperat qui aliquando non paruerit.*
11 *Relatoris in magiſtratus maioris arborem optima inſitio.*
12 *De eodem plures authoritates.*

EX his ergo, vt ad inſtituta poſt longum diſceſſum redeam, liquido apparet, propoſitionem noſtram qua aſſeruimus, relatores aptiores eſſe Aduocatis, vt ad magiſtratus maiores promoueantur eſſe veriſſimam & iuri conſonam. Quandoquidem † omnia quæ in magiſtratibus requiruntur, & in referentibus exigi, & in pluribus plurima inueniri palam eſt. Nam qui maiorem obſecro † cauſarum experientiam, quam ipſi habere poſſunt? Nemo eſt qui ambigat. Hoc quippe eis munus eſt, plurimas quotidie cernere cauſas, litesq; diuerſas, allegationes etiam famoſiſſimorum totius regni Iuriſconſultorum, nec non ordinem, modumque quibus earum proceſſus conficiuntur. Et non ſemel curioſi, literiſque addicti, conſilia & iuris allegationes vtriuſque partis quærunt. Et inſuper deciſiones, conſultaque ſenatus in cauſis dubijs callent; atque ea memoriæ mandant. Quove pacto per regios ſenatores leges in praxim ducantur. Atqui ſtylo curiæ, ordinarijſque prouiſionibus ſunt ita practici, vt nemo eos antecellat. Quis ad eos, ſi in praxi aliquid in dubium vertitur, non occurrat? Sumunt præterea in alijs exemplū iudicibus, ſiue cauſarum patronis, qui à ſenatoribus de incuria, imperitia, aut negligentia carpuntur. Deniq; cū inter mellis fauos verſentur, haud ita mordi euadere poſſunt,

(margin: 1 at "om-", 2 at "ha-")

aderat,noluit tamē referre:ſciebat n.ſe in carcerē detrudendū.Socius tamē id indicibus
aperuit,priuatim eos alloquēs,ne iuſtitia periret,& cōſocium eius valde increpauit, ad-
monens animā,iuſtitiamq; honori ſemp eſſe præferendā, q̄ ſi nociuū pernicioſumque
valde,aut vtile ſit reip.iudicet qui hæc legerit.Hoc† vnū tamē me non fugit, nobis ipſis 8
ſeueritatē hanc nō multū incōmodi attuliſſe.Experientiā quippe tribuit, vt cū in magi-
ſtratus,q̄ raro fit,cuecti fuerimus,cognoſcamus qua afficiantur moleſtia, quove pœnæ
exceſſu,qui in carcerē detruduntur, maximè ſi honorē habuerit, vtq; ſic diſcrimē pro-
narū in animaduerſionib.& correptionibus, prout iura pcipiunt, emēdationemq; ſine
cōtumelia facere non ignorem⁹: ſolū in caſtigatione reipubl. nō ꝓpriam vindictam in-
tuētes,iuxta Tullij ſentētiam officiorū 1. memoriæ ꝓditam, & Imperatoris Alfonſi *in l.*
41.ti.4.p.1.Calamitas ſiquidē(vt morū ille & virtutū princeps & pater Senec. *in li.de diuina*
prouidētia,c.de proſperitate,aſtruit,) *virtutis occaſio eſt*. Vnde n. poſsū ſcire, quantū aduerſus
paupertatē tibi animi ſit,ſi diuitijs affluis? Vnde poſsū ſcire, quātū aduerſus ignominiā,
& infamiā,odiumq; populare conſtātiæ habeas,ſi inter applauſus ſeneſcis,ſi te inexpu-
gnabilis,& inclinatione quadā mentiū pronus fauor ſequitur: Nihil miſerū eſt q̄ in na-
turā conſuetudo perduxit.Non eſt præterea arbor ſolida nec fortis, niſi inq̄ frequēs vē-
tus incurſat,ipſa n.vexatione cōſtringitur,& radices certius figit,fragiles ſunt q̄ in aprica
valle creuerūt.Probi n.viri cōcuti pri⁹ debēt vt cōfirmētur.Hinc † nō immerito iuris v- 9
triuſq; famoſiſſimus interpres Ripa *li.interp. 2.c.eā te.n.55.extra de reſcr.* eos in magiſtratus
eſſe eligēdos cēſuit,qui ꝓprio exēplo alijs miſereri didicere iuxta illud Poetic. Æneid.1.

Non ignara mali,miſeris ſuccurrere diſco.

Et hac potiſſimū rōe dicitur,Chriſtum potius elegiſſe in Principē Eccl.Petrū,q̄ Ioannē:
*c.conſid.& c.fidel.50.diſt.*Impoſſibile a.eſt afflictorū cognoſcere afflictiones, qui afflictio-
nis experimēta nō ſuſtinuit,vt in gloſſis ſcribitur.4.*ad Hebr.*refert Fel.*n.12.*& Ripa *n.35.in*
*d.c.eā te.de reſcr.*Nemo † ēt bene imperat qui aliquādo nō paruerit, teſte Plut.2. *tom.in vita* 10
*Ageſilai,in pr.*cuius hæc ſunt verba: *Tamē & hoc peculiare Ageſilao fuit q̄ ad imperandū nō prius*
acceſſit,quā obſequi imperio didiciſſet.Vnde multo cōmodiſſimū ſubditis principē fuiſſe tradunt: impe-
rioſo ſublimiq; natura ingenio,his.quas è diſciplina cōtraxit, popularitate, humanitateq; coniunctis.
Diſciplina nāque, vt paulo ante dixerat, Spartana, q̄ aiunt, educatus fuit, difficili illa &
laborioſa,qua capeſſendis imperijs iuuenes pulchrè inſtituuntur. Hinc Plato, *6. de leg.8.*
*col.*exiſtimādum eſſe de omnib.hominib.cēſet, q̄ qui nunq̄ ſeruiuit, is laude dignus eſſe
dominus non poterit.Ideoq; gloriari quemq; ait, oportere magis q̄ bene ſeruierit, q̄ q̄
bene fuerit dominatus.Si† igitur prædicta omnia conuenire alicui ex re ſenatorium certe 11
inſitor huius pomarij inuenerit,quid erit in cauſa,q̄ ſurculū talē pretioſiſſimæ arboris,
nēpe ſenatoris,non putet, aliæq; ſimili arbori inſerat,h.c.in eodem, vel alio ſenatu non
diſſimili magiſtratū ereet,vt coaleſcere poſſit: Atqui ſi ita fiet,prudenter quidem fiet,vt
naturaliter etiā fit.Omnis n.ſurculus omni arbori inſeri poteſt, ſi non eſt ei cui inſeritur
cortice diſſimilis:ſi vero etiā ſimilem fructum & eodem tempore adfert, ſine ſcrupulo
egregiè inſeritur, vt Colum. *libro rei ruſticæ 5.cap.2.* tradidit:& rurſus eodem capite,anti-
quos,ait,veluti pro lege ſanxiſſe,eos tantum ſurculos poſſe coaleſcere,qui ſunt cortice,
libro,& fructu cōſimiles ijs arborib.quibus inſeruntur.Quod ſi fulcitur egregia ratione
naturæq; admodum cōſona,ex naturæ interprete Plinio *lib.6.c.43.* dicente, ne animata

quidem vnquam cohærere, niſi ſimilia natura, vt ſiquis lapidem lignumque coniungat. Cum igitur renuntiatores ſub ſenatorum ditione aſſidue verſentur, eorumque vicem gerant, vt latius à nobis fuit expenſum, ſymbolum quoddam habere palam eſt: vnde Ariſtoteles *lib. 2. de generatione & corruptione, c. 4.* in habentibus ſymbolum facilem, inquit, eſſe tranſitum, refert Signo. *conſ. 2. ſtatuto ciuitatis, col. 2. verſ. nono probat.* Tiraquel. *de legibus connubialibus, lege. 5. n. 25.* vbi alia in hanc rem congerit.

Præterea ſi relatores quæſtoribus candidatis comparari admittimus, ad altiores eos magiſtratus eſſe promouendos nemo negabit, ni Vlpiano Iureconſulto maximo contradicere voluerit, is enim *in l. 1. ff. de quæſtor.* quæſtoris officium, ait, initium eſſe gerendorum honorum, ſententiæque in ſenatu dicendæ. Iuſtinianus quoque *in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffragio fiant. §. eos, ad finem collat* 2. reſcribens cuidam præfecto prætorio, ſic inquit: *Ideoque licebit tuæ Celſitudini honeſtiorum quoſdam adminiſtrationem dirigere, & ſcientium tributa fiſcalia: Curialium quippe & aliarum perſonarum experimentum ſui dantium bonum, & ad magiſtratus opportunorum. Quis enim non diligat eum, & honeſtate compleri magna putet, ſi noſtro decreto, iudicioque tui culminis, ad cingulum venit? teſtimonium habens quidem quia ſit optimus, & cætera.*

Porro ſententiæ noſtræ non parum ſuffragatur, quod ſi ſola experientia, quam alij de vita, moribus, ſcientiaque eligendorum, aut ipſimet in negotijs acquiſiere, ſufficeret, vt ad altiores magiſtratus proueherentur, vt ex ſupra traditis clarius expenditur, multo ergo magis, ſi omnia hæc in aliquo concurrerent. Quo fieret vt duplici reipublicæ vtilitate conſuleretur: tum quod idonei ad magiſtratus euocati, rogatique potius, quam ſeſe inuitantes, deligerentur, tum etiam quod alij aptiores, iuriſque peritiores ad referendi munus inuitarentur.

CAPVT LXVIII.

OFFICIA ET MAGISTRATVS GRADATIM ESSE conferendos, & non per ſaltum, admonet.

SVMMARIA.

1 *Officia gradatim conferri oportet, & non per ſaltum.*
2 *Magiſtratus qualis quiſque ſit facile inſinuat.*
3 *Ordo ſeruetur in conferendis dignitatibus.*
4 *Proſperitatem ferre, non eſt cuiuſuis hominis.*
5 *Officia & dignitates Principis arbitrio an conferantur.*
6 *Relator an prius ad præturas, deinde ad maiores admitti debeat magiſtratus.*
7 *Maiorem dignitatem habenti minor concedi non debet.*

1 HVc quoque † pertinet quod Modeſtinus ait *in l. vt gradatim. ff. de mun. & hon.* nempe dignitatum ordinē ſeruari oportere, vt per ſuccedaneos gradꝰ perueniatur ad ſummos, hoc eſt, vt à minore dignitate & munere quis ad maius aſcendat: quod Calliſtratus probat *in l. hon. § gerendorū. ff. de mun. & honor.* Plut. ét in Flaminio in principio, ita ſcribit: *Tribu-*

Tribunatus, pretura, & ædilitas inedia dignitates erant, ſicut & quæſtura & aliæ quædã, iunioribusque tribuebantur, deinde ad maiores dignitates perueniebant, vnde Maiores primo tribunatum, poſt præturam, deinde conſulatum obtinuit. Sic Cæſari, Seuero, Tiberio, Marco Ciceroni, & alijs qui magiſtratus geſſerunt primo quæſtura, ædilitas, & præœtura, deinde conſulatus obuenit, olimq; per leges 12. tabularum hoc fuerat conſtitutum in hæc verba: *Suntoque ædiles curatores vrbis annonæ, ludorumque ſolennium olliſque ad honoris amplioris gradum is primus aſcenſus eſto.* Optima profectò ratione Romani viri prudentes, in deferendis magiſtratibus ordines ſeruabant ab inferiore ad ampliorem, quippe cum omnibus ſit in rebus ordo ſecundum naturam neceſſarius, tum etiam in magiſtratu deferendo maximã ac peculiarẽ vim habet. Primũ † vt hominis ingeniũ recte cognoſcatur, cum magiſtratus qualis quiſq; ſit ſtatim indicare ſoleat, deinde vt expolianțur ciues negotijs vulgaribus ad arduas res agendas quoniam pulchrius eſt parari quam creari nobilem. O venerandam antiquitatem, vt Iuſtinianus recte vocat, à qua eruditum ſeſa- teretur *in §. vlt. Inſtit. de act.* Nam varijs & grauibus omnium rerũ exemplis ſcatet. Quid † rogo ſalubrius reipublicę fuerit, quam hunc ordinem in omnibus ciuitatibus imitari, vt non ſtatim rudes ac nullo geſti officij argumento probati rapiantur ad ſummum adminiſtrandæ reipublicæ gradum & ordinem? nihil profectò vt nos antea probauimus *capit. 9. numer. 1. & ſeq.* ad idem confert tex. optimus *in l. ad ſplendidioris. C. de diuerſis offic. li. 12. & in lege primicerius. C. de offic. præfecti vrb.* vbi Imperator maiorem honorem & dignitatem negat eſſe dandam ei, qui minorem antea non habuerit. Quique minorem habuerit, præferendum eſſe ait nullam habenti, ſi idoneus fuerit. Itaq; patritius quis eſſe non poteſt, niſi aliam prius conſulatus aut præfecturæ prætori dignitatem conſequutus fuerit, vt *in l. nemini. C. de conſul. lib. 12. l. vlt.* iuncta gloſſ. *C. de decur. lib.* 10. Alberic. notat *in d. l. vt gradatim. ff. de numer. & hon.* ad honores enim per gradus veniendũ eſt, vt *in l. quæ vtiliter ff. de neg. geſtis*: quod cum re publicæ expediat, tum etiam ipſimet magiſtratum geſturo: quippe cui præſtet ab infimis ſumere incrementum, quam à ſummis habere principium vt *in c. ſtatuimus. 61. diſt.* ne tanquam qui repente & non gradatim vult ad maiora omiſſis gradibus & ordine peruenire, cito cadat & diruat, id quod admonet Gratianus *in cap. ſicut neophytus. 48. diſt.* quodque nobis allegorice demonſtrat Alciatus hoc emblemate:

> *Aeream propter creuiſſe cucurbita pinum*
> *Dicitur, & grandi luxuriaſſe coma.*
> *Cum ramos complexa, ipſumque egreſſa cacumen,*
> *Se præſtare alijs credidit arboribus.*
> *Cui pinus: Nimium breuis eſt hæc gloria, nam te*
> *Protinus adueniet, quæ male perdat, hyems.*

Sed hinc longe abeſt quod ſcripſit pſalmiſta *c. 37. Ambulabũt de virtute in virtutem.* Vnumquenque n. virtus quaſi quibuſdã gradib. auget. Facit etiam text. iuncta gloſ. *in verbo, profecerit, in extrauag. quorundã de verb. ſign. Nemo etenim repente fit ſummus, ſed à minimis quiſque inchoat; vt ad magna perueniat:* vt Auguſt. ait, *in cap. charitas. §. hac quæ de charitate.* Greg. *c. ſi ſermo §. contrario. de pœnit. diſt.* 2. Ordinate ergo ad ordines aſcendendum eſt. Nam caſum appetit, qui ad ſummi loci faſtigia poſtpoſitis gradibus, per abrupta quærit aſcenſum, vt

Digitized by Google

idem Gregor. ſcripſit Siagrio epiſcopo. *Scimus*, inquit, *quod ædificati parietes, non prius tignorum pondus accipiunt, quam à nouitatis ſua humore ſiccentur, ne ſi ante pondera, quam ſolidentur accipiant, cunctam ſimul ad terram fabricam deponant. c. ſicut neophytus.* 48. *diſt.* Hinc non immerito Philoſophus *Politic.* 7. *cap.* 14. futurum principem bene ſubditum & ſub imperio fuiſſe prius annuit oportere. Et, vt † ipſe Philoſ. ait, 5. *Politic. c.* 8. in omni republica commune eſt, neque augere nimium quenquam ſupra modum, ſed magis conari paruos & longi temporis honores præbere, quam confeſtim magnos. Corrumpuntur enim, neque cuiuſuis eſt hominis proſperitatem ferre. Quod ſi accumulate dati ſunt alicui honores, non ſunt ſimul omnes poſtea auferendi, ſed paulatim. Cæterum † neque id negari poteſt, principis arbitrio officia & dignitates cui libuerit conferri, nullumque teneri ſeruare ordinem, maxime ſi viderit & attenderit virtutes promouendi, alios in officiis & dignitatibus conſtitutos excellere, vt *ſupra cap.* 58. *numer.* 12. *in fin.* latiſſime oſtendimus, licet hi cæteris paribus præferri debeant, vt Luc. de Pen. ſenſit *in l. nemini, in verbo, ſederit. C. de conſul. lib.* 12. cuius ſententiam ſatis mihi probat text. ab eo non citatus *in l. honores. ff. de decurion.* quem ſic intelligerem vltra gloſſ. Bart. & Alberic. ibi, & *in d. l. vt gradatim*, vacillantes in earum legum examinatione & concordia, & ita denuo vidi Nicol. Boërium eum textum intelligentem, *in ſuo de authoritate magni conſilij, ſeu de ordine graduum vtriusque fori, tractatu* 1. *part. numer.* 4. cuius ſimilem citat, nempe *in l. ad ſubeunda*, quem ibi Luc. de Pen. ita intelligit *C. de decur. lib.* 10. Ibi namque imperator, ad maiora officia & dignitatem, inquit, potiores & digniores eligi oportere. Sed quo pacto id dignoſcatur, niſi vitæ ſuæ ſpecimen ex alijs nouerint officijs, me latet quidem. At ſi † quis refractarius inſurgat, ſententiam meam oppugnans, aſſeratque non ſtatim poſt munus referendi ad altiores magiſtratus eſſe producendos, ſed præturas, vt inde prouincias regant: (prout in quæſtoribus aſſeruit Lampridius in Alexandrum, & Budæus *in annotationibus in Pandectas tit. de officio quæſt. col. vltim.* eo quod magiſtratus maiores concedi non debent, niſi plurimi temporis magnis cingulis, aut multitudine cauſarum exercitatis, & eorum prius fide & obſequio exploratis, vt *in authen. de iudic. & vt nullat. poſt principium, verſic. quia vero coll.* 6. nec inter maiores iudices deputantur, niſi quos exploratæ fidei, & ſingularis induſtriæ eſſe conſtiterit. *l.* 1. *verſ. credidit. ff. de officio præf. prætor.*) minimè eius opinationi acquieſcerem, eius namque obiectioni facile ſatisfieri poterit, nulla quippe dignitas maiorum iudicum dignitatibus proximior eſt, quam ipſa relatio & quæſtura, vt quæ pars ſit muneris ſenatorij, vt antea latiſſime comprobauimus. Quippe quibus maior adhibeatur fides, quam quibuſcunque iudicibus, iſtis ſiquidem publicum crimen referentibus non creditur, ſed maiores iudices quibus relatio fit, rei veritatem per ſe inquirere debent, vt *in l. ſinguli. C. de accuſat.* illis autem non modo in ciuilibus, ſed & in criminalibus cauſis æquè creditur, digniores ergo ſunt. Cæterum † de maiori ad minorem tranſire dignitatem & cingulum, abſque ipſius honorati demeritis, iuris aures offendit, ordineque turbato talis fieret tranſgreſſio: è minori vero ad maiorem nihil eſt quod productionem impediat, *l. maioribus. C. quemadmodum ciuil. mun. ind. lib.* 10. vbi Luc. de Penna, & latius per eundem *in l. nulli. C. de numerar. lib.* 12. Quare iudicio meo, inconſideratè locuti ſunt & Lampridius & Budæus vbi ſupra.

(Margin numbers: 4 beside "iſſe prius annuit…"; 5 beside "non ſunt ſimul…"; 6 beside "ſpecimen ex alijs…"; 7 beside "què creditur…")

CAP.

CAPVT LXIX.

RELATOREM ADVOCATO PRAEFERENDVM IN MAgiſtratibus conſequendis eſſe contendit.

SVMMARIA.

1 *Principi qui diutius ſeruierit non debet in ſenectute indigere.*
2 *Dignitates & officia deberi iuxta labores cuinſpiam.*
3 *Labor non debet eſſe à mercede vacuus.*

VLtimo † hanc partem fulcit ſequens conſideratio. Qui diutius fuerint in principis 1
ſeruitio,& in eo conſenuerint,in ſenectute indigere non debent.Ad principemque
ſpectat hoc prouidere.*l.Lucius ibi,Veteranus in præmium aſsigna.ff. de edict.* Alciat. *regul.3.præ-*
ſumpt.c.19.in fin. Neque † enim poteſt de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus 2
multis,pro moribus caſtis,pro actionibus ſtrenuis,celſioris loci præmium debetur.*c.mi-*
*ramur ad fin.61.diſt.*Labor † etenim non debet eſſe à mercede vacuus, *auth.de iudicibus.§.* 3
ne autem coll.6.l.regni noſtri vlt.tit.22.p.7.c.poteſt fieri,de pœnit.diſt.1.c.charitatem.12.q.2.c.cum
ſecundum de præb.c.niſi.§.quippe.de renunt. Quibus concinunt verba text.*in l. vlt. ad medium.*
verſ.quoniam ideo.C.de offic.præf.præt.Afr.Semper,inquit,*prouidemus vnumquemque ſecundum la-*
*bores ſuos,ad maiores gradus,ad maioreſq; dignitates producere.*Facit etiam lex.*contra publicam.C.*
*de re milit.lib.12.l.nemo.C.de officio magiſtr.offic.*vnde Caſſiodor.9.*var.epiſt.2.Propoſiti*,inquit,
noſtri eſt honeſtos labores palma remunerationis ornare,vt viciſsitudine, qua prouecti gaudent, deſides
mordeantur, ſibique imputare poſsint, quod clementiſsimis temporibus iudicij noſtri præmia non me-
*rentur.*Hinc etiam Imperator *in l.1. C.de officio magiſt.offic.* dixit, officium magiſtri officio-
rum neminem poſſe adipiſci, niſi matricula decurrente, quem ordo militiæ vocat & la-
borum adiutor.Non enim ſuffragio vel precib⁹ adipiſcitur principatus,ſed labore. Ido-
neus ergo coram principe præſentetur, vt ab eo ordinetur. His quoque non parum ad
ſtipulatur vulgare legiſlatoris dictum *in l.2.C.de officio mag. mil. Is gradu*, inquit, *cæteros an-*
*tecellat,quem ſtipendia meliora,vel labor prolixior fecerit anteire.*Labore enim dignitas acquiri-
tur.*l.iubemus.C.de prox.ſacror.ſcrin.lib.12.*Atque tunc gratior erit haud dubiè fructus quem
produxerit longa ſpes,vt *in cap.inſtitutum.27.q.2.* Cæterum licet ordo & tempus virtuti
ſuffragentur,deficientibus tamen meritis,neque tempus,neque ordo alicui proderit,vt
in auth.de monachis.§.vlt.in verbo & ordinem ſimul virtuti ſuffragantem habens,iuncta gloſſ.coll.2.
At quis obſecro importunos grauiſſimoſq; referentium labores, ſtipendiarias foſſorum
operas excedere non crediderit? nempe nullus, qui ex ſuperius deductis inſtrui
voluerit.Quid ergo erit renuntiatoribus impedimento,prouectioni
ad altos magiſtratus,ſi hæc omnia vel maior pars eo-
rum eis ineſſe conſtiterit?

CAPVT

CAPVT LXX.

ADVOCATVS IN EIVS FAVOREM RETORQVET FVNdamenta relatoris, ſententiamque præfecti continet.

SVMMARIA.

1 *Aduocatus in eius gratiam retorquet fundamenta relatorum.*
2 *Aduocati ſapientes.*
3 *Aduocati experti admodum.*
4 *Aduocati mites.*
5 *Aduocati prudentes.*
6 *Aduocatis ſecreta pandere non licet.*
7 *Aduocati fideles.*
8 *Aduocati iuſtitiam ſectantur.*
9 *Aduocatis adnaſcitur affectio quædam quam difficile eſt ab eis ſeparare.*
10 *Sententia arbitri in fauorem renuntiatoris.*

1 ADV. Haud iuſte † quidem de me iam conqueri poteris, quod non libenter audie-
rim, quę longo ſermone retuliſti. Ipſe autem breuibus vltimam imponam manum:
neque in fauorem inducta tuum impugnabo: imo in meam ea omnia retorquebo ſen-
2 tentiam. Nam † primum legum, canonumq; ſapientiam in Aduocatis abundare, notiſ-
ſimum eſt, quippe qui abſq; præuio examine non admittantur, vt legibus regni noſtri
3 cauetur, nimirum *in l. 13. tit. 6. p. 3. l. 54. in princ. in pragmat. regijs.* Experimento † etiam eos,
omnes præcellere argumento eſt text. *in auth. de iudicibus. in princip. verſ. vetus igitur ſchema.*
coll. 6. ibi, *eligere vero proſpeximus in rebus vtilibus habentes atteſtationem:* & paulo poſt: *Antonius,*
ait, *vir ſpectabilis, iam aduocatione dudum completa, & inter Aduocatos fiſci deputatus fuit in iudi-*
4 *cem electus:* & rurſus, ibi: *Ex Aduocatis itaque iſti iudices præponantur.* Sunt † præterea mites
in reſpondendo clientulis. Quid non perpetrant, ne ad alios tranſeant: néve ſalarium
5 amittant. Sed † neque eis deeſt prudentia. *l. rem non nouam. in fin. C. de iudic.* Porro † arcana
6 ſeruare tenentur, neque eis parti aduerſæ ſecreta pandere licet, ni infamiæ notam ſubire
malint, & alias inſuper pœnas *in l. 9. tit. 6. p. 3. &* § *notandum 2. q. 3.* contentas. Fidelitatem
7 etiam † in conſulendo eos habere oportet. *l. 10. & 14. tit. 6. part. 3.* Iuſtitiam † quoque ſe-
8 ctantur, cauſas enim iniuſtas fouere non debent. *l. rem non nouam.* § *vlt. Cod. de iudicijs. l. 13.*
tit. 6. p. 3. C. 54. cap. 1. in pragm. nihil poſtremo Aduocatis deeſt ex his quæ longo ſermone
9 in tui muneris gratiam adduxiſti. REL. Fateor. Vnum † tamen eis deficere omnino
palam eſt. Adnaſcitur quippe eis affectio quædam, qua parti cuius cauſam fouent po-
tiſſimum inclinantur. Quod adeo eorum eſt infixum oſſibus, vt iam difficillimum ſit,
ne dicam impoſſibile, cum magiſtratus creati fuerint, veſtigia priſtinæ affectionis, à ſe
radicitus abdicare, *Mores ſiquidem*, vt eſt Prouerbium, *mutare, morti par eſt.* At hæc non ſic
in cauſas referentibus, vtpote qui ad inſtar iudicum, æqualitatem ſeruare, iuſtitiam ęqua
lance partibus aperire didicerint, eaq; in ipſis adnata & quaſi à natura inſita fuerit. Etiam
iſtis, ne arbitro moleſti ſimus, cauſam concludere placet, ſi & tibi libuerit. Dominumq;
pręfectum noſtrum vehementer rogo, ſententiam proferat, cauſamque, prout iuris fue-
rit, definiat. ADV. Ipſe etiam probationes, allegationeſq; recuſo & petitioni tuæ li-
benter aſſentio. Tenor autem ſententiæ talis eſt.

Sententia

Digitized by Google

Sententia D. Præfecti Prætorio Pintiano.

VISIS pleneque † diſcuſſis, & examinatis controuerſiæ huius meritis inter regij ſenatus Relato- 10
rem actorem, & Aduocatum eiuſdem fori Pintiani reum, coram me, ab eis in arbitrum electo pendentis, ſuper rebus in actis cauſæ huius latius deductis & longe controuerſis, Relatorem affatim eius probaſſe intentum accepi, nempe referendi munus dignius & antiquius eſſe patrocinio, præferendumque in omnibus aduocationis officio nec non aptius conuenientiuſque proculdubio fore, vt ad altiores magiſtratus, qui ei inſeruierit producatur, iubeoque produci. Aduocatum vero minus ſufficienter exceptiones cateraque ab eo propoſita comprobaſſe. Quare eidem ſilentium perpetuo imponendum fore profero, declaro, & impono, ne deinceps ſe eſſe præferendum renuntiatoribus iactet, eumque ipſum patronum, tanquam temere litigantem in expenſis damnatum iri præcipio, quarum taxationem in executione ſententiæ faciendam reſeruo.

Ita pronuntiaui. N. Præfectus Pintiano Prætorio.

QVARTA PARS DIALOGI.

CAPVT I.

APPELLATIONEM AD FORTVNAM CONTINET, eamque eſſe cæcam contendit, eiuſque definitionem tradit.

SVMMARIA.

1 *Appellatio aduocati ad fortunæ arbitrium.*
2 *Fortunam humanarum rerum dominam quidam appellarunt.*
3 *Fortunam eſſe cæcam.*
4 *Fortunæ à prudentia diſcretio.*
5 *Fortuna cæca, eos plerumque efficit cæcos, quos complexa eſt.*
6 *Fortunato inſipiente nihil intolerabilius.*
7 *Fortunæ definitio ex Ariſtotele.*
8 *Fortunæ attributa.*
9 *Fortunæ depictio.*

ADVOCATVS.

AD meas † cum peruenerit aures, præfectum noſtrum ſeuere in me grauiſſimum 1
tuliſſe arbitrium, quamuis, ſi ordinario iure ſententiam protuliſſet, ab eius iudicio
minime appellari liceret, vt *in l. 1. cum aliis. C. de ſent. præfect. prat.* verum cum hac in cauſa
tanquam arbiter proceſſerit, nihil eſt quod impediat eius reductionem ad boni viri ar-
bitrium petere, vt notatur *in l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio, & in l. arbitrio. ff. qui ſatiſ.*
cogan. quamobrem, ſalua humilitate paceque debita, reclamare libet ad fortunæ arbi-
trium, † quam rerum humanarum dominam appellauit Cicero pro M. Marcello. *nu.* 4. 2
Plutarchus etiam in vita Cleomenis, Theophraſtus quoque in ſuo Caliſtene, ſcripſit,
vitam regere fortunam, non ſapientiam, quod & M. Cicero 5. *Tuſculanarum quæſt.* confir-
mat *num.* 38. *& ſequenti,* negatque ſapientem bonumque virum fortunæ aditus interclu-

dere poſſe, contra Metrodori ſententiam, de cuius fortunæ laude plurima dixit Chaſſa-
neus *in Catalogo gloriæ mundi. 12. part. 52. conſider.* Nec mirum quidem, quod fortunam in
iudicem elegerim, quandoquidem Iuſtinianus ipſe idem fecerit *in l. 3. in princip. verſic.*
ſancimus. C. commun. de lega. cuius verba hæc ſunt: *Sancimus itaque in omnibus huiuſmodi caſi-*
bus rei iudicem fortunam eſſe, & ſortem inter altercantes adhibendam, vt quem ſors prætulerit, &c.
Et *in §. optionis. Inſtit. de legat.* quibus addere poſſem quæ prolixe fuſeque ſcripſit Tiraquel.
de iure primogeniorum quæſt. 17. opin. 1. REL. Ex iudice quem eligis, iniuſtam te fouere cau-
ſam conſtat: cœcum enim elegiſti, contra text. regni noſtri *in l. 4. tit. 4. par. 3. & in l. 2. & 3.*
3 *tit. 15. lib. 2. ordinat.* Cœcam † autem eſſe fortunam, nemini non eſt ſatis compertum, iu-
dicium enim fortunæ remotum eſt à ratione, quare ratio & intellectus non debet ſe
ſummittere fortunæ & exiſtentibus ſine ratione, fortuna etenim ſæpiſſime præfert ini-
quum æquo: ob idque non iudicat recte, vt Bald. aſſeruit *in §. itaque, n. vltim. in fin. in proœ-*
mio Digeſtorum. Quin etiam Alciat. *in l. 2. §. ex his nu. 25. ff. de verb. oblig.* inquit, iudicium ſor-
tis eſſe periculoſum, & ſubiectum fortunæ, & non rationi. Nam ſi Pacuuio credimus,
quem Cicero, aut quiſquis is eſt, refert, *2. ad Herennium, num. 51. Fortuna inſana, cæca, bruta,*
ſaxoque globoſa inſtat volubili. Inſana quidem, quia atrox, incerta, inſtabiliſque ſit. Cæca, quia nihil
cernit quo ſeſe applicet, oculus enim cauſæ efficientis eſt intentio, fortuna autem non operatur ex inten-
tione. Bruta, quia dignum & indignum internoſcere nequit. Saxo volubili inſtat, quod ſemper eſt in
continuo motu: & quo ſaxum impulerit ſors, eò fortunam cadere autumant Philoſophi, qui huic ad-
hærent ſententiæ. Eodem fere tendit, quod Apuleius profitetur *7. Metaphyſicâ*, cum ſic ait.
Subijt itaque me non de nihilo veteris priſcæque doctrinæ viros finxiſſe ac pronuntiaſſe cæcam ac pror-
ſus exoculatam eſſe fortunam: quæ ſemper ſuas opes ad improbos & indignos conferat, neque vnquam
iudicio quenquam mortalium eligat: imo vero cum his potiſſimum deuerſetur, quos procul ſi videret,
fugere deberet, quodque cunctis eſt extremius, varias opiniones, imo contrarias nobis attribuat, vt ma-
lus viri boni fama glorietur, & innocentiſſimus contra noxiorum ore plectatur. Hinc, † vt apud
4 Stobæum legitur *ſermone 1. prope finem: Prudentia & fortuna ita ſe habent inuicem. Prudentia*
res eſt rationem habens & verbis effabilis, ordinata & definita. Fortuna vero nec ſermone recte com-
prehenditur, nec rationem habet, inordinata omnino ac infinita. Illa dignitate prior & potentia,
hæc vtroque poſterior. Solet enim illa gubernare determinareque, hæc vero regi & terminari. Iun-
guntur tamen aliquando, & ſimul vtraque conueniunt, vt in c. ſequenti latius explica-
bitur. Ex quo Auguſt. *lib. 1. contra Academicos: Hæc, inquit, quam vulgo fortunam vocant, occul-*
to quodam ordine regit, nihilque aliud caſus in rebus vocatur, niſi cuius ratio vel cauſa ſecreta eſt.
5 Imo † quod peius eſt, eos plerunque efficit cœcos (teſte Cic. *de amicitia num. 49.*) quos
6 complexa eſt, efferuntur quippe faſtidio fere & contumacia. Nam † quid inſipiente
fortunato intolerabilius fieri poteſt? Atque ex hoc quidem videre licet, eos qui ante a
commodis fuerunt moribus, imperio, poteſtate, proſperis rebus inmutari, ſperni ab ijs
veteres amicitias, ingeri nouis. Fortuna quippe (vt teſtimonio eſt Ariſtoteles *2. Phyſic. c. 5.*
nu. 52. & rurſus *Methaphyſic. lib. 11. c. 7. ad finem*) eſt cauſa efficiens per accidens, in his quæ
7 ſecundum electionem alicuius gratia fiunt raroq; contingunt. *Cauſa efficiens* loco gene-
ris ponitur: *per accidens*, dixit, ad differentiam cauſæ primigeniæ, quã per ſe appellant, quę
ſola ratione differt à fortuna. Nihil enim eſt tam cõtrarium rationi & conſtantiæ, quam

fortuna

ſortuna, inquit, Cicero *de diuinatione num.*27.& ruſus *num.*61.eam inquit varietatis amicam eſſe. Eſt item inconſtans & temeraria, vt apud eundem Cic. legitur. 3. *de natura Deorum nu.*48. in his quæ alicuius gratia fiunt, hoc dixit, vt ſciatur ſi quid temere fiat vt fricatio barbæ, cum quis eſt cogitabundus, quod fricatio illa non à fortuna fit, licet non intenta, quippe cum vnus tantum fiat effectus, & is temere, non duo, prout in his quę fortuna contingunt, exigitur, vt ſi quis fodiens ad ſepeliendum, inueniat theſaurum, hæc eſt fortuna, raroque contingunt, hoc ideo, quia ſi quæ frequenter accidunt non fortuna, ſed natura aut arte contingunt. Et in his omnibus conueniunt caſus & fortunæ: in eo vero differunt, cum definitio ait, *ſecundum electionem*, hoc enim ſolum fortunæ conuenit, 1 quæ tantum locum habet in rationalibus & agentibus ex electione & ex propoſito. Caſus autem in his reperitur, quæ mouentur propter finem ex neceſſitate naturæ. Brutis quippe animantibus, vt non contingit felicitas, ſicut neq; pueris ante vſum rationis, ita neque fortuna, ſed caſus eſt quidquid illis euenerit, vt Ariſt. clarius exponit *lib. Phyſicorum* 2.*c.*6. Fortunæ † externa conueniunt, vt genus, amicitiæ, liberi, propinqui, affines, 8 opes, honores, poteſtates, diuitiæ, libertas, & ea quæ ſunt his contraria, vt Cicero tradidit *in partitionibus oratoriis num.*20. Hæc etenim res quam variè, volubiliterque, & inſanè nobis eueniant & abſque vlla ratione, inficias iri non poteſt, quippe quod ex definitione, eiuſque depictione, quam Poetæ Philoſophique tradidere, liquido apparet. Eam enim † in fœminea ſpecie deſcribete non contenti, quanquam hoc ſatis erat amentiæ ſi- 9 gnum, gubernaculum quoq; manibus habendum dederunt, baſim pedibus globoſam ſubiecerunt, eam denique oculis orbatam effinxerunt, vt ſcilicet, per has figurandi rationes fortunæ inconſtantiam oſtenderent. De qua Galenus optime diſſeruit *in libro, cui titulum inſcripſit. Exhortatio ad bonas artes*: cum ſic dixit: *Vt igitur in naui adeo tempeſtatibus iactata, vt & fluctibus obruatur, & ſubmergi periclitetur, eius gubernatio cæco gubernatori malè commendatur: ſic in vita quoq; degenda, vbi naufragia nobis ipſis maiora, quam nauibus in mari contingunt, non recti iudicij eſt, qui per hęc rerum diſcrimina cæcæ ſe deæ, eidemq; mutabili credat.* Quippe quæ tam ſtupida tamq; amens eſt, vt dignos negligat, & indignis diuitias tribuat: & eas quidem non ſtabiles, ſed quas ea ratione qua dedit eripiat: deam hanc inquiunt poetæ, inſciaq; hominum maxima turba comitatur, quos non immerito Auguſt. *de ciuit. Dei l.*4. deridet, exſibilatque: nam ſi inſana, cæca, occulta, & inconſtans, optima profecto ſuperlex, vt deam & dominam humanarum faciant rerum. Cæterum ſi his aduerſari velis, operæpretium erit vt nobis exponas, nunquid aliud ſit fortuna, quam quod modo dicebamus, cœca, varia, mutabiliſque, & inconſtans? Nihil eſt aliud namque, quod magis ſcire cupio: quippe cum anceps ipſe hac in re ſemper fuerim.

CAPVT II.

FORTVNAM ESSE VIRTVTI COMITEM, ET DVPLEX fortunatorum genus exponit.

SVMMARIA.

1 *Fortuna virtuti comes non ei refragatur.*

Digitized by Google

2 *Fortuna cum ſapientia & conſilio non commiſcetur.*

3 *Fortunatorum duplex genus.*

4 *Fortuna eorum tantum dicitur quæ inopinato eueniunt.*

5 *Fortuna ſapienti cur minimum contingat.*

ADVOCATVS.

QVanquam non pauci arbitrentur fortunam eſſe cæcam, & inconſtantem: attamen
non ſemper fortuna virtutibus aduerſatur: quare non ita floccipendendam arbi-
1 tror: imo † vt plurimum eſt virtuti comes, vt Iaſon ſuper portam ſui tumuli depingi fe-
cit literis aureis. Philelph. item in ſatyris, *Virtutibus*, inquit, *vltro reſpondet fortuna fauens*.
Cui concinit quod & Liuius *lib.4. decade.1.* memoriæ prodidit: *Fortuna virtutem eſt ſequu-
ta*. & Cicero *de ſenectute*, de Scipione loquens, *Virtuti*, ait, *tuæ fortuna coniuncta eſt*. Bar. ne
noſtros taceam, *in rep. l. Barbarius. ff. de officio prat. num. 1. in fin.* refert Ariſtotelem dixiſſe,
*Laus parit honorem, honor vero fortunam bonam: & ars bona dilexit fortunam, & fortuna bona di-
lexit artem*, id eſt, induſtriam & bonos mores, quæ raro ſeorſum conſiſtunt. Hinc audio
Achillem de Alionibus Iuriſconſultum ſenatoremque maximum, Ducis Sabaudiæ
Conſiliarium, vt Ioan. Neuizan. refert *in ſua nuptiali ſylua lib. 4. num. 168.* in domo ſua de-
pingi feciſſe Mineruam & Fortunam amplexatim deambulantes. Ita fit, vt licet plurimi
conquerantur fortunæ, quod virtutibus aduerſetur, quos refert Ioan. Neuizan. quo lo-
co nuper citauimus *num. 169.* in his tantum hominibus ſit verum, qui non ſtabiles &
firmi ſunt in virtute: nam ſi perſeuerent, quamuis ſemel, bis, ter, quater, aut pluries ad-
uerſetur, tandem mutabitur, & virtutibus adhærebit, & quo tardius, eo altius ſtudio-
ſum, virtuteque præditum extollet, vt ſic ſortem cum vſuris perſoluat, quod Claudius
2 profitetur *in Monarchia Francia lib. 2. c. 17.* REI. Nunquam † profecto temeritas cum ſa-
pientia commiſcetur, neque ad conſilium caſus admittitur, vt teſtimonio eſt Cicero *in
oratione pro M. Marcello, num. 4.* ADV. Imo, ſi eidem Ciceroni, credimus, is *pro lege Manilia
num. 53. Fuit*, inquit, *profecto quibuſdam ſummis viris, quadam ad amplitudinem & gloriam, & ad
res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna*. Atqui Ariſt. *libr. magnorum moralium, 2. c. 8.*
Natura, inquit, eſſe fortunatum, qui ſine ratione ad bona impellitur, eaque conſequi-
tur. Nam animæ ineſt à natura, vt ſine ratione impellamur ad ea, vnde bene habemus:
eo vſque, vt ſi quis roget ita agentem, cur nam id tibi ita libet agere? neſcio, inquiet, ſed
3 libet. Ex † quo Peripatetici vno ſimul ore conſentiunt, duplex genus eſſe fortunæ &
conſequenter fortunatorum, quibus D. Thomas conſentit, & Pontanus *libr. de fortuna,
cap. 2. c. 30.* eorum quidem vnum qui diuino aguntur ductu, ſentiuntque conſiſtentis il-
lius fauorem aſſiduum: illorum vero alterum quorum inſtitutrix ſit fortuna penitus
euentitia, ipſaque parum frequens & rara: in hoc tamen vtraque conuenit, quod neu-
tra rationi conſilioque innititur: nihil eſt enim quod à fortuna intra rationis cancellos
verſari aut coerceri poſſit, quocirca cum ſine ratione, ſine conſilio, conſultationeque
aliqua repente ad aliquid exercitanterque primi illi diuinitus fortunati moueantur,
quod illis bene vertat: eos tunc ſi percunctaueris, quænam vos commouet cauſa? quæ
ratio ad hæc ipſa ſequenda? atqui reſpondebunt, nobis quidem ita dictat animus, ſic
nobis placitum eſt, hocque noſtrum nobis cor innuit, quod vlterius ſi perſtiteris quæ-

rere,

rere, cum non habeant quid cum ratione reſpondeant, Deus, inquient, hoc vult, ſic nobis imperat, illum ſequimur, eius nos paremus imperio. Itaque ineſſe animis eorum videtur à natura, vt inſtinctu quidem, atque impulſu tantum illo, ratione vero atque conſultatione nulla adhibita ad ea ferantur raptim atque ex incogitato, ad quæ natura ipſa illos trahere, vel rapere potius cernitur, quibus ipſis ita fortunatis ſæpenumero vſu venit, vt præter prudentium hominum conſilia, præter experientium ſenum monita, aduerſuſque ſapientiſſimorum virorum exempla, neglectis, deſpectis, repudiatis amicis, atque conſiliarijs omnibus, negotium aggrediantur aliquod, quod periculoſiſſimum, maximeq; exitioſum omni è parte appareat, & tamen ipſi ſoli illud ſibi agendum ſuſcipiant eique adminiſtrando modum quoq; adhibeant à cæteris omnibus improbatum, alienumque vtique ab alijs iudicatum: ac nihilominus feliciter illud perficiant præter omnium aliorum mentes ac iudicia. Poſterioris autem generis fortunatorum exemplũ eſt illud: Piſcator pauper mane cymbam de more ingreſſus, id agebat vt de piſcatu obſonium & panem ſibi familiæque ſuæ compararet, cum ieciſſet rete in altum, illudque inde poſtilena ad littus traheret, alga rete ipſum grauidum ſubduxit, iratuſq; algam, cum in littus proijceret capſulam, aureorum plenam cum eadem herba eiectam in arenam fregit, domumque ex paupere diues redijt: nihil non hic fortuitum, impetus omnino nullus, præſagium nullum appetendis ea è piſcatione lucris, theſauriſve: titillatio alia prorſus nulla præterquam capiendorum in cœnam piſcium, atque emendi panis. Differunt ergo hæc duo fortunæ genera, quod diuina illa licet impetum ſequatur, magis tamen ſibi conſtat ac tenorem retinet, iſthæc vero tenorem abrumpit, eſtque nullo pacto aſſidua. REL. Quinimo vt Ariſt. ait, 2. *magnorum moralium libr. c.* 8. *Vbi mens plurima & ratio, ibi minima fortuna: vbi plurima fortuna ibi mens per exigua.* ADV. Ea, vt reor, ſic intelligi oportet. Fortuna † & caſus cum ſit eorum quæ inopinato eueniũt vt Policr. ait *libr.* 4 5. *c.* 4. Cicero *Academic. pri. n.* 43. Sic † vt ei qui plura in futurum prouidet, pauciora fortuito 5 accidant, hominibus autem improuidis plurima caſu eueniant, vt in bello quanto dux induſtrior eſt & prouidentior, tanto minus ei fortuito caſus contingunt, quod Ariſt. 2. *magnorum moralium, c.* 8. non tamen ob id à caſu liberatur, vt non minus erudite quam eleganter docuit Cicer. 5. *Tuſculanarum quæſt. num.* 39. *& ſequentibus*, contra Metrodorum dicentem: *Occupaui te, fortuna; atque cepi, omneſque aditus tuos interclusi, vt ad me aſpirare non poſſes.* Præclare, inquit Cicero, *id dictum foret, ſi Ariſtochius, aut ſi Stoicus Zeno diceret, qui, niſi quod turpe eſſet, nihil malum ducerent: tu vero Metrodore, qui omne bonum in viſceribus, medulliſq; condideris, & definieris ſummum bonum firma corporis affectione, exploratàque ſpe contineri, fortunæ aditus præcluſiſti? quomodo? iſto enim bono iam ſpoliari potes, nam paupertas, ignobilitas, ſolitudo, amiſſio ſuorum, graues dolores corporis, perdita valetudo, debilitas, cæcitas, interitus, patriæ exilium, ſeruitus, aliaque plura quæ accidere poſſunt, caſus importat, qui in ſapientem poteſt incurrere. At ſi ea mala ſunt, quis poteſt præſtare ſemper ſapientem beatum fore, quum vel in omnibus his vno tempore eſſe poſſit?* Cui ſententiæ Seneca aſſentitur *libr.* 1. *de tranquillitate vitæ. cap.* 13. inquiens: *Sapienti nihil contra opinionem accidit, quia ſemper de fortuna cogitat, & ſibi nihil de fide eius promittit, ſe nauigaturum putat, niſi quid inciderit, prætoremque futurum, niſi quid obſtiterit, negotiationem ſibi reſponſuram, niſi quid interuenerit: non igitur illum caſibus hominum excepimus,*

ſed erroribus, neque illi omnia, vt voluit cedunt, ſed vt cogitauit: in primis autem cogitauit aliquid poſſe propoſitis ſuis reſiſtere. Quo fit, vt prudentiori minimum fortunæ contingat, nihilominus tamen fortuna dicitur, quia non certa ratione euenit, vt Ariſtot. probat 2. *magnorum moralium*, c.8.

CAPVT III.

FORTVNAM, CASVM, AVT FATVM, AN IVXTA CHRIſtianam Religionem nominare liceat, expendit.

SVMMARIA.

1 *Fortuna caſus aut fatum poſſintne aliquid apud mortales?*
2 *Fortunæ nomine quomodo Chriſtianis liceat vti.*
3 *Fortuna reſpectu Dei eſſe non poteſt, noſtro vero poteſt.*
4 *Fortuna à Deo regitur.*
5 *Deus fortuna & ars ſimul cum Deo omnia humana gubernant.*

RELATOR.

1 SEd † quorſum in his adeo elaboramus? quippe cum iuxta Chriſtianam religionem nobis ſit exploratiſſimum nullam eſſe fortunam caſumve, à Deo namque omnis poteſtas, ab eo inſuper omnes honores, ab eo omnes dignitates, ab eo denique omnia bona procedunt, non vero à caſu aut fortuna præſtantur, vt Apoſtolus ait *ad Rom.* 13. *& in can. quid culpatur.* 23. *q.*1. Bona quoque, & mala, vita, mors, paupertas, honeſtas, omniaque alia à Deo ſunt, *Eccleſiaſtici* 11. Nam & D. Auguſt. *in enarratione Pſalm.* 66. non obſcure aſſerit, diuitias donum eſſe Dei: & ſancta illa mulier Anna ſancti Samuelis mater, in ſuo cantico, quod ſcribitur *in* 2. *cap. primi libri Regum, Dominus*, inquit, *pauperem facit, & ditat.* optimus text. *in l.*1. *C. de theſauris libr.*10. ibi: *Ne vlterius Dei beneficium.* Nihil igitur apud mortales fortuna dare, nec eripere poteſt: *Quid enim homo habes, quod à Deo non habeas?* inquit Paulus *ad Corinthios* 4. Videte (inquit Dominus *Deuteronomij*, *cap.* 22.) quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me, ego occidam, & viuere faciam, percutiam & ſanabo, & non eſt qui de manu mea poſſit eruere. Ex quo magiſter Petrus à Medina Hiſpalenſis in ſuo veritatis libello *parte* 1. *dialogo* 37. *litera* C. conſtanter aſſeuerat, fortunam nullam, caſum, aut fatum eſſe, ſed id tantum quod Deo ſummo placet, eſto quod mendax, nimiſque seducta gentilitas aliud exiſtimarit, ſolum etenim inquit, eſſe ordinem, diſpoſitionemque quas Dominus cauſis rebuſque impoſuit creatis earumque effectus, eius cum iuſtiſſima prouidentia, ſummaque omnipotentia, & ſanctiſſima voluntate, qui autem aliud ſentiunt à vera deuiare fide, ordinemque & modum ab ipſo Deo datum mundo, eiuſque operibus & creaturis peruertere profitetur. Id quod ab Auguſtino forte accepit in principio ſtatim retractationum, ſe admodum accuſante, quod
2 aduerſus Academicos vſus fuerit hoc nomine fortunæ. ADV. Nihil † iudicio meo eſt quod impediat Chriſtianos de fortuna loqui. Dici enim & nuncupari fortuna poteſt,

teſt, ſi modo eam recte accipiamus, vt ſtatim exponemus. Cæterum quoniam fortunæ nomen, quo potiſſimum gentiles vtebantur, cauſam aliquam inſinuare videatur, quæ ageret præter intentionem Dei, ſine cuius intentione & voluntate (quippe omnia ſcit) nihil poſſit contingere: Vetat Auguſt. Chriſtianos dicere, hoc voluit, aut noluit fortuna: ſed, hoc Deo placet, aut diſplicet: quia ſolus ipſe, aut cui ipſe reuelauerit, ſcire valet quæ contingenter & fortuito occurrent. Vnde † cum fortuna ſit concurſus fortuitus 3
cauſarum per ſe intendentium alium finem, vt ex Ariſt. paulo ante probauimus, reſpectu Dei nulla eſt, neque eſſe poteſt fortuna. Cum neque paſſer in terra cadere abſque diuina prouidentia poſſit: apud quem capilli etiam capitis numerati ſunt. Nihil ergo in rebus accidere poteſt, quod ipſe non præordinauerit, omnia ſiquidem ipſi ſunt præſentia. Noſtro autem intuitu & reſpectu fortuna eſſe nimirum poteſt, & caſus, quod hoc exemplo cernere licet: Dominus ſeruos duos per diuerſas vias, eis ipſis ignorantibus quo alteruter mitteretur, iuſſit iter facere: præcepitque vt eorum vterque tali hora certo adeſſet loco, quod vtique dominus adeo ſic ordinauerat, vt eis inſcijs ambo occurrerent, quoad dominum quidem occurſus ſeruorum fortuna non eſt, neque caſus: ſed ſeruorum reſpectu occurſus ille eſt haud dubie fortuitus. Ita prorſus licet reſpectu cauſarum particularium, ſiue à propoſito, ſiue ex neceſſitate naturæ agentium effectus dicatur fortuitus & euentitius, quia non fuit ab eiſdem cauſis particularibus intentus, & eadem ratione dicatur fortuna vel caſus: tamen reſpectu Dei nullus eſt effectus fortuitus. nec ipſe dici poteſt fortuna, quia Deus nihil forte, ſed iudicio facit. Quamobrem † for- 4
tuna à Deo regitur & gubernatur, perinde atque cætera omnia. Ita tenet è noſtris, qui nihil ignorauit, Bald. *in cap. licet cauſam. num. 27. de prob.* vbi, *Fortuna*, inquit, *eſt nutus Dei nobis incertus.* Id ꝙ non obſcure probat text. *in l. vnica. C. de theſaur. lib.* 10. dum in quærendis theſauris eam præbet formam, nempe vt ſi in proprio fundo caſu, an data opera, fuerit inuentus, integre domino fundi quæratur, modo arte magica, aut alia legibus odioſa non quæſierit, tunc enim fiſco acquiritur, ne vlterius Dei beneficium, inquit textus, inuidioſa calumnia perſequatur, hoc eſt, ſordidis artibus maculetur. Ecce nutu & voluntate diuina nobis probat obuenire theſaurum, cum tamen caſu & fortuna nobis incerta acquiratur. Cui etiam conuenit lex regia, 45. *tit.* 28. *p.* 3. Verum infinita Dei omnipotentia in hoc etiam lucet, nimirum, quod effectibus neceſſarijs cauſas attribuit neceſſarias, contingentibus vero contingentes, quod Diuus Thomas probat 1. *part. q.* 19. *art.* 8. ita inquiens: Vt motibus cœleſtibus motrices intelligentias, ita iſtis effectibus corruptibilibus attribuit cauſas quæ per alias impediri poſſint. Ex quo non eſſe veram conſequentiam conſtat, Medicina contingenter ſanat, & Deus concurrit cum ea ad ſanandũ contingenter, ergo Deus contingenter concurrit: quandoquidẽ ob id medicina dicitur contingenter ſanare, quia habere poteſt cauſam impedientẽ medicinæ intentionem. Deus tamen concurrẽs cũ illa non impeditur, ſiquidẽ concurrit etiã cum cauſa illa impediẽte, & nihil ſeipsũ dicitur impedire: ſed cõcurrit certiſſimo modo prout ab æterno præſciuit. Quo fit, vt fortuna hinc .i. quantũ noſtra intereſt, ſit euẽtitia cauſa, ſeu per accidẽs; illinc vero, quà à cœlo ꝓducitur, atq; à ſyderibus per naturales proprioſq; ipſorũ motus atque effectiones, cauſa eſt per ſe, ſuiſq; progreditur è principijs, medijs, atq; agitationibꝰ ad finem.

nem. Deus autem ipſe optimus maximus tum ſua prouidentia & numine, tum per geniorum, hoc eſt, Angelorum, intelligentiarumque miniſteria ſic omnia & metitur & regit, vt noſtrum nullo modo ſit ei velle præſcribere; aut diſpenſationis eius, prouidentiæque exigere rationem, cui æquo qui aſſentiuntur animo, eiuſque conquieſcunt in diſtributione ac nutu, & proſpera quæ ſuccedunt, iucundiora efficiunt ac magis grata, & quæ aduerſa, minus grauia, longeque tolerabilia: vt pulchre à Pontano *lib. vltim. de* 5 *fortuna, capit. etiam vltim.* traditum eſt. Ex † quo nimirum Platon. ſententiam *lib. 3. de legibus vel legum latione dialog. 4. col. 4.* memoriæ proditam, qua Deum & fortunam atque artem ſimul cum Deo omnia humana gubernare atteſtatur, ſic Marſilius Ficinus ibi in eiuſdem dialogi argumento, eſſe intelligendam cenſet; *Deus in omnibus per omnia mouet omnia. mouet mundi ſphæras, quarum concurſio fatum quidem & fortuna quandoq; appellatur: hinc caſus varij circa externa. corporaq; proueniunt. Mouet & animas, lumen mentibus inſpirando, vnde ars non ſolum ſpeculandi accenditur, ſed & agendi: ab arte tandem diſpoſitio externorum & corporis proficiſcitur. Quamobrem à Deo quidem cuncta dependent, qui, vt Apoſtolus ait, omnia in nobis operatur. Verum ab ipſo Deo alia quidem per fortunam procedunt, alia per artem. Quo fit, vt neque fortuna neque ars aliquando Deo valeat aduerſari, quippe cum ab ipſo pariter vtraque moueatur. Inter ſe vero hæc duo ita ſe habent: aut enim conſentiunt inuicem, aut forte diſſentiunt: ſi diſſident, aut fortuna ſuperat artem, aut ars fortunam, quod hoc nobis exemplo demonſtrat. Dum mouet Deus ſphæras, interdum per fortunam in mari commouet tempeſtatem, tempeſtas quatit nauem, interea mouet Deus idem eandem nauem per animum quoque gubernatoris, id eſt, per artem ipſam à Deo continue dependentem. Quando igitur ars nauem ad certum dirigit portum, atque ad eundem tempeſtas quoque vehit, tunc ars ſimul cum fortuna conſentit. Quando vero alio quidem impellit ventus, alio vero ars certat ducere, tunc ars & fortuna diſſentiunt: ac tandem vel ars cedit fortunæ, vel arti fortuna. Interim prouidentia Dei vtrobique agit, vtrumque ad finem ſibi ſoli notum, cui nihil vnquam diſſonat, cuncta videlicet in vniuerſam ſui corporis harmoniam occultis modis contemperanti. Cæterum illa ipſa concurſionum cœleſtium diſpoſitio quando talis prouenit, vt artem neceſſario ſuperatura ſit, fatum dicitur potius quam fortuna: quando vero talis, vt exuperare inertem poſſit, & ſuperari ab arte, fortuna potius nominatur: neque diffidas, artem quandoque vincere poſſe fortunam, vt enim fortuna, ſic & ars procedit ex Deo.* Hæc ille.

CAPVT IV.

DE FATO ET FORTVNA PLVRA TRADIT.

SVMMARIA.

1 *Fatum quid.*
2 *Anima afficitur multum ex diſpoſitione corporis.*
3 *Fortuna & fatum quibus conueniant.*
4 *Fatum à fortuna in quo differat.*
5 *Fortuna & fatum non ſunt in his, quæ ex ſolo concurſu Dei dependent.*

RELATOR.

ADducis me vt tibi aſſentiar, verum id quod ex Ficino deduxiſti, non recte accepi, quando de fato loquebaris: quare clarius illud nobis exponas, ſi quidem philoſophari

phari inceperis. A d v o c. Audi libenter. Fatum † vt diuus Thomas definit, 1.*par. quæſt.* 1
116.*& in* 3. *contra gentiles.c.*92.ex Boetio, 4.*de conſol.*& Auguſt. *lib.*5.*de ciuitate Dei. cap.*9. eſt ordo cauſatum naturalium præordinatus & præſcitus à Deo, quæ ita influunt in hæc inferiora, vt tamen ex ſua natura deficere poſſint, & ex diuina libertate dependeant: & hac Chriſtiana definitione fati excluditur alia Stoicorum, Chryſippi, videlicet poſt Zenonem facile principis, vt Gellius refert *lib.*6.*cap.*2.& Senecæ *lib.* 2. *naturalium quæſt.c.*36. aliorum etiam, qui, vt Chriſtianæ lucis & religionis ignari, falſò aſſerebãt, fatum ineuitabili neceſſitate ſuos operari effectus. Confunditur etiam alia Ciceronis *in lib.* 1. *de nat. Deorum, & de diuinatione,* inſana opinatio, aſſerentis Deum nõ eſſe præſcium eorum quæ fortuito accidunt: in quam amentiam incidit, vt neceſſitatem fati aduerſus Stoicos negaret, qui, teſte Auguſt. *d.c.*9 .*lib. de ciuitate Dei*, vt homines faceret liberos, fecit ſacrilegos, eos falſo perſuadens, vt negarent, Deum omnium non habere præſcientiam. Idcirco noſtra profitemur definitione, Deum omnium ab æterno fuiſſe præſcium: eius tamen præſcientiam neceſſitatem nullam rebus imponere, quo minus eas ſinat agere ſecundum naturam, vt aliæ poſſint alias impedire. Exempli loco: nulli non exploratum eſt, conſtellationes cœleſtes, ordinemq; naturalium cauſarum aliquid agere ad mores hominum, non quidem neceſſitatem eis, ſed diſpoſitionem præſtando, nimirum † cum anima eſt actus corporis, multum afficitur ex diſpoſitione corporis, cuius ſententiæ fuit 2
Ariſtot. 1.*de anima, textu* 12. nempe, cholericus (ſic appellant Medici) ſuapte natura eſt iracundus & ad literas aptus; flegmaticus vero deſidioſus, ad literas ineptus. Iſti tamen effectus impediri haud dubiè poſſunt per educationem & alias naturales cauſas. R e i. Differuntne fortuna & fatum, an in omnibus conueniunt? A d v. In quibuſdam ſanè conueniunt, in alijs differunt. Primum † conueniunt, quia vtraque cauſa eſt hominibus 3
occulta, rurſus quia & fortuna & fatum non eſt niſi in rationalibus, non enim dici poteſt fatum vel fortuna, quæ arboribus, aut brutis contingunt, ſed caſus. Differunt † tamen, quia fortuna, vt non ſemel diximus, dicitur cauſa per accidens quæ vnum intendit & aliud conſequitur. Fatum vero eſt cauſa per ſe inclinans ad aliquem effectum, qui 4
poteſt per aliam cauſam impediri. Dicitur itaque homo bene vel malè natus reſpectu conſtellationum cœleſtium, à quibus homo ipſe bene vel malè inclinatur, reſpectu verò angeli cuſtodis non dicitur bene natus, ſed bene cuſtoditus, quia ex intentione cuſtodit nos. Eodem modo reſpectu Dei non dicimur bene aut malè nati, aut fortunati, ſed bene gubernati & bene prouiſi, non tamen male gubernati, quia malorum quę nobis contingunt, aut nos ſumus cauſa, ſi ſint mala culpæ, aut ſi ſint mala pœnæ, Deus occulto iudicio illa ordinauit ad bonum. Hinc † demum conſequitur, quod in his quæ 5
dependent ex ſolo concurſu Dei, vt creatio mundi, conſeruatio angelorum & orbium cœleſtium, quæ quidem cum ſuapte natura fiant, ex nullaque cauſa ſecunda, ſed ex ſolo Deo dependeant, neque eſſe poteſt fortuna, neque caſus, neque fatum. Atque cum non dependeant ex cauſa quæ deficere poſſit, nihil poteſt illis caſu, fato, vel fortuna contingere. In his vero cauſis inferioribus, quæ ex ſecundis dependent cauſis, nimirum caſus, fatum, & fortuna contingere poteſt. Nam quo humanæ res pluribus dependent ex cauſis, eo pluribus accidentibus caſualibus ſubijciuntur. Hinc rurſus fit, quod

Nn voluntas

voluntas nulli eſt immediatè ſubiecta fortunæ aut caſui, quippe quæ in ſuis actionibus à ſolo Deo immediatè dependeat, neque alia humana, mundive cauſa poteſt eam directo mouere, niſi Angelus vel dæmon, nõ quidem compellendo, ſed bonum, malumve ſibi proponendo in modum perſuaſionis. Ideoq; nullam quis habet excuſationem, qua poſſit ſe à commiſſis criminibus eruere. Quod omnium optimè probat Petrus Velleus Gueuara *in ſuo ſelectarum ſententiarum libello, cap.* 4. quo hæc exponitur ſententia, *Nulla eſt cauſa peccandi.*

CAPVT V.

DIGNITATES CASVNE, AN FORTVNA OBVENIRE dicantur, an autem a Deo procedant? anve ſit cæca fortuna, examinat.

SVMMARIA.

1 *Fortuna vt quæ à Deo regitur, ſitne cæca & ſine ratione?*
2 *Dignitates & imperia à Deo procedunt.*
3 *Dignitates obuenire caſu quando intelligitur.*
4 *Magiſtratus concedi ſolent petentibus quamuis immeritis, & an hoc fortuna obueniat.*
5 *Arbor quæ citius perſicitur eſt breuioris vitæ.*
6 *Sorti & fortunæ cõmitti non debet ratio & intellectus.*

RELATOR.

1 CÆterum ſi à Deo regitur fortuna, quare eam cœcam, & ſine ratione, aduerſamque virtuti prædicant omnes. ADV. Eos potius dicerem cœcos, qui fortunam putant aliquid habere poteſtatis. Deus etenim, à quo fortuna regitur, nihil ſine ratione facit, vt Hieron. inquit *lib. de vera circumciſione*, quem Luc. de Pen. refert *in l. vnic. C. de Comit. & trib. ſcholar. in fi. li.* 12. Quia tamen quæ nobis accidunt ignoramus, credimus eſſe nociua quæ vtiliora ſunt, & è diuerſo, nam ſi paupertas aut ægritudo euenerit, nullus ſapiens ea mala dixerit, nec in malorum ſorte numerabit, vt ſcribitur ab Ambroſio, & reperitur *in c. illa.* 15. *q.* 1. ea etenim vt mala nobis imputanda ſunt, quæ quidem voluntaria, non quæ vel nolentibus eueniunt. Quin imo ſi eis bene vtamur, atq; eadem quæ mala putamus, æquo feramus animo, nos proculdubio beatos efficient, vt Matth. 5. ſcribitur, diuitiæ vero nos perdent, ſi eis malè vtimur, vt ſcribitur *Luc.* 6. vbi Dominus inquit, Væ *vobis diuitibus.* Nec id mirum cum diuitiæ minime bona appellari poſſint, quippe quæ bonis & malis ſint communia, teſte Seneca *in epiſt* 88. *li.* 13. *ad Lucilũ.* vbi ita inquit: *Quod contemptiſſimo cuiq, contingere & turpiſſimo poteſt, bonum non eſt. Opes autem & lenoni & laniſta contingunt:*
2 *ergo non ſunt bona.* Honores † & dignitates & imperia à Deo procedunt, vt Iuſtinianus probat reſcribens Epiphanio archiepiſcopo Conſtantinopolitano *in authen. quoni. oport. Epiſc. in principio coll.* 1. & ſummus Pontifex *in c. ſolitæ. de maior. & obed.* Hoc tamen intelligit Ioan. de Platea *in l. vnica. C. de Comitibus, & tribun. ſcholarum lib.* 12. in fine, quando honores aut dignitates in abſtracto conſideramus. Sin † autem ſi eas in concreto accipimus,

Digitized by Google

mus, hoc eſt, prout huic vel illi adhærent, obueniunt quidem caſu & fortuna, vt inquit text. *in d. l. vnica. C. de Comit. & trib. ſcholar.* ibi: *Et caſu ad altiora non peruenerunt.* vbi gloſſ. Ioan. de Platea & Luc. de Pen. adnotarunt, textus etiam *in l. decurionibus. in princip.* ibi: *Ad ſuperiorem gradum meliore ſucceſſu tranſcendunt. C. de ſilentiarijs li. 12. & in l. iubemus.* ibi: *Si proſperiorū fortunæ iudicio ad honoris ornamenta proceſſerint. C. de proxim. ſacr. ſcriniorum, lib. 12. l. ad ſplendidiorū. C. de diuerſ. offic. lib. 12.* ibi: *vt velut in meliori fortuna poſiti*, &c. gloſſ. etiam *in l. digna vox. C. de legibus.* Guillel. tamen Benedicti *in repet. cap. Raynutius. in verbo, duas habens filias. numer. 61.* longe aliter verba referens Plateæ in aliam ſententiam mutauit, nimirum, dignitates, & dominationes à caſu & fortuna deberi, ob idque non eſſe petendas aſſeruit, ex doctrina Ioann. de Platea, ſupra citata. In cuius interpretatione valde deceptus eſt. Aliud quippe eſt caſu & fortuna obuenire omnes dignitates alicui, aliud à fortuna deberi. Hoc enim plurimum poteſtatis fortunæ tribuit; quod nempe à Chriſtiana religione nimis abhorret, à Deo enim cuncta procedunt, vt modo dicebamus. Illud vero, quod caſu & fortuna nobis obueniunt, veriſſimum eſt: modo caſum & fortunam nobis ipſis attribuamus. Siquidem magiſtratus, aut honores alicui, quod raro accidit, abſenti & ignoranti conceduntur, ſit necne benemeritus, fortuna ſibi obuenire dicentur, quia fortuito accidit. Quando vero non fortuito, ſed cogitanti, & poſtulanti bene aut male merito conceduntur, non fortuna aut caſu, ſed eius induſtria acquiſiſſe potius dicetur. Rel. Contra ſenſiſſe video Budæum *in primis annotat. in Pandectis, pag. 270.* de cuius hominis laude & prudentia omnium eſt fama conſentiens; cum ſic ait: *Non cuiuſuis eſt adire Corinthum, vt dicitur,* ; *ſed* † *quorum meritis fortuna ſubſcribens ſuffragatores conciliauit: ſiquidem moribus aulicis iam conſtitutum vſitatumque nouimus, vt ne abſentium nomina recipiantur in mandandis magiſtratibus. At qui modeſtiores aut ambitus ignari, petitores profiteri ſe non ſolent, non in toga magni fiunt. Honores igitur aut ab ijs teneri neceſſe eſt, qui opibus, & neceſſitudinibus præualent, aut ab ij. certè proſtitutæ frontis peritioribus, qui ambiendo, efflagitando, ſeſe venditando aulicos obtundere, ac etiam enecare ſuſtinent. Sic enim aſſolent interdum, facinnique homines cynomyia procaciores (ſic muſcam caninam vocant) vt quod impetrare non poſſunt, extorqueant: quod exorare aut emereri nequeunt, eblandiantur, & extundant. Atque hos tamen qui claris facinoribus imrobitatis editis, vtilitatem propriam, non publicam velis remiſque, quod aiunt, conſectantur, proſequitur ſurgens à puppi ventus eunte, vſque adeo præſentiſſima numina coluiſſe eos conſtat. Contra autem, qui antiquiſſimam curam honeſtatis habent, hos omni vento fauoris deſtitutos, ad ſcopulos etiam offenſionum impingere, in vadisq; inopiæ, & interdum egeſtatis adhæreſcere videmus. Hoc vero quid eſt aliud tandem quam fortunæ triumphantis, virtutis triumphatæ atque traductæ ſpectaculum edere, bonis omnibus lamentabile?* Adv. Heus caue ne erres. Nam quidquid tuus dixerit Budæus, dignitates, magiſtratus, honores, & imperia petenti, & efflagitanti non caſu aut fortuna obueniunt, imo ſolertia, nimiaque diligentia, & calliditate potius. Peccat enim qui indignus magiſtratum aſcēderit, ergo fortuna ſibi obuenire, dici non poteſt. Verum neque ex parte conferentis fortuna interuenit. Quippe cum ex eius voluntate dependeat, voluntas autem, vt nuper diximus, nulli eſt immediate ſubiecta fortunæ, aut caſui, vt q̃ ſuis in actionib. à Deo ſolo immediatè depēdeat, quamobrē nemini nō cōpertum eſt, nullā habere peccati excuſationem. qui

The "4" printed in the right margin beside the line "ſic ait: Non cuiuſuis eſt adire Corinthum … ſuf-" is written here at the end of that line: 4

Digitized by Google

indignum elegit, vt à te quoque *ſupra 3. part. cap.* 8. *num.* 12. probatum eſt, nemo quippe
ignorat, quæ elegit, teſte Ariſtotele 1. Rhetoricorum cap. 10. aut ſi ignorat, ſupina eſt
ignorantia. Eum enim eligere tenebatur, qui ex alijs ſibi commiſſis magna pignora de-
diſſet, prout à te non ſemel dictum fuit. Nam ſi incognitum, à quo nulla prius virtutis
pignora accepit, ad magnas admittit dignitates, aliosque ei mandat magiſtratus, vltra
labem criminis quam incidit, incommodum non modicum tum reipublicæ, tum etiã
5 ipſi muneri ac dignitati obuenire palam eſt. Arbor † enim, ſicut & cæteræ plantæ, quo
citius naſcitur, creſcit & perficitur, hoc eam eſſe breuioris vitæ conſtat, & è diuerſo, vt
ab Ariſtotele traditur *lib.* 4. *de generatione animalium cap.* 6. quod & aſſerit Columel. *in lib.
de arboribus cap.* 3. non ſemel, & ante eum Theophraſtus *de cauſis plantarum lib.* 1. *cap.* 6. Sic
& arbor noſtra ſi per ſaltum conuolat ad primas dignitates & magiſtratus, neceſſe eſt,
vt citius pereat. Ex quo nimirum iuſtitiæ præſcinditur authoritas. Hoc ergo non Caſui
aut Fortunæ tribuendum, ſed ipſius horti cultoris, hoc eſt, magiſtratuum electoris arbi-
trio & voluntati.. Rurſus quando non petenti aut cogitanti dignitates & imperia man-
dantur, ea caſu & fortuna potius obuenire dicuntur, ſiue digno & benemerito, ſiue in-
digno conferantur. Quare tunc cæcam & ſine ratione nimirum eam iudicamus, ratio-
nem quare ita fiat ignorantes: quandoquidem arcana hæc ſoli Deo à quo fortuna regi-
tur, reſeruantur, ipſe quippe ſcit, quare ſic diuidat, bona inter mortales: ſic forte meri-
ta noſtra depoſcunt. Hinc Eſaias *cap.* 3. *Ecce*, inquit, *dominator Dominus exercituum aufert à
Ieruſalem & Iuda validum & fortem, & virum bellatorum, Iudicem & Prophetam, & ariolum &c.*
Cærcrum ex parte concedentis, nunc bonum & benemeritum, nunc indignum eligat,
nulla interuenit fortuna, nec caſus. Nam ſi eunl, cuius nullum habet ſpecimen, ad magi-
6 ſtratum admittit, peccat, vt paulo ante dicebamus. Iniquum † etenim eſt, rationem i-
pſam & intellectum ſorti & fortunæ committere. *l. ſed an vltro §. vltim. ff. de neg. geſt.* Bald.
in §. itaque. numer. vltim. in proœmio Digeſtorum: quemadmodum & opes noſtræ committi
non debent caſibus fortuitis & incertis, vt *in l. quæ fortuitis. C. de pign. act.* Bald. *in cap. licet
cauſam, num.* 27. *de probat.* Oportet namque, vt idem inquit Bald. *in d. § itaque*, intellectum
omnia determinare, & quam pauciſſima fortunæ committere, vt *in l.* 2. *ff. de condit. & de-
monſtr.* hinc text. *in l.* 2. *C. de veter. lib.* 12. *& in l.* 1. *C. de diuerſis officijs. eod. lib.* Dignitates inquit
non caſu fortunæ ſed ob virtutum merita præſtari oportere. Nam vt ſcripſit Ariſtoteles
lib. 1 *Ethicorum cap.* 9. id quod maximum optimumque eſt, fortunæ committere, extremę
dementiæ eſt. Quanquam (quod dolens dico) ad electionem cuiuſque magiſtratus
de moribus, ſcientia, & prudentia vltima fit quæſtio, vt teſtimonio eſt Chaſſ. *in
catal. gloriæ mundi.* 1. *part.* 43. *conſideratione.* Male enim geritur quidquid
geritur fortunę fide, inquit Senec. *in prouerbijs.* Non
potui te magis in rem pręſentem
perducere.

CAP.

CAPVT VI.

FORTVNA QVARE COECA ESSE PVTETVR, ET AN caſus fortuiti veniant in bonæ fidei contractibus, diſcutit.

SVMMARIA.

1 *Fortuna eſt nutus Dei nobis incertus.*
2 *Caſus fortuiti nō veniunt in contractibus bonæ fidei, ſed improuiſi.*
3 *Quando caſibus fortuitis renuntiatur.*
4 *Triſtis euentus aduerſaque fortuna non ſolet conſiderari.*
5 *Caſus rariſſimus & penitus inſolitus non venit in conſideratione nec ſub renuntiatione caſuum comprehenditur.*
6 *Caſus fortuiti & inſoliti tripliciter conſiderantur.*
7 *Periculum ſi ſuſcipiatur, aut riſcbus, quod aiunt remiſſtue.*
8 *Caſus inſolitus dicitur ſi princeps venit contra pactum.*
9 *Iudicia Dei nobis incerta.*
10 *Proſperitates & diuitiæ an ſint bona? an aduerſa mala dici poſſint.*

AT hoc † vnum ſupereſt vt ſcias, ideo cœcam nos putare eſſe fortunam, quia (vt in- 1
quit Bald. *in d.c. licet cauſam, num. 27. de prob.*) eſt nutus Dei nobis incertus. Ita fit, vt
quo quiſque imprudentior eſt, eo fortuitorum caſuum incertior, & improuidentior,
quo autem prudentior, hoc magis caſus prouidere, eiſque reſiſtere poſſit. Hinc † Impe- 2
rator Alexan. *in l. quæ fortuitis. C. de pignor. act. Quæ fortuitis,* inquit, *caſibus accidunt, cum præuideri non poſſint (in quibus etiam aggreſſura latronum eſt) nullo bonæ fidei iudicio præſtantur, & ideo creditor pignora, quæ huiuſmodi cauſa interierunt, præſtare non compellitur: nec à petitione debiti ſubmouetur.* Idem iuris eſt in commodato, locatione, depoſito, ſocietate & ſimilibus bonæ fidei contractibus, *l. ſed de damno. ff. loc. §. pen. Inſtit. eod. §. vltim. Inſtit. de ſocietat. l. regni. 4. titul. 3. part. 5. l. 3. titul. 2. eadem partita, l. 8. titul. 2. ead. part.* quod & in pluribus alijs legibus vbique cauetur, quandoquidem non modo difficile, verum quaſi impoſſibile videatur fortuitos præuidere caſus, vt *d. l. quæ fortuitis, & in l. vltim. C. de præſcript. 30. ann. & in l. 2. §. ſi eo. ff. de administr. rer. ad ciuit. pert.* cuius hæc ſunt verba: *Quia fortuitos caſus nullum hominum conſilium præuidere poteſt.* Etenim hæc difficultas ſeu quaſi impoſſibilitas ex defectu noſtræ cognitionis, non ex caſuum natura procedit, quippe qui contingenter eueniant non neceſſario: vt Guill. de Cugno, & Salic. adnotarunt *in l. 1. ad finem. C. de commodato.* Ripa *in tract. de peſte, 2. part. de priuileg. contractuum cauſa peſtis, num. 69.* Secus vero eſt in caſu improuiſo, quem culpa dicitur præcedere, vt gloſ. ſcite exponit *in l. 1. §. vltim. in verbo plerumque. C. ad l. Corn. de ſic.* vbi Bald. ait ſe neſcire alibi diſtinctionem illam per gloſ. factam inter caſum fortuitum & improuiſum. Iaſ. etiam *in §. ſed iſta, num. 50. & ſeq. Inſtit. de action.* longe nimis eam commendat, & ſubdit, ex ea differentia ſequi notabilem effectum: nempe quod caſus fortuitus non punitur, ſed bene improuiſus pro modo culpæ. Quo fit, vt in bonæ fidei contractibus caſus improuiſi veniant, vt quos culpa præcedere probetur.
Cæterum † ſi ſpecialiter aut generaliter omnibus caſibus fortuitis renunciauit condu- 3
ctor, aut alius bona fide contrahens, periculum cuiuſcunque fortuiti caſus ad eum pertinet,

Digitized by Google

tinet, ita atteſtantur glo. Bart. Angel. Salicet. Raph. Paul. & moderni, *in l. ſed & ſiquis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut.* Corn. *in conſil.* 128. *numer.* 14. *& ſequent. libr.* 2. quam magis com-
munem ſententiam eſſe profitetur Franc. Ripa *de peſte.* 2. *part. numer.* 70. quæ lege regni
noſtri, 4. *titul* 3. *part* 5. confirmatur, & *l.* 8. *titul.* 8. *part.* 5. Ea propter igitur huiuſmodi ca-
4 ſibus poteſt renunciari: Quia licet † triſtis euentus, aduerſaque fortuna non ſit ſpectan-
da, quippe quæ vt plurimum non ſolet eſſe in conſideratione, vt *in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. l. Iulianus. ff. qui & à quibus.* Tamen eſt conſiderabilis, & à pruden-
tibus conſiderandi ſunt & reſciſcendi caſus, vt ſic euitari poſſint, aut ſaltem minori da-
5 mno afficiant. Quo † fit vt conductor aut alius bona fide contrahens, qui ſuſcepit in ſe
caſum aduerſamque fortunam, de caſu rariſſimo & penitus inſolito, cuius conſidera-
tio veriſimiliter in prudentem virum non cadat, non teneatur, vt conſtanter Bart. & cæ-
teri crebrius adſeuerant *in d. l. ſed & ſiquis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut.* per text. *in l. fiſtulas. §. frumenta ff. de contrah. empt.* idem tenet Bart. *in l. Seio. §. medico. ff. de ann. legat.* Bald. & Salic.
in l. licet. C. loc. Ang. *conſ.* 174. *Præmittendum eſt.* Alexand. *in conſil.* 28. *in* 2. *dubio, num.* 10. *lib.* 13.
Soc. *conſ.* 123. *Circa præſentem conſultationem lib.* 4. Ripa qui hanc eſſe communem atteſta-
tur, *in d. tractatu peſtis,* 2. *part. num.* 97. licet contrarium aſſerant Bald. Ang. Fulgoſ. Paul.
& Alexand. ſibi contrarij *in d. §. quæſitum*, quorum ſententia frequentiori interpretum
calculo improbatur, neque immerito iudicio meo, prior ſiquidem eſt æquior, & magis
iuri & rationi conſona. Nam licet verum ſit, quod omnis caſus fortuitus ſit inſolitus, a-
6 lias non eſſet fortuitus, vt inquit Bald. *in d. §. quæſitum.* Tripliciter † tamen poteſt conſi-
derari caſus inſolitus & non præuiſus. Primo in ſpecie ſunt inconſiderabiles, nimirum
ſint necne euenturi aut quando, quamuis in genere potuerunt præcogitari à diligenti
patreſam. & prouido: & hac in ſpecie loquitur Bald. *in d. §. quæſitum*, ſufficit enim quod
in genere cogitetur id quod renunciatur, vt per Bal. Paul. Corn. Alexand. & Iaſ. *in auth. ex cauſa C. de lib. præt.* traditur late. Et omnes ferme vbique & in omni materia dicunt ſuf-
ficere ſcientiam, cogitationem, voluntatem ſiue conſenſum alicuius rei in genere, per
text. *in l. qui iure militari. ff. de mil. teſtam.* vt Tiraquel. refert *in repet. l. ſi vnquam, in princip. legis, numer.* 76. 77. *& deinceps.* Secundo modo dicitur inſolitus & non præuiſus, cum in
ſpecie præuideri, nec in genere potuit, de quo etiam prudens non præſumitur cogitaſſe:
merito ad caſus iſtos non extenditur pactum, vt ita procedat doctrina Bart. & commu-
nis. Hanc concordiam tradidit Corneus *conſ.* 12. *licet diffuſe, num.* 6. Tertio modo dicitur
inſolitus, & inauditus, & inconſiderabilis, qui euenit præter omnem ſpem & veriſimi-
litudinem & cognitionem tam in ſpecie, quam in genere, non modo prudentis, ſed
prudentiſſimi viri, vt quia nunquam forte hac in regione euenerit, tum etenim, quam-
uis conductor in ſe ſuſcipiat omnes caſus tam præuiſos, quam non præuiſos, tamque co-
gitatos, quam incogitatos, adhuc tamen non tenebitur, vt idem ipſe Corneus probat
in conſil. 23. *Videtur in hac conſultatione, numer.* 12. *ad fin. lib.* 2. Ripa *eodem tract. peſtis,* 2. *part. nu-
mer.* 108. vbi reſpondet ad doctrinam Bart. *in l. fide certa. C. de tranſact. & in l. cum Aquilia-
na. ff. eod.* ibique Ripa plura tradit exempla huiuſmodi caſuum, ad quem eſt recurrendū.
7 Quid † autem ſi quis ſuſcipiat periculū aut (vt ipſi aiunt) riſcum? eſt videndus Corneus
8 *d. conſ.* 23. *lib.* 2. & Ripa *ibidem n.* 71. *& pluribus ſeq.* Ex quo † nimirū reſpondit Alex. *conſil.* 97.

Alias

*Alias de facto conſultus.n.4.lib.3.*quod caſus inſolitus dicitur,quando princeps venit contra pactum.Inſolitum enim eſt,&inauditum,quod princeps non ſeruet pacta,*arg.text.in c.1. de probat.& c.1.de natura feudi*,& quæ notant iuris interpretes *in l.digna vox.C.de leg.* Quare, inquit Alexander, verba vt cumq; generalia ad hunc non referuntur caſum. Vt † igitur 9
ad inſtituta redeamus, cum fortuna ſit nutus Dei nobis incertus, nil mirum ſi bona externa ei attributa quandoq; virtutem quandoque vitia ſequantur:ipſe enim fortunæ rector iuſtiſſimus æque ea diſtribuit inter mortales iuxta vniuſcuiuſque indigentiam, & prout congruentius vtiliuſq; noſtris conſulat animabus. Nam diuitiæ,honores,aut magiſtratus ſi cui obueniant iniquo aut immerito, ita Deo optimo maximo placuit,ne forte deterior fiat,ſiue vt bonorum,quę fecit,hoc in ſeculo mercedem accipiat,aut quia ſic merita noſtra depoſcunt.Sin autem viro bono & æquo hæc obueniant, nutu diuino fit, vt his illecebris melior efficiatur.At ſi iniurię,contumelię,paupertas,dolores graues,aut aliqua huiuſmodi infortunia viris bonis obtingant,quid ob aliud fiet tandem, quam vt criminibus (ſi qua patrarunt) abſtergantur,& purgentur? aut ne in ſuperbiam incidant, ob eorum forte merita ea ſibi bona eſſe collata credentes,vtq;ex hoc ſeculo cum migrauerint, mundi euadant? Quod ſi iniquo homini plagæ cæteraq; obueniant infortunia, Dei ſunt flagella,vt corripiatur,aut alio nobis occulto iudicio dominus hæc ita fieri permittit.Ipſi enim ſoli ſecretorum iudicium relinquendum eſt.*c.erubeſcant.*32.*diſt.* Nam † 10
quo pacto nos bona eſſe iudicabimus diuitias,magiſtratus,cæteraſq; proſperitates? cum Seneca Chriſtianæ lucis expers ea bona eſſe negauerit,quod contemptiſſimo cuiq; contingant,vt ipſe affatim inſinuat *lib.epiſtolarum ad Lucilium* 13.*epiſtola* 88. de quo etiam nos paulo ante meminimus: Aut quomodo mala eſſe cenſebimus,paupertatem, dolorem, aliave infortunia? quando ipſemet Seneca *libro de diuina prouidentia.c.2.3.&* 4.hæc omnia aduerſa non mala, ſed bona potius eſſe dicat,virtutiſq; exercitationes. *Nihil*,inquit,*mihi videtur infelicius eo cui nihil vnquam aliquid euenit aduerſi.Non enim licuit ei ſe experiri, vbi ex voto illi fluxerunt omnia.Proſpera in plebem ac vilia ingenia deueniunt. At calamitates terroreſq; mortalium ſub iugum mittere,proprium magni viri eſt*,ipſis, *ait*, Deus cõſulit,quos eſſe quam honeſtiſſimos cupit, quoties illis materiam præbet aliquid animoſe fortiterq; faciendi: *miſerum te iudico, quod non fuiſti miſer, tranſiſti ſine aduerſario vitam, nemo ſciet quid potueris, nec tu quidem ipſe. Opus eſt enim ad notitiam ſui experimento, quid quidem quiſq; poſſet niſi tentando non didicit*,hos itaque Deus,quos probat,quos amat,indurat,recognoſcit,exercet,eos autem quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis ſeruat. Et alibi idem ipſe ait: *Miraris tu,ſi Deus ille bonorum amantiſſimus,qui illos quam optimos excellentiſſimoſq; vult, fortunam illis cum qua exerceantur aſſignare: ego vero non miror,ſi aliquo impetum capiunt, ſpectant dij magnos viros colluctantes cum aliqua calamitate. Nobis interdum voluptati eſt, ſi adoleſcens conſtantis animi irruentem feram venabulo excepit,ſi leonis incurſum interritus pertulit, tantoq; ſpectaculum eſt gratius, quanto id honeſtior fecit. Vir igitur fortis cum magna fortuna compoſitus, ſpectaculum eſſe dignum, ad quod reſpiciat intentus operi ſuo Deus.* cui forti viro quanto plus tormenti, tanto plus erit gloriæ: hæc ille. Nemo igitur iudicium fortunæ, quippe quæ à Deo regatur, iuſte recuſabit.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VII.

FORTVNA AN EX EO QVOD NOMEN OBTINEAT FOEmineum, iudex eſſe poſſit, diſcutit.

SVMMARIA.

1 *Fœmina quæ iure hæreditario conſequitur iuriſdictionem, iudicare poteſt.*
2 *Gothorum lex fœminas ad regni ſucceßionem admittens filijs deficientibus.*
3 *Sententia iniuſta caſibus fortuitis adnumeratur.*

RELATOR.

EX alio quoque fortuna iudex eſſe non poteſt, fœmineum enim nomen obtinet, ne-
dum mores: fœminam autem iudicare prohibet iuris ciuilis regula. *l. fœmina. ff. de reg.*
iur. l. cum prætor. in fin. ff. de iudic. l. 3. verſ. corporalia. ff. de muner. & honor. l. fin. C. *de arbitris.* ADV.
Nihil prorſus eſt quod ei obſit, eſt quippe regina & externorũ domina, ex quo in crean-
dis magiſtratibus principatum obtinet, ſi Accurſio credimus *in l. digna vox.* C. *de legib.* ma-
1 xime cum Deo rectore gubernetur. At † fœmina iuriſdictionem quam iure conſequi-
tur hæreditario conſeruare, exercereque poteſt, & ita iudicare, vt Angel. & Decius adno-
tarunt *in l. fœminæ. num. 3. ff. de reg. iur.* idem Angel. *in l. princeps. ff. de legib. & in l. cum prætor. §.*
vlt. ff. de iudic. Hoſt. Ioan. Andr. Innoc. & Abb. *in cap. dilect. de arbitr.* idem Abb. *in cap. ſignifi-*
cauit. de reſcr. & in cap. dilecta. de maiorit. & obed. Alexand. *conſ. 1. num. 24. & conſ. 24. num. 12. lib.*
5. Præterea text. habemus probantem in dignitaribus regalibus fœminas ſuccedere, eaſ-
que ſicuti & viros, moderari & gubernare, videlicet, *in cap. ſignificauit. in princ. de reſcr.* Alios
etiam plures Reginarum & Comitiſſarum, vt cum noſtris loquar, mentionem facien-
tes, videlicet *in c. dilecti de arbitr. & in c. dilecto. de teſtib. & in c. vlt. de conceſſ. præb. & in c. peruenit.*
de cenſib. in ſuperſcriptione, & in c. ex parte. el. 3. vbi fit mentio de regina Anglorum, *& in cap.*
ſeq. in ſuperſcript. de verb. ſignif. & in c. cum deuotiſsimam. in ſuperſcript. & in c. ſeq. 12. q. 2. & in cap.
ſi quis. 14. q. 4. plura denique regna à reginis fœminis gubernata ab vſque multis tempo-
ribus ampliſſime, more ſolito, enarrauit Tiraqu. quem nihil prorſus latuit, *in decima quæ-*
ſtione primigeniorum n. 3. & ſequentibus. Neque prædictis obſtat, quod Mart. Laudenſ. ad-
fert *in ſuo primogenituræ libello. q. 11.* nempe quod officia publica ſunt fœminis interdicta.
d. l. fœminæ. ff. de reg. iur. ſed eſſe Reginam, Duciſſam, cum omni regali iuriſdictione, eſt ha-
bere officium publicum, per *l. 1. §. ius publicum. ff. de iuſtit. & iure*, ergo, inquit, fœmina non
ſuccedit in regno, neque iudicat, idem voluit Iacob. à Sancto Georgio *in l. cum antiquio-*
ribus. col. pen. verſ. aut enim filij. C. *de iure deliber.* Nam vt Bald. voluit *in l. in multis. in princ. ff. de*
ſtatu hom. fœmina ſuccedit in naturali dignirate licet non officiali, quem ſequitur Lud.
Rom. *in conſ. 98. 2. dubio, prope finem.* Ioan. Lup. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 69.*
num. 26. Tiraq. *d. q. 10. n. 19.* & paulo ante *num. 12.* dixerat, omnes in hoc conuenire, vt poſ-
ſit fœmina in regno, & ducatu, & ſimilibus dignitatibus ſuccedere ex conſuetudine. Ita
volunt omnes *in capitulo ſignificauit. de reſcriptis*, & alij quos Tiraquell. citat, & Anton.
Gom. *in l. 40. Tauri, n. 8.* vbi iuriſdictionem per ſe exercere poſſe, probat pluribus autho-
ritatibus,

Digitized by Google

ritatibus,& ex *l.2.prope fin.tit.15.p.2.* Hinc † forte Gothi qui tempore Pelagij regis Hiſpaniam à manibus Arabum recuperare cœperunt, pro lege ſanxerunt (vt refert Luc. Tudenſis,cum de eodem Pelagio agit) quod filius Regis, cuiuſcunq; ætatis relictus,ſi modo Catholicus fuerit, ſuccedat in regno, filio autem maſculo deficiente, filia fœmina ſuccedat in regno,vt ibi latius recenſetur, quæ *l.2.tit.15.part.2.* confirmatur. Quin etiam Reges vidimus vxores habentes eas facere vicarias eiſdem abſentibus, qua in ſpecie iuriſdictionem conſequuntur.*l.oſſa.ff.de relig.& ſumptib fun. & in l. 1.ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſdict.*ita atteſtatur Par.à Puteo *de ſyndic.fol.12. in verſ. dicitur autem ſyndicatus. num.15.* vbi ſæpiſſime dixit vidiſſe ita fieri in regno Neapolitano, quod etiam hoc in regno quotidie fieri in filiabus regis,nemo eſt qui ignoret. Sit ergo fortuna iudex, quæ cum, vt antea dixeram, tali rectore gubernetur, rectiſſimam proculdubio proferet ſententiam. REL. Libenti animo iuſſui tuo parere malo,quam fortunæ iudicium recuſare, quippe quæ non adeo exoculata,penituſque cæca eſt (ſi Gentilium falſam opinionem ſequeremur) vt iuſtam hac in controuerſia aqua clariori non ferat ſententiam· non quod eam aliquid apud mortales poſſe fatear, ſed quia à ſummo Deo regitur. Propone igitur, ſi libet,grauamina coram appellationis iudice à te ſponte prouocato. ADV. Cum caſu, aduerſaque fortuna iniuria mihi per Prætorio præfectum facta fuerit, ſententia † quippe 3 iniuſta caſibus fortuitis adnumeratur, vt *in l. cum duobus. §. damna. iuncta l.ſequenti. §.vlt.ff. pro ſocio.& in l.2.§.ſolet.ff.de hæred.vel act.vend.*Bald.*in l.falſus.num.29. C. de furt.* Carol. Molin.*in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.11.num.26.*text.optimus *in cap.vlt. de noua forma fidelit.ibi, Iniuſte vel fortuito caſu.l.36.in fin.tit.5.de empt. & vend.part.5. l.ſi per imprudentiam. ff. de euict.* Couarr. *lib.3.reſolutionum,cap.17.num.10.in princ.*Nil mirum ergo,ſi ab eadem fortuna remedium quæram.

(The marginal number 2 stands beside the first line, at "Hinc † forte Gothi".)

CAPVT VIII.

PAVPEREMNE, AN DIVITEM MAGISTRATVI PRAEficere magis expediat?

SVMMARIA.

1 *Pauper an poſſit eſſe iudex.*
2 *Paupertatis incommoda remiſſiue & commoda.*
3 *Paupertas vilis.*
4 *Infamis & vilis eſſe non poteſt iudex.*
5 *Iudices locupletes an conſtitui oporteat.*
6 *Diuites præferuntur pauperibus in conſequendis honoribus.*
7 *Diues quis vere appelletur.*
8 *Diuitiarum modus metitur ex eo quantum cuique ſatis eſt.*
9 *Pauper eſt qui plura cupit,non qui habet pauca.*
10 *Diuitum mores praui, & diuitiarum vituperium.*
11 *Diuites vere ſunt, qui moribus, ſcientia, & diſciplina abundant.*
12 *Lex Athenienſium improbata.*
13 *Magiſtratus ex pauperibusne an diuitibus conſtitui oporteat.*
14 *Idoneus non tam patrimonio quam fide æſtimatur.*

15 Pauper quando diuiti præfcratur.
16 Paupertas nobilitatem an & quando faciat amittere.
17 Paupertas nimia deiectum & vilem animum reddit.
18 Virtus illuſtratur fortunæ bonis externis.
19 Medium eligendum eſt inter pauperem, diuitemque.

CÆTERVM vt euidentius appareat iniuſte à præfecto fuiſſe pronuntiatum, poſitionibus ſequentibus vt reſpondeas poſtulo: vt quibus lis dirimi, cauſaque rectius definiri valeat.

Primum ponitur, Relatores omnes pauperrimos eſſe, tum ante ingreſſum officij, quippe qui aliquid habent patrimonij, oneroſiſſimum referendi munus fugiunt, etiam quum totum vitæ ſuæ curſum in eo expenderunt: Aduocatos vero vt plurimum ditiſſimos eſſe. REL. Ingenue fateor veriſſimam in omnibus eſſe poſitionem. ADV. Si paupe-
1 res, quo ergo colore aut iuſtitiæ vmbra ad magiſtratus aſcendere vultis? Pauper † etenim ab officij publici adminiſtratione arcetur. *l. ad ſubeunda. C. de decurion. lib.* 10. Nam in huiuſmodi officijs pauperes, ſicut & in militia debiles, magis officiunt, quam proſint. *c. quod ſuper his, extra de voto*, minuſque vtile & honeſtum eſt talibus mandari magiſtratus: maxime quum non deſint qui conuenienter rei, & ſuæ fortunæ, ſplendorique publico poſſint creari, vt Vlpianus ait *in l. reſcripto. in princip. ff. de muneribus & hon.* quibus concinit illud Ariſtotelis, 2. *Politic. Impoſſibile*, inquit, *eſt egentem bene principari*: & rurſus *in* 3. *Corruptio ciuitatis*, ait, *eſt dominium pauperum*. Vnde *Eſaia* 3. ſcribitur, mendicus ſum & pauper, nec in domo mea eſt panis, aut veſtimentum, nolite me conſtituere principem populi. Propter inopiam enim multi deliquerunt, & qui quærit locupletari, auertit oculum ſuum. *Eccleſiaſtici* 27. Hinc Luc. de Penna egregius Doctor *in l. vltim. C. de his qui num. liber. ſe excuſ. lib.* 10. *columna vltima*, non immerito cenſebat, pauperem, quamuis doctiſſimum, minime ad magiſtratus honorem eſſe admittendum, refertque Boethium de ſcholaſtic. diſciplina dicentem: *O quam abſurdum eſt magiſtratuum egeſtas*: quippe quæ ſit diſciplinæ nouerca, vt ibidem dicitur. Atque ideo nimirum pauper facile peccare præſumitur, *l. vltim. C. de ſpecta. libro* 11. maxime is cui non eſt victus & vita ſufficiens, vt *in authen.*
2 *de defenſor. ciuitat. poſt principium*. Plura † alia paupertatis incommoda commodaque enarrauit Luc. de Pen. *in dict. l. vltim. C. de his qui numer. lib. ſe excuſ. lib.* 10. *colum. vltim.* Specul. *titul. de teſte.* §. 1. Alberic. *in l. ſi quis ad declinandam, num.* 8. *& ſequent. C. de Epiſc. & cleric.* Tiraquel. *in relectione, l. ſi vnquam, in verbo bona, numer.* 1. *&* 2. *C. de reuoc. donat.* Antonius Meliſſ. *lib.* 1. *ſerm.* 31. *& duobus ſequentibus*, Stobæus *ſerm.* 93. *&* 94. Sed † quid in his mora-
3 mur, cum Imperator *in l.* 2. *C. quando & quibus quarta pars deb. lib.* 10. paupertatis appellauerit vilitatem: quaſi paupertas vilis ſit & ignobilis: *Quid enim*, inquit, *tam durum, tamque inhumanum eſt, quam publicatione, pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ parere diuitias?* Si igitur paupertas ignobilitatem & vilitatem præ ſe fert, haud du-
4 bie magiſtratus nõ eſt capax. Vilis † enim & infamis à iudicis munere ſicut & cæteris dignitatib. repellitur, vt *in l. cum prætor.* §. *non aũt. ff. de iud. l. decur. C. de decur. li.* 10. *l. ſi cohortalis. C. de cohort. li.* 12. vbi Platea addit cõcordantes *l. vlt. tit.* 5. *l.* 7. *tit.* 6. *p.* 7. Rurſus Inopia própta eſt in ppetrãdis malis, impijſq; admiſta morib. funditus pdit ac ſubuertit vitã. Pauper ad

omnia

omnia formidoloſus eſt, & ſe putat ab omnibus ſperni: quamuis enim natura ſtudioſus
& bonus fueris, ſed pauper, ludibrio habeberis. Hinc Iuriſperiti præſumunt, nimium
pauperes facile corrumpi poſſe, quare ab accuſatione arcentur, vt *in l. nonnulli. ff. de accuſ.*
Specul. *in titulo de accuſatore*, §. 1. *col.* 8. *verſ. item excipitur. l.* 2. *titul.* 1. *part.* 7. Quamobrem
iudices † cum probatos, tum etiam conſtitui locupletes, omnia iura præcipiunt, vt *au-* 5
thent. de iudicibus. §. *his qui cauſas, coll.* 6. quippe cum de honoribus, ſiue muneribus geren-
dis quæritur, in primis conſideranda eſt perſona eius cui defertur honor, ſiue muneris
adminiſtratio: item origo natalium, facultates quoque an ſufficere iniuncto muneri
poſſunt, inquit Calliſtratus, *in l. honor.* §. *de honoribus. ff. de muner. & honor.* Ita † fit, vt ad 6
honores & magiſtratus conſequendos diuites præponantur pauperibus, vt *in l. reſcripto.*
in principio. ff. de muner. & bonor. & l. ad ſubeunda. & ibi Luc. de Penna. C. *de decurion. libr.* 10.
& voluit etiam Andr. de Iſernia *in cap.* 1. *in verbo primatibus, de pace iuram. firman.* Plat. *in l.*
ne quis. C. de dignit. lib. 12. Matth. de Afflict. *in conſtitut. regni Siciliæ incipiente Cultus iuſtitiæ.*
col. 2. *in* 2. *notab.* Tiraquell. *de nobilit. cap.* 3. *numer.* 18. Quibus reſpondet quod Solon in
ſuis tradidit legibus, magiſtratus nimirum omnes conſtitui oportere ex nobilibus & lo-
cupletibus, vt memoriæ prodidit Ariſtot. 3. *Politic. cap.* 10. quemadmodum & apud In-
dos reſpublicas optimi ditiſſimique temperare, iudicia reddere, regibusque aſſidere
ſoleant, authore Plinio *lib.* 6. *cap.* 19. & Solino *collectaneorum cap.* 60. quod & Carthagi-
nenſium legibus eſſe conſtitutum atteſtatur Ariſt. *lib.* 2. *Politicorum, cap.* 9. Solon etiam,
qui leges tulit Athenienſibus, magiſtratus omnes conſtitui decreuit ex nobilibus & lo-
cupletibus ex cenſu quingentorum modiorum, & iugorum; vt Phil. refert 2. *Polit. c. vlt.*
Hinc Ouidius *lib.* 3 *elegiarum*, id probat his carminibus.

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.

Et libro primo Faſtorum:

In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet.

Quibus etiam non parum conferunt quæ longe à Tiraquel. congeſta ſunt, *d. c.* 3. *n.* 19.
& ſeq. quod ſcribitur Prouerb. 19. *cap.* nempe diuitias addere amicos plurimos, *& c.* 22.
diuitem imperare pauperibus, & *in c.* 10. Subſtantia, inquit Sapiens, diuitis, vrbs fortitu-
dinis eius, pauor pauperum egeſtas eorum. Ex quibus facile deduces quæ à te in com-
probationem tuæ aſſertionis elaborata ſunt, non obſtare, quo minus ſententiam inique
ab præfecto latam reuocari oporteat. Rel. Ingenuè equidem fateor, reipublicæ expe-
dire, homines habere locupletes, vt *in* §. *pen. Inſt. de his qui ſunt ſui vel al. iur.* vt eis reſpubli-
ca regatur melius, q̃ pauperibus: cæteris tamẽ paribus id eſſe intelligendum aſtruit Phi-
loſophus *Politic.* 4. Verum † id mihi exploratum velim, quem intelligis diuitem eſſe? aut 7
hoc verbũ in quo homine ponis? Adv. nempe (vt opinor) in eo qui plures habet poſſeſ-
ſiones, pecunias, ſeruos, pecudes, aliaq; id genus, hunc ſiquidem merito diuitem appel-
larim, aut cuius omnium ferè eſt fama conſentiens diuitem eſſe. Rel. Aliud profecto
cenſet Marc. Cic. *in paradoxis, c. vlt. Animus*, inquit, *diues, non arca appellari ſolet, quamuis illa*

Digitized by Google

ſit plena, dum te inanem videbo, diuitem non putabo. Eum itaq; Cicero opinatur diuitẽ eſſe, cui
tanta poſſeſſio eſt, vt ad liberaliter viuendum facile contentus ſit, qui nihil optet am-
plius. Animus enim tuus oportet ſe iudicet diuitem, non hominum ſermo, neq; poſſeſ-
8 ſiones tuæ. Etenim † ex eo quantum cuiq; ſatis eſt, metiuntur homines diuitiarum mo-
dum: filiam ſi quis habet pecunia eſt opus: duas? maiore: plures? maiore etiam: ſi (vt aiũt)
Danai quinquaginta ſunt filiæ, tot dotes magnam quærunt pecuniam. Qui igitur non
filias plures, ſed innumerabiles cupiditates habet, quæ breui tempore maximas copias
exhaurire poſſint, hunc quomodo ego appellabo diuitem, quum ipſe egere ſe ſentiat?
pauperem eum eſſe potius quam diuitem cenſeo. Is enim, teſte Seneca *libro de paupertate,*
cui cum paupertate bene conuenit, diues eſt. Nec † qui parum habet, ſed qui plura
9 cupit, pauper eſt. Quid enim refert quantum illi in arca, quantum in horreis lateat,
quantum paſcat aut fœneretur, ſi alieno imminet, ſi non acquiſita, ſed acquiren-
da concupiſcit? Et paulo poſt, is maxime diuitijs affluit, qui minime diuitijs indiget.
Si ad naturam viues, nunquam eris pauper: ſi ad opinionem nunquam diues. Cui
ſententiæ concinit quod Valerius tradidit. *lib. 4. c. de abſtinentia & otio: Locupletem, ait, non
multa poßidere facit, ſed modica deſiderare.* In ſumma (vt Philoſo. docet *primo Rhetoric. c. 5.*) di-
uitem eſſe in vtendo magis, quam in poſſidendo conſiſtit. Vtentis enim operatio eſt,
10 poſſeſſio vero ipſæ diuitiæ ſunt. Ita vt † plurimum fit, vt ipſi diuitiarum poſſeſſores opũ
poſſeſſione perturbati contumeliatores & ſuperbi exiſtant, perindeque afficiuntur,
quaſi omnia bona poſſideant. Ac iccirco cuncta videtur emere poſſe diuitijs, quas pre-
tium aliorum eſſe putant. Quod potiſſimum Ariſt. 2. *Rhetoricorum c. 16.* procedere con-
cedit in his qui nuper ditati ſunt, in quibus magis ineſſe ait mala omnia: proindeque pe-
iora. Nam nuper ditatus veluti non caſtigatas habet pecunias. Hanc denique præce-
dentem cauſam habent diuitiæ (vt teſtimonio eſt Seneca *lib. de paupertate in fin.*) inflant
animos, ſuperbiam & arrogantiam pariunt, inuidiam trahunt, eo vſque mentem alie-
nant, vt fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet. Quæ bona ſunt diuitias faciunt, di-
uitiæ audaciam: quæ bona ſunt, magnitudinem animi dant, diuitiæ inſolentiam. Dioge-
nes cum ei paupertas à quodam vitio daretur: infelix, dixit, quid ais: at ego neminem vi-
di tyrannidem gerere propter paupertatem, omnes vero propter diuitias. Bion dicebat,
diuitijs operam dantes ridiculos eſſe, cum eas porriget fortuna, illiberalitas ſeruet, beni-
gnitas auferat. Diogenes aiebat, neque in ciuitate opulenta, nec in domo, habitandi lo-
cum eſſe virtuti. Idem diuitias fortunæ vomitum appellabat. Homines quibus hærent,
ſapere non ſinunt, ſed rapiunt eos ad externa, & à fortuitis temerarijſque euentibus a-
nimos ſuſpendunt. Hos tu ad magiſtratus eſſe idoneos contendis? nefandum quidem.
Diuites ergo † non ſunt, qui maiores ſacculos habent, ſed qui moribus, ſcientia, ac di-
11 ſciplina abundant. *c. ex multis. 1. quaſt.* 3. Etenim ſi iſti callidi rerum æſtimatores prata &
areas quaſdam magno æſtimant, quod ei generi poſſeſſionum minime quaſi noceri
poteſt: quanti eſt æſtimanda virtus, quæ neque eripi, neque ſurripi poteſt, neque nau-
fragio, neque incendio amittitur, neque tempeſtatum, neque temporum permutatione
mutatur? qua præditi qui ſunt, ſoli ſunt diuites, ſoli enim poſſident res & fructuoſas &
12 ſempiternas. Hæc Cicero probat *in vltimo ex ſuis paradoxis in fine.* Quamobrem † Ari-
ſtoteles

ſtoteles *Politic.lib.2.cap.9.* nõ immetito improbauit Carthaginenſium legem (quam nu-
per in tuæ probationem ſententiæ adduxeras, qua virtutibus pręditi ad magiſtratus non
deligebantur, niſi & ditiſſimi eſſent.) quod pretioſiores ea lex faceret diuitias quam vir-
tutes: ac ciuitatem totam ad ſtudium pecuniarum potius quam virtutum conuerteret.
Nam quidquid apud ciuitatis Principes habetur in pretio neceſſarium eſt & aliorum ci-
uium opinionem ſubſequi: vbi autem non maxime honoratur virtus, ibi non poſſibile
firmum optimorum eſſe in republica ſtatum. Quocirca, inquit oportet eos qui poſſunt
optime gerere magiſtratum aſſumere ad magiſtratum probabiliusque fuiſſet, ſi author
legis opulentiam præſtantium virorum abiecisſet, atque eorũ qui in magiſtratu forent,
quieti proſpexiſſet. Ea † demum ſit huius cõtrouerſiæ definitio & reſolutio, vt medium 1
eligatur inter paupertatem nimiam & opulentiam. Nam ſi locuples quis, ditiſſimusque
fuerit, aliosve diuitijs ſeu alijs fortunæ bonis lõge ſuperauerit, difficile eſt vt rationi obe-
diat, neque vllo modo ſibi imperare patitur, ſed ipſe alijs tanquam dominus imperare
vult, ſuperbusque & contumelioſus efficitur: maxime ſi eſt ex ignobilibus ortus. Quo
fit, vt ciuitas ſeruorum & dominorum efficiatur non autem liberorum, quod plurimum
abeſt ab amicitia & ſocietate, vt Ariſtot. *Polic. 4. cap* 11. author eſt, quem è noſtris refert
Socin. *in l.1 num 60. ff. ſoluto matrim.* Ex contrario autem qui in nimia ſunt indigentia cõ-
ſtituti, deiecto nimium animo vilesque exiſtunt: ex quo fit vt magiſtratum gerere neſ-
ciant, ſed ad parendum ſeruiliter ſint apti: quamoborem vt idem Philoſ. docet *d.c.15.*
Politic.4. bonorum fortunæ mediocris poſſeſſio, eſt optima omnium exiſtimanda, hæc
enim facilis eſt ad obedientiam mandatorum. In quocunque enim hominum cœtu
neque inopiæ neque diuitiæ ſunt, huic iuſtiſſimi mores aderunt vt diuinus ille Plato a-
ſtruit *lib.3 4. de legibus, dialog.3. col.3 ad medium.* Quod & Scipio Aemilianus cenſuit, cum
Seruius Sulpitius Galba, & Aurelius in Senatu contenderent, vter aduerſus Viriatum
mitteretur, quorum alter ditiſſimus alter pauperrimus erat: rogareturque ipſe Scipio,
quæ eſſet eius ſententia? Neutrum, inquit, mitti placet, quia alter nihil habet, alteri nihil
ſatis eſt, autor Valerius eſt Max. *lib.6.c.4.* Reliquum eſt vt cætera aduerſarij obiecta ſuc- 14
cidantur. Iura etenim quæ indigentibus vetant mandari magiſtratus, de his pauperibus
loqui intelliguntur, qui fide bonisque moribus carent, non qui pecunijs, de his vti-
que quibus nihil ſatis eſt. Idoneus nempe non tam patrimonio, quam fide æſtimatur, vt 15
Pomponius ait *in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. in fine. ff. de verb. oblig.* Quocirca pauper cen-
ſu & pecunijs nõ ideo minus idoneus cenſeri debet, ſi vita & moribus diues fuerit. Boni
ſiquidem mores præſtant diuitijs, *l. ſcire. §. vltim. ff. de tut. & curat. datis ab his. l. ſuſpectum, &*
ibi Bart. ff. de ſuſpect. tut. §. vlt. Inſtit. de ſuſpectis tutor. Rurſus, † vt in prouerbijs Salomonis 16
habetur *cap.19. Melior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua, quam diues qui torquet labia ſua*
& inſipiens. Et paulo poſt, *Homo indigens miſericors eſt.* Rurſus ibidem. *Melior eſt pauper iuſtus,*
quam vir mendax. Quæ res ſi in cõtentionem venit Themiſtocles eſt author adhibendus
(vt cum Cicerone loquar *officiorum 2. num 104.*) qui cum conſuleretur vtrum bono viro
pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret? *Ego*, inquit, *malo virum qui pecunia e-*
geat, quam pecuniam quæ viro. Sit itaque omne iudicium, vt idem Cicero ſubdit, non quam
locuples, ſed qualis quiſque ſit. Quapropter qui præficiendi ſunt, ſcientia, moribus &

Digitized by Google

diſciplina eſſe diuites oportet, vt *in cap. Calcedonenſe.1.q.3.* Atqui paupertas homines, teſte
Democrito, & in artibus præſtantiores, & in rebus ad vitam pertinentibus prudentiores
reddit: grauis enim eſt ſapiendi magiſtra paupertas. Rurſus vt apud Stobæum legitur
ſermone 39. Diogenes paupertatem dicebat virtutem eſſe per ſe doctam, quid enim, in-
quit, putas propter abundantiam potius, quam inopiam prohiberi à literarum ſtudio?
An non vides pauperrimos vt plurimum philoſophari? Diuites vero propter pecunias
16 magnis occupationibus detinentur. Sed † neque illud oberit, quod leges paupertatem
vilitatem appellent, quæ nobilitatem amittere facit, illud quippe verum non eſt, vt Bart.
aſſeruit *in l.1.num.47.C.de dign. lib.12.* vbi dicit, quod diuitiæ non poſſunt dare, nec pau-
pertas auferre nobilitatem *l. humilem. C. de inceſt. nupt.* vbi Bald. poſt Petr. de Bellap. adno-
tauit, & Calc. *conſ.8.col.7.verſ. & ex ſupradictis.* optimus eſt ad id text. *in cap. ſignificantibus.*
extra de officio de leg. Felin. *in c. ad aures. col.1. de reſcript.* Tiraquell. *de nobilit. c.25. num.5.* qui ini-
bi *n.1.* aſſeruerat contrarium tenuiſſe Bart. & Plateam *in d.l.1. in fin. C. de dignit.* Bart. Socin.
conſ.240. Eleganter & ſubtiliter, lib.2.n.3. & Benedictum *in repet. cap. Raynutius. in verbo, & vxo-*
rem nomine Adelaſiam num. 966. de teſtam. & alios quos ipſe refert: qui tamen non id ſim-
pliciter aſſeruerunt, ſed ita demum, ſi pauperes artes viles exercuerint, hoc exercitium
17 ignobiles eos nimirum & viles reddit. Cęterum † neque prædictis oberit quod ab Eſaia
c.3. & ab Ariſt. Boethio, & alijs ſcriptum eſt, quos ſupra eodem cap. num.15. retulimus. Ij
namq; & leges non paucæ eodem loco citatæ, egenum & pauperem prohibent eſſe ma-
giſtratum: de his etenim pauperibus intelligere oportet, qui in nimia ſunt indigentia
conſtituti, qui quidem deiecto ſunt nimium animo, proindeque viles exiſtunt: quo fit,
vt magiſtratum gerere neſciant, ſed ad patendum ſeruiliter ſint apti, vt Ariſt. ait, 4. *Poli-*
ticorum. cap.11. linea 53. l.2. tit.9. part.2. neque facile eſt virtute eſſe præditos, niſi opum ſint
adminiculo ſuffulti ſaltem mediocri. Ex Peripateticorum ſententia, ſic Iuuenalis ait:

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat.
Res anguſta domi.

Atque idem ſcribit Horatius ſermonum *lib.2. ſatyra.2.*

Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.

18 Et Eccleſiaſtes 7. *Vtilior eſt ſapientia cum diuitijs, & magis prodeſt videntibus ſolem.* Nam † etſi
vera perfectaque commendatio ab animo eſt, honeſtiſque ab actionibus & virtutibus:
perinde vt laus arboris à fructu maxime eſt & fruge: exornatur tamen arbor ipſa & fru-
ctus eius præcipue à frondibus ac ramis, qui neque ab æſtu, neque ab alijs aëris iniurijs
tutus eſſe poteſt abſque frondium beneficio & ramulorum: nihilo etiam minus felici-
tatis ciuilis ac virtutis ornatus, & tanquam condimentum, à bonis fortunæ atque exter-
nis exiſtit: vſuq; veniet homini felici, id eſt, plurimis ac maximis virtutibus inſtructo &
culto, abſq; bonis externis, quod aquilæ implumi, ac ſine pennis, vt non ornatus ei deſit
plumarum ſolum ad decorem, verumetiam pennæ deſint ad volatũ, id eſt, copia inſtru-
mentumq; ad vſum bonarum laudabiliumque actionum. Nam ſi felicitas virtutum in
actione & vſu eſt poſita, manca erit omnino exuta fortunæ bonis, ſine quibus virtutes
ipſæ, honeſtæq; actiones exerceri nequeant. Cum iuſtitia in primis liberalitaſque, ac be-
neficentia erga alios ſeſe exhibeant, vt ſi felicitas ipſa in animi bonis potiſſimũ, eminen-

terque

Digitized by Google

terque conſtituta ſit,ac ſecundum eam virtutem quæ perfecta eſt: tamẽ vt clareſcat ip-ſa & illuſtretur,ſeq; excolat,& maieſtati ſuæ debitum illum & auguſtum ornatum adimigat externorum,hoc minime præſtabitur ſine acceſſione bonorum,vt Iouianus Pontanus eleganter memoriæ prodidit *lib.1. de fortuna c.24.* Etenim felicitatẽ aſſeruit Boethius de conſolatione, ſtatum eſſe omnium virtutum & bonorum aggregatione perfectum: retulit è noſtris Alber.*in l.1.§.iuriſprudentia.ff.de iuſtitia & iure.* At D.Thom.2.2.q.129 *art.* 8.bona externa fortunæ aſſerit conferre ad hoc, vt virtus expeditius operetur, quamuis virtus ſibi abſq; fortunæ bonis ſufficiens ſit,teſte Seneca *lib.de ira.* Quod vtiq; Pontanus ſequitur eleganterq; exponit loco nuper citato,authore,more ſolito,tacito.Atq; vt Philoſoph.ait 7.*Politic.c.13.* non magis externa bona cauſa ſunt felicitatis, quam ſi quis bene pulſandi cauſam eſſe putet magis quam artem.Medium † igitur eligendum eſt,vt ne nimium opulenti, néue in ſumma paupertate rerumq; omnium conſtituti inopia magiſtratibus præficiantur,vt & nos quoq; ex Ariſt.*num.ab hinc 6.* probauimus.Sed hi quibus victus ſit & vita ſufficiens,ne ludibrio habeantur,vt *in auth.de defenſ.ciu.poſt princip.coll.3.* neue ob nimiam paupertatem venales fiant,vt Philoſ.inquit *Polit.2.c.7.* optimus text. regni noſtri *2.p.tit.18.l.6.* vbi de tenentibus caſtrum loquens ſubijcit hęc verba: *E non deue ſer muy pobre, porque no aya codicia de enriquecer de aquello que le dieren para la tenencia del caſtillo.* & in *l.2.tit.9.p.3.* quique ſcientia,moribus,& prudentia diuites fuerunt,vt his rempublicam ſuſtentare valeant,vt *in præcitato Can. Chalcedonenſe.1.q.3.* Sed quorum rogo adeo eſt probata vita, & noti mores, quam Renuntiatorum? Quamobrem cum ſcientia, moribus, nimiaque cauſarum experientia abundent, cumque eis victus ſit & vita ſufficiens, eſto quod nihil ſuperſit, diuites cenſendi ſunt, proindeque ad altiores magiſtratus idonei. 19

CAPVT IX.

MAGISTRATVS, OFFICIA, ET HONORES AN SINT ambiendi? & plurima congerit contra ambitioſos.

SVMMARIA.

1 *Ambienda non eſt poteſtas.*
2 *Mutatio omnis vitæ humanæ periculoſa eſt.*
3 *Regnum eſt nolle regnare cum poſſis.*
4 *Magiſtratus benemeritis vltro ſunt offerendi, & compellendi.*
5 *Ambitio quid.*
6 *Ambitioſus hic belle depingitur.*
7 *Superbus & ambitioſus locuſtæ comparatur.*
8 *Ambitioſus perquam timidus.*
9 *Adulatio eſt eſca perditionis.*
10 *Vitia omnia in aperto leuiora ſunt.*
11 *Ambitio miſerrima res,& Reip.pernicioſiſſima,& inſatiabilis.*
12 *Ambitionem plurima concomitantur mala.*

ADVOCATVS.

SEcundo ponitur,Relatores expetunt magiſtratus,ad quos ſane non modo efferri cupiunt,verũ & eos importune efflagitãt.Rel. Fateor ingenue,primã poſitionis partem verã eſſe:nego aũt ſecundam.At vtranq; minime obſtare,quãuis ſic ſe haberet tua propoſitio,probaturũ me offero.Adv. Nunc videamus,apologationibuſne tuis veritatem confun-

1 confundere meam conabere? Poteſtas † ambienda non eſt, nam Eccleſiaſticus inquit, *c.7. Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris:* & paulo poſt, *Noli*, inquit, *quærere fieri iudex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.* Ad hæc Chryſoſtomus *ſuper Matt. Quicunque*, ait, *primatum deſiderat in terra, confuſionem inueniet in cœlo, neq; inter ſeruos Chriſti computabitur, qui de primatu tractauerit.* Quocirca, vt Gregor. ait *in Regiſtro*, locus regiminis ſicut deſiderantibus negandus eſt, ita fugientibus offerendus, *cap. in ſcripturis. 8. quæſt. 1. c. ante omnia. 40. diſtin. l. ſi quenquam C. de Epiſc. & cler.* quod nobis Chriſtus inſinuat *Ioan. 6.* quippe qui ſe abſcondiderit, cum regem eum facere volebant, ob idque Paulus *ad Hebr. 5. Nemo ſibi*, inquit, *aſſumat honorem, niſi qui vocatus fuerit tanquam Aaron.* Et vt externorum nobis exempla nō deſint, Plut. *in vita Numæ Pompilij col. 4.* refert, eundem Pompilium anno ætatis ſuæ quadrageſimo in Regem communi populi Romani conſenſu ſelectum, legatis ſibi miſſis vt
2 regnum aſſumeret, ita reſpondiſſe: Omnis † vitæ humanæ mutatio periculoſa eſt, quippe cui neq; rerum neceſſariarum quicquā deeſt, neq; præſentium aliquid querimonia dignum ſit: hunc aliud nihil quam amentia à conſuetis ſtudijs & immutat, & transfert, quibus etſi nihil aliud inſit, eo tamē, quod certa quæ ſunt, incertis præſtant. Inſtantibus autem adhuc legatis atque omni ſtudio rogantibus, ne rurſum eos in ſeditionem ac ciuile bellum miſceret, cum alter nemo eſſet in quem ambæ Romanæ factiones conſentirent, neve iacere tantam in ſe iuſtitiam, otioſamque eſſe pateretur, tandem regnum laceſſitus ſuſcepiſſe, ſecundumq; Romanorum poſt Romulum Regem fuiſſe ſuſceptum: de cuius Regis laude poſſet quidem dici quod Cicero *in Bruto numer. 154.* ſcripſit in hæc verba: *Cum honor ſit, præmium virtutis, iudicio, ſtudioq; ciuium delatum ad aliquem qui cum ſententiis, qui ſuffragijs adeptus eſt, is mihi & honeſtus & honoratus videtur: qui autem occaſione aliqua etiam inuitis ſuis ciuibus nactus eſt imperium, vt ille cupiebat, hunc nomen honoris adeptum, non hono-*
3 *rem puto.* Vtique, vt Seneca † inquit *l. 3. de beneficijs, c. 37. Hoc eſt regnum, nolle regnare cum poſſis.* Philoſophus tandem *Politicorum lib. 2. c. 7. col. 3. Ipſum*, inquit, *petere magiſtratum, qui eli-*
4 *gendus ſit, non recte ſe habet.* Oportet † enim & volentem, & nolentem ad magiſtratum aſſumere, ſi eo dignus ſit: id quod & Arcadius Iureconſultus ſignificare voluit *in l. munerum. §. iudicandi quoq; neceſſitas. ff. de mun. & honor.* teſte Budæo ibidem contra iuris interpretes aliter intelligentes. Nam reuera legiſlator ait, hominem politicum ac ciuili more viuentem, vt cætera munera ciuilia, ita iudicandi quoque munus agnoſcere, obireque debere, ad idque cogi poſſe. Nemo itaque (vt idem Phil. ſubdit, *d. c. 7.*) magiſtratum petet, niſi honoris ſit affectator, atque pleraque eorum, quæ homines iniuſtè faciunt, per ambitionem & auaritiam committantur. Ecce quemadmodum ambire, petere, aut expetere magiſtratus, omni iure & ratione prohibetur. Quinimo eis concedendi ſunt, qui ſint imperij minime cupidi, alioquin ſimultas inter æmulos orietur, author eſt Plato *lib. 3. dialog. 7. de repub. vel de iuſto, col. 5. poſt medium.* REL. Immane profecto pelagus excitaſti in quo quidem malim ab alio duci, quæ mea tenuis facultas eſt, quam dux, nauiſque magiſter eſſe. Cæterum diuino fretus præſidio ſubmergi, ventorumque vi & tempeſtate iactari non verebor, pro viribuſque meis, quæ ſenſerim explicans omnem timorem excutiam. Examinandum itaque à nobis eſt, vt poſitioni obiectiſque tuis reſpondeamus:

Digitized by Google

mus: primum quid ſit ambitio, deinde nunquid liceat petere, aut ſaltim expetere magi-
ſtratus, aliaque munera inferiora. Ambitio † in primis eſt immoderatus appetitus ho- 5
noris, vt author eſt beatus Thom. *2.2.q. 131. artic.* 1. Inordinatus appetitus eſt, ad hono-
tes mundi ſine ſuffragio temporis, & ſine merito laboris velle promoueri, vt deduci
poteſt ex *c. miramur, in fi. 61. diſt.* ita illum text. appendit Luc. de Penna *in l. contra publi-
cam, pen. col. in verbo ambitione.* C. *de re milit. lib.* 12. Inibique ita ambitionem deſcribit: *Eſt,*
inquit, *ambitio ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris
parens, vitiorum origo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, ex medici-
na languores generans:* Hæc ille. Idem † ipſe Luc. de Penna *in l. omnes omnino. in fin.* C. *de de- 6
cur. libr.* 10. refert, Innocen. *lib. de miſeria humanæ conditionis*, belle depinxiſſe ambitioſos.
Honores, inquit, *ambitioſus affectat, eſtque ſemper pauidus, ſemper attentus, ne quid dicat vel faciat,
quod hominibus valeat diſplicere, eorumve oculos offendere: humilitatem ſimulat, affabilitatem ex-
hibet, honeſtatem mentitur, benignitatem oſtendit, ſubſequitur, cunctos honorat, & obſequitur, vni-
uerſis inclinat, frequentat curias, viſitat optimates, aſſurgit, amplexatur, applaudit, & adulatur: be-
ne nouit illud Poeticum;*

Etſi puluis erit nullus tamen excute nullum:

*Promptus eſt & feruidus, vbi placere cognouerit: contra, remiſſus & tepidus vbi diſplicere putauerit:
improbat mala, deteſtatur iniqua: ſed alia cum alijs & probat & improbat, vt iudicetur idoneus, vt
reputetur acceptus, vt laudetur ab omnibus, vt à ſingulis approbetur: qui tandem liberè agit de princi-
patu quem ambit, ſimulate inquiens: O quando principabitur qui ſeruus fuerit in iuſtitia: pius in mi-
ſericordia: qui non deuiet amore vel odio, qui non corrumpatur prece vel pretio, qui acquieſcat ſim-
plicibus, qui ſit benignus, & humilis, largus, & manſuetus, conſtans, & patiens, ſapiens, & aſtutus.*
Hactenus Innocentius. Hi ſunt, teſte Salluſtio in Catilinario, qui ad magiſtratus obre-
punt, falſaque ſpecie, vel probitatis vel doctrinæ ad honores, & vt vulgo loquimur, per
hypocriſin aſſumuntur. Ex quo nimirum Cicero *in Piſonem in initio orationis*, in ipſum L.
Piſonem inuehens, *Obrepſiſti,* inquit, *ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum
imaginum, quarum ſimile habes nihil præter colorem.* id eſt, fefelliſti populum Romanum
commendatione familiæ, cognomento frugi; ita exponit hæc Ciceronis verba Budæus
in vltimis in Pandectas annotationibus, titulo de curſu publico. l. ſi quis obrepſerit. pagin. 44. & vt
Philoſ. ait *Ethicorum 2. cap. 7. & rurſus lib.* 4. is qui in honorum exuperat appetitione am-
bitioſus vocatur, quique magis quam oporteat honores affectat. Quo fit vt magis in-
uideat, quam qui ambitioſus non fuerit, vt idem Philoſ. probat *lib. 2. Rhetoric. ad Theode-
ctem. c.* 10. Natura autem ambitioſi naſcuntur qui magis amari, & in admiratione omni-
bus eſſe cupiunt, vt apud eundem Ariſtot. *libr. 7. Ethicorum ad Eudemum*, legitur, *col.* 10.
Quo † fit, vt ambitio ex ſuperbia oriatur, quam locuſta figurat, pedibus, quippe cum 7
ambulare neſciat, alaſque non habeat, volare nititur, propterea; inanes ſaltus facit, vt
vel ſic volare ab aliis deceptis credatur. Tanta eſt locuſtarum impudens ambitio. Tales
nimirum ſunt ſuperbi, qui cum virtutes non habeant quæ illos in altum ſubleuent, ni-
tuntur tamen ambulare in magnis & in mirabilibus ſuper ſe, vt ſcribitur *Pſal.* 130. Am-
biuntque primas cathedras, & cupiunt ab omnibus vocari Rabbi, *Matt.* 23. Atq; in hunc
ſenſum verba ſcripturæ *Ioelis* 2. interpretatur Alfonſus à Caſtro *ſuper Pſal. 50. homil. 1 fol.* 1.

Reddam, inquit Dominus, *vobis annos quos comedit locuſta, bruchus, rubigo, & eruca.* Quib⁹ animalibus quatuor ait ſignificari vitia, quæ totum mundum deuaſtant, nempe Superbia,
8 Gula, Auaritia, & Luxuria: vt ibi per eum. Ambitioſus † perquam timidus eſt, cumque dies ſubeſt comitiorum, honoriſq; ampliſſimi contentio, omnia non modo quæ reprehendi palam, ſed quæ obſcure cogitari poſſunt, timet: rumorem, fabulam fictam falſam perhorreſcit, ora omnium intuetur, inquit Cicero in oratione pro Milone *n.*32. Quapropter ſi manifeſte non audet, clanculo ſerpit, & fraudulenter ingreditur, & per adulatio-
9 nem. Quæ † quodammodo eſt eſca perditionis, vt *in can. ſunt nonnulli. 46. diſt.* Vtique ab adulatoribus tanquam à peſte fugiendum eſt. Plus quippe nocet lingua adulatorum, quam manus interfectorum: vt D. dixit Auguſt. *ſuper Pſalm.* 69. Homo inſuper qui blandis, fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus eius, *Prouerb.* 29. Porro,
10 vt Seneca ait *ad Lucilium lib. 3. epiſt.* 7. Omnia † vitia in aperto leuiora ſunt, morbi quoque tunc ad ſanitatem inclinant, cum ex abdito erumpunt, ac vim ſuam proferunt. Quocirca & auaritiam, & ambitionem, & cætera humanæ mentis mala, tunc ait eſſe pernicio-
11 ſiſſima, cum ſimulata ſanitate ſubſidunt: vtque † tandem plurima vnico verbo comprehendam, ambitione nihil Reipublicæ pernicioſius: quippe quæ ſeditiones pariat, vt diuinus ille Plato admonuit *lib.* 31. *de Republica, vel de iuſto, dialogo* 7. *col.* 5. & Cicero *in oratione contra Rullum, n.* 89. Poſtremo res quidem miſerrima eſt, teſte eodem autore *offic. libr.* 1. *n.* 123. Quandoquidem, vt Seneca ait, *libr. de beneficiis.* 2. *c.* 27. *Non patitur quenquam in ea menſura bonorum conquieſcere, qua quondam eius fuit impudens votum: nemo ambitioſus agit de tribunatu gratias, ſed queritur, quod non eſt ad præturam vſque perductus: nec hæc grata eſt, ſi deeſt Conſulatus: nec hoc quidem ei ſat eſt, ſi alius eſt vltra ſe. Cupiditas ſe porrigit, & felicitatem ſuam non intelligit,*
12 *quia non vnde venerit reſpicit, ſed quo tendat.* Quid † non mali adfert ambitio? audi Budæum *in primis in Pandectas annotationibus, tit. pro ſocio, lege 3. pag.* 172. *Cum multi*, inquit, *ſint gradus honorum, natura autem comparatum ſit, vt ambitioſiſſimus quiſque geneſin ſe ſummam habere perſuaſum habeat: quidam aucupanda omnium gratia, colligenda comitatis fama, auram quandam popularitatis excitaturos ſe ſperant, qua vel ad ſummum honorum apicem, aut tractim, aut perſultim, per varias rerũ inclinationes attolluntur: ita nulla prope cura vectorum rectores clauum ſibi, non multitudini moderantur, nec tam officii quã commodi rationem habendam eſſe putant. Qui mores eo vſque inoleuerunt, infelicitate præteritorũ temporum, vt huiuſmodi popularitatis aucupatio, prudentia ſumma vocitetur. Sed ſit hæc prudentia, quando ita magnis viris viſum eſt: modo hoc conſtet apud omnes, vtiliore iſta quã honeſtiore prudentia neruos omneis imperiorũ ſucciſos eſſe, feruorẽ omnem charitatis publicæ priuatæque extinctum, omnes ſpiritus magnitudinis animi fractos, omnia publica iura prodita, Magiſtratuum denique maieſtatem imminutam ac proſtitutam eſſe.* Et paulo poſt: *Hi ſunt denique*, inquit, *qui ad prima ſubſellia non euadere, ſed repere, atque arduum quodque inceptum, non corona, ſed operibus expugnare, ſed cuniculis artique Sinonia ſolent, vulpina pelle ſerũ mentes, id quod Herculibus leonino tergore amictis, etiam deſperandũ eſſet. Atque hos pſeudocatones vtilitatem velis remiſque (quod aiunt) conſectantes proſequitur ſurgens à puppi ventus eunteis. Vſque adeo præſentiſſima numina coluiſſe eos conſtat. Contra autem qui antiquiſſimam curã honeſtatis habẽt, hos omni vento fauoris deſtitutos, ad ſcopulos etiam offenſionum impingere, in vadiſque inopiæ, & interdum egeſtatis adhæreſcere videmus. Hoc vero quid eſt aliud tandem, quam fortunæ triumphantis, virtutis triumphatæ atque traductæ*

ſpecta-

ſpectaculum edere bonis omnibus lamentabile? Hactenus Budeus. Denique quiſquis ambitioſum & auarum ingenium habet, vt eſt Euripidis ſententia, nihil ille iuſtum ſapit, nec cupit: difficiliſque eſt amicis & toti ciuitati. Sed hæc de ambitione in genere ſufficiant.

CAPVT X.

POSSINTNE LICITE PETI MAGISTRATVS, Caeteraque publica munera, quæue officia vendi poſſint, inſinuat.

SVMMARIA.

1 *Magiſtratus peti, nec ne poſſint?*
2 *Magiſtratus à principe peti poſſunt impune.*
3 *Magiſtratuum creatio ad principem ſpectat.*
4 *Magiſtratus à principe cui libuerit concedi poteſt pretio intercedente.*
5 *Officia an peti poſſint ab inferiore à Principe.*
6 *Ambitus quid.*
7 *Officia iuriſdictionem habentia vendi non poſſunt.*
8 *Officium titulo lucratiuo quis conſequi dicitur, licet pecunia id conſecutus fuerit.*
9 *Officia bene meritis an vendi poſſint.*
10 *Iuriſdictio quare vendi prohibetur.*
11 *Pretio acquiri non poſſunt tutela, feudum, nobilitas, ſeu hidalguia.*
12 *Magiſtratus pretio nullo interueniente, quando peti poſſit.*
13 *Officia iuriſdictione carentia an vendi petiue poſſint.*

SEcundo loco pollicitus fui, eam me quæſtionem examinaturum, vtrum Magiſtra-
tus peti, expetiue poſſint, aut alia quęcunque munera, quo facilius ad tuam queam
reſpondere poſitionem, quare promiſſa adimplens, Primum † an peti poſſint ex qui- 1
rendum eſt. Quo in genere plures inſunt ſpecies: aut enim Magiſtratus petitur, aliudue
munus, aut quod vulgo dicitur officium iuriſdictionem habens, aut quod iuriſdictione
careat aut petitur à Principe aut ab alio inferiore, aut petitur prece vel pretio, & harum
ſpecierum ſingulæ nuncupatim à nobis exponendæ ſunt. Et † primum à Principe Ma- 2
giſtratus impune peti poſſe precibus oblatis, indubitati iuris eſt. *l.1.ff.ad legē Iul. de ambitu.*
Quia in Principe ceſſat eadem lex Iulia. Nam † ad eius curam Magiſtratuum creatio per- 3
tinet, non ad populi fauorem, vt ibidem dicitur; & *in auth. de defenſ. ciuit. §. nos igitur. collat.*
3. & in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. §. illud videlicet collat. 2. notat Bart. & cæteri *in l.1.ff. de*
damn. infect. Innocen. & alij *in cap. cum acceſſiſſent. extra de conſtit.* quod proſequitur late Pe-
trus Nunius *de exequendis mandatis c.1.* *Couarr. lib. practicarum quæſt. c.1.* Iureque noſtro Re-
gio hoc potiſſimum probatur ex *l.2. tit.4. p.3. & l.2. tit.1. & l.22. tit.9. p.2. & l.1. tit.15. lib.2.*
& l.1. tit.15. lib.2. ordin. & l.1. tit.1. eod. lib. Pretio † item peti poteſt à Principe Magiſtratus, 4
iuxta eius abſolutam poteſtatem, quippe cum iure diuino hoc prohibitum non ſit, ſed
tātum ciuili, cui princeps ſupremus non ſubeſt. *l. Princeps. ff. de legib.* author huius eſt Bald.
Barbarius, num. 6. verſic. veniamus. ff. de officio Prætor. cui ſententiæ acquieuit Guil. Benedict.
in repetit. cap. Raynutius in verb. Duas habens filias num. 52. de teſtam. & Chaſſaneus *in Cata-*
logo gloriæ mundi. 1. parte. 60. conſider. Quamquam id congruum minime videatur, vt
l. digna vox. C. de legibus, authore Salicet. *in l.1. numero 3. C. ad leg. Iul. de ambit.* ne quodam-

 modo

15 Pauper quando diuiti præferatur.
16 Paupertas nobilitatem an & quando faciat amittere.
17 Paupertas nimia deiectum & vilem animum reddit.
18 Virtus illuſtratur fortunæ bonis externis.
19 Medium eligendum eſt inter pauperem, diuitemque.

CÆTERVM vt euidentius appareat iniuſte à præfecto fuiſſe pronuntiatum, poſitionibus ſequentibus vt reſpondeas poſtulo: vt quibus lis dirimi, cauſaque rectius definiri valeat.

Primum ponitur, Relatores omnes pauperrimos eſſe, tum ante ingreſſum officij, quippe qui aliquid habent patrimonij, onerofiſſimum referendi munus fugiunt, etiam quum totum vitæ ſuæ curſum in eo expenderunt: Aduocatos vero vt plurimum ditiſſimos eſſe. REL. Ingenue fateor veriſſimam in omnibus eſſe poſitionem. ADV. Si paupe-
1 res, quo ergo colore aut iuſtitiæ vmbra ad magiſtratus aſcendere vultis? Pauper † etenim ab officij publici adminiſtratione arcetur. *l. ad ſubeunda. C. de decurion. lib.* 10. Nam in huiuſmodi officijs pauperes, ſicut & in militia debiles, magis officiunt, quam proſint. *c. quod ſuper his, extra de voto*, minuſque vtile & honeſtum eſt talibus mandari magiſtratus: maxime quum non deſint qui conuenienter rei, & ſuæ fortunæ, ſplendorique publico poſſint creari, vt Vlpianus ait *in l. reſcripto. in princip. ff. de muneribus & hon.* quibus concinit illud Ariſtotelis, 2. *Politic. Impoſsibile*, inquit, *eſt egentem bene principari*: & rurſus *in* 3. *Corruptio ciuitatis*, ait, *eſt dominium pauperum.* Vnde *Eſaiæ* 3. ſcribitur, mendicus ſum & pauper, nec in domo mea eſt panis, aut veſtimentum, nolite me conſtituere principem populi. Propter inopiam enim multi deliquerunt, & qui quærit locupletari, auertit oculum ſuum. *Eccleſiaſtici* 27. Hinc Luc. de Penna egregius Doctor *in l. vltim. C. de his qui num. liber. ſe excuſ. lib.* 10. *columna vltima*, non immerito cenſebat, pauperem, quamuis doctiſſimum, minime ad magiſtratus honorem eſſe admittendum, refertque Boethium de ſcholaſtic. diſciplina dicentem: *O quam abſurdum eſt magiſtratuum egeſtas?* quippe quæ ſit diſciplinæ nouerca, vt ibidem dicitur. Atque ideo nimirum pauper facile peccare præſumitur, *l. vltim. C. de ſpecta. libro* 11. maxime is cui non eſt victus & vita ſufficiens, vt *in authen.*
2 *de defenſor. ciuitat. poſt principium.* Plura † alia paupertatis incommoda commodaque enarrauit Luc. de Pen. *in dict. l. vltim. C. de his qui numer. lib. ſe excuſ. lib.* 10. *colum. vltim.* Specul. *titul. de teſte.* §. 1. Alberic. *in l. ſi quis ad declinandam, num.* 8. *& ſequent. C. de Epiſc. & cleric.* Tiraquel. *in relectione, l. ſi vnquam, in verbo bona, numer.* 1. *&* 2. *C. de reuoc. donat.* Antonius Meliſſ. *lib.* 1. *ſerm.* 31. *& duobus ſequentibus*, Stobæus *ſerm.* 93. *&* 94. Sed † quid in his mora-
3 mur, cum Imperator *in l.* 2. *C. quando & quibus quarta pars deb. lib.* 10. paupertatis appellauerit vilitatem: quaſi paupertas vilis ſit & ignobilis: *Quid enim*, inquit, *tam durum, tamque inhumanum eſt, quam publicatione, pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ patere diuitias?* Si igitur paupertas ignobilitatem & vilitatem præ ſe fert, haud du-
4 bie magiſtratus nõ eſt capax. Vilis † enim & infamis à iudicis munere ſicut & cæteris dignitatib. repellitur, vt *in l. cum prætor. §. non aũt. ff. de iud. l. decur. C. de decur. li.* 10. *l. ſi cohortalis. C. de cohort. li.* 12. vbi Platea addit cõcordantes, *l. vlt. tit.* 5. *l.* 7. *tit.* 6. *p.* 7. Rurſus inopia prõpta eſt in ppetrãdis malis, impijſq; admiſta morib. funditus pdit ac ſubuertit vitã. Pauper ad omnia

omnia formidoloſus eſt,& ſe putat ab omnibus ſperni:quamuis enim natura ſtudioſus
& bonus fueris, ſed pauper, ludibrio habeberis. Hinc Iuriſperiti præſumunt, nimium
pauperes facile corrumpi poſſe, quare ab accuſatione arceantur, vt *in l.nonnulli.ff. de accuſ.*
Specul. *in titulo de accuſatore*, §.1.*col*.8. *verſ. item excipitur. l.*2. *titul*. 1.*part*. 7. Quamobrem
iudices † cùm probatos, tum etiam conſtitui locupletes, omnia iura præcipiunt, vt *au-* 5
thent.de iudicibus.§.*his qui cauſas,coll*.6. quippe cum de honoribus, ſiue muneribus geren-
dis quæritur, in primis conſideranda eſt perſona eius cui defertur honor, ſiue muneris
adminiſtratio : item origo natalium, facultates quoque an ſufficere iniuncto muneri
poſſunt, inquit Calliſtratus, *in l. honor.* §. *de honoribus. ff. de muner. & honor.* Ita † fit, vt ad 6
honores & magiſtratus conſequendos diuites præponantur pauperibus, vt *in l. reſcripto.*
in principio. ff. de muner. & honor. & l.ad ſubeunda. & ibi Luc.de Penna. *C. de decurion. libr*. 10.
& voluit etiam Andr. de Iſernia *in cap*.1. *in verbo primatibus, de pace iuram. firman.* Plat. *in l.
ne quis. C.de dignit. lib*. 12. Matth.de Afflict. *in conſtitut. regni Siciliæ incipiente Cultus iuſtitiæ.
col*. 2. *in* 2. *notab*. Tiraquell. *de nobilit. cap*. 3. *numer*. 18. Quibus reſpondet quod Solon in
ſuis tradidit legibus, magiſtratus nimirum omnes conſtitui oportere ex nobilibus & lo-
cupletibus, vt memoriæ prodidit Ariſtot. 3. *Politic. cap*. 10. quemadmodum & apud In-
dos reſpublicas optimi ditiſſimique temperare, iudicia reddere, regibusque aſſidere
ſoleant, authore Plinio *lib*. 6. *cap*. 19. & Solino *collectaneorum cap*. 60. quod & Carthagi-
nenſium legibus eſſe conſtitutum atteſtatur Ariſt. *lib*. 2. *Politicorum, cap*. 9. Solon etiam,
qui leges tulit Athenienſibus, magiſtratus omnes conſtitui decreuit ex nobilibus & lo-
cupletibus ex cenſu quingentorum modiorum, & iugorum, vt Phil. refert 2. *Polit.c.vlt.*
Hinc Ouidius *lib*. 3 *elegiarum*, id probat his carminibus.

Curia pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores,
Inde grauis iudex, inde ſeuerus eques.

Et libro primo Faſtorum:

In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet.

Quibus etiam non parum conferunt quæ longe à Tiraquel. congeſta ſunt, *d.c.*3.*n*.19.
& ſeq. quod ſcribitur Prouerb. 19. *cap*. nempe diuitias addere amicos plurimos, *& c*. 22.
diuitem imperare pauperibus, & *in c*.10. Subſtantia, inquit Sapiens, diuitis, vrbs fortitu-
dinis eius, pauor pauperum egeſtas eorum. Ex quibus facile deduces quæ à te in com-
probationem tuæ aſſertionis elaborata ſunt, non obſtare, quo minus ſententiam inique
ab præfecto latam reuocari oporteat. REL. Ingenuè equidem fateor, reipublicæ expe-
dire, homines habere locupletes, vt in §. *pen. Inſt. de his qui ſunt ſui vel al. iur.* vt eis reſpubli-
ca regatur melius, q̃ pauperibus: cæteris tamẽ paribus id eſſe intelligendum aſtruit Phi-
loſophus *Politic*. 4. Verum † id mihi exploratum velim, quem intelligis diuitem eſſe? aut 7
hoc verbũ in quo homine ponis? ADV. nempe (vt opinor) in eo qui plures habet poſſeſ-
ſiones, pecunias, ſeruos, pecudes, aliaq; id genus, hunc ſiquidem merito diuitem appel-
larim, aut cuius omnium ferè eſt fama conſentiens diuitem eſſe. REL. Aliud profecto
cenſet Marc.Cic. *in paradoxis, c.vlt. Animus*, inquit, *diues, non arca appellari ſolet, quamuis illa*

Digitized by Google

ſit plena, dum te inanem videbo, diuitem non putabo. Eum itaq; Cicero opinatur diuitẽ eſſe, cui tanta poſſeſſio eſt, vt ad liberaliter viuendum facile contentus ſit, qui nihil optet amplius. Animus enim tuus oportet ſe iudicet diuitem, non hominum ſermo, neq; poſſeſ-
8 ſiones tuæ. Etenim † ex eo quantum cuiq; ſatis eſt, metiuntur homines diuitiarum modum: filiam ſi quis habet pecunia eſt opus: duas? maiore: plures? maiore etiam: ſi (vt aiũt) Danai quinquaginta ſunt filiæ, tot dotes magnam quærunt pecuniam. Qui igitur non filias plures, ſed innumerabiles cupiditates habet, quæ breui tempore maximas copias exhaurire poſſint, hunc quomodo ego appellabo diuitem, quum ipſe egere ſe ſentiat? pauperem eum eſſe potius quam diuitem cenſeo. Is enim, teſte Seneca *libro de paupertate,* cui cum paupertate bene conuenit, diues eſt. Nec † qui parum habet, ſed qui plura
9 cupit, pauper eſt. Quid enim refert quantum illi in arca, quantum in horreis lateat, quantum paſcat aut fœneretur, ſi alieno imminet, ſi non acquiſita, ſed acquirenda concupiſcit? Et paulo poſt, is maxime diuitijs affluit, qui minime diuitijs indiget. Si ad naturam viues, nunquam eris pauper: ſi ad opinionem nunquam diues. Cui ſententiæ concinit quod Valerius tradidit. *lib. 4. c. de abſtinentia & otio: Locupletem, ait, non multa poſſidere facit, ſed modica deſiderare.* In ſumma (vt Philoſo. docet *primo Rhetoric. c. 5.*) diuitem eſſe in vtendo magis, quam in poſſidendo conſiſtit. Vtentis enim operatio eſt,
10 poſſeſſio vero ipſæ diuitiæ ſunt. Ita vt † plurimum fit, vt ipſi diuitiarum poſſeſſores opũ poſſeſſione perturbati contumeliatores & ſuperbi exiſtant, perindeque afficiuntur, quaſi omnia bona poſſideant. Ac iccirco cuncta videtur emere poſſe diuitijs, quas pretium aliorum eſſe putant. Quod potiſſimum Ariſt. 2. *Rhetoricorum c. 16.* procedere concedit in his qui nuper ditati ſunt, in quibus magis ineſſe ait mala omnia: proindeque peiora. Nam nuper ditatus veluti non caſtigatas habet pecunias. Hanc denique præcedentem cauſam habent diuitiæ (vt teſtimonio eſt Seneca *lib. de paupertate in fin.*) inflant animos, ſuperbiam & arrogantiam pariunt, inuidiam trahunt, eo vſque mentem alienant, vt fama pecuniæ nos etiam nocitura delectet. Quæ bona ſunt diuitias faciunt, diuitiæ audaciam: quæ bona ſunt, magnitudinem animi dant, diuitiæ inſolentiam. Diogenes cum ei paupertas à quodam vitio daretur: infelix, dixit, quid ais: at ego neminem vidi tyrannidem gerere propter paupertatem, omnes vero propter diuitias. Bion dicebat, diuitijs operam dantes ridiculos eſſe, cum eas porriget fortuna, illiberalitas ſeruet, benignitas auferat. Diogenes aiebat, neque in ciuitate opulenta, nec in domo, habitandi locum eſſe virtuti. Idem diuitias fortunæ vomitum appellabat. Homines quibus hærent, ſapere non ſinunt, ſed rapiunt eos ad externa, & à fortuitis temerarijſque euentibus animos ſuſpendunt. Hos tu ad magiſtratus eſſe idoneos contendis? nefandum quidem. Diuites ergo † non ſunt, qui maiores ſacculos habent, ſed qui moribus, ſcientia, ac di-
11 ſciplina abundant. *c. ex multis. 1. quaeſt. 3.* Etenim ſi iſti callidi rerum æſtimatores prata & areas quaſdam magno æſtimant, quod ei generi poſſeſſionum minime quaſi noceri poteſt: quanti eſt æſtimanda virtus, quæ neque eripi, neque ſurripi poteſt, neque naufragio, neque incendio amittitur, neque tempeſtatum, neque temporum permutatione mutatur? qua præditi qui ſunt, ſoli ſunt diuites, ſoli enim poſſident res & fructuoſas &
12 ſempiternas. Hæc Cicero probat *in vltimo ex ſuis paradoxis in fine.* Quamobrem † Ariſtoteles

ſtoteles *Politic.lib.2.cap.9*. nō immerito improbauit Carthaginenſium legem (quam nu-
per in tuæ probationem ſententiæ adduxeras, qua virtutibus prędit ad magiſtratus non
deligebantur, niſi & ditiſſimi eſſent.) quod pretioſiores ea lex faceret diuitias quam vir-
tutes: ac ciuitatem totam ad ſtudium pecuniarum potius quam virtutum conuerteret.
Nam quidquid apud ciuitatis Principes habetur in pretio neceſſarium eſt & aliorum ci-
uium opinionem ſubſequi: vbi autem non maxime honoratur virtus, ibi non poſſibile
firmum optimorum eſſe in republica ſtatum. Quocirca, inquit oporter eos qui poſſunt
optime gerere magiſtratum aſſumere ad magiſtratum probabiliusque fuiſſet, ſi author
legis opulentiam præſtantium virorum abieciſſet, atque eorū qui in magiſtratu forent,
quieti proſpexiſſet. Ea † demum ſit huius cōtrouerſiæ definitio & reſolutio, vt medium 1
eligatur inter paupertatem nimiam & opulentiam. Nam ſi locuples quis, ditiſſimusque
fuerit, aliosve diuitijs ſeu alijs fortunæ bonis lōge ſuperauerit, difficile eſt vt rationi obe-
diat, neque vllo modo ſibi imperare patitur, ſed ipſe alijs tanquam dominus imperare
vult, ſuperbusque & contumelioſus efficitur: maxime ſi eſt ex ignobilibus ortus. Quo
fit, vt ciuitas ſeruorum & dominorum efficiatur non autem liberorum, quod plurimum
abeſt ab amicitia & ſocietate, vt Ariſtot. *Polic. 4. cap* 11. author eſt, quem è noſtris refert
Socin. *in l.1. num 60. ff. ſoluto m. atrim*. Ex contrario autem qui in nimia ſunt indigentia cō-
ſtituti, deiecto nimium animo vilesque exiſtunt: ex quo fit vt magiſtratum gerere neſ-
ciant, ſed ad parendum ſeruiliter ſint apti: quamoborem vt idem Philoſ. docet *d.c.15.*
Politic.4. bonorum fortunæ mediocris poſſeſſio, eſt optima omnium exiſtimanda, hæc
enim facilis eſt ad obedientiam mandatorum. In quocunque enim hominum cœtu
neque inopiæ neque diuitiæ ſunt, huic iuſtiſſimi mores aderunt vt diuinus ille Plato a-
ſtruit *lib.3 4. de legibus, dialog.3 .col.3 .ad medium*. Quod & Scipio Aemilianus cenſuit, cum
Seruius Sulpitius Galba, & Aurelius in Senatu contenderent, vter aduerſus Viriatum
mitteretur, quorum alter ditiſſimus alter pauperrimus erat: rogareturque ipſe Scipio,
quæ eſſet eius ſententia? Neutrum, inquit, mitti placet, quia alter nihil habet, alteri nihil
ſatis eſt, autor Valerius eſt Max. *lib.6.c.4*. Reliquum eſt vt cætera aduerſarij obiecta ſuc- 14
cidantur. Iura etenim quæ indigentibus vetant mandari magiſtratus, de his pauperibus
loqui intelliguntur, qui fide bonisque moribus carent, non qui pecunijs, de his vti-
que quibus nihil ſatis eſt. Idoneus nempe non tam patrimonio, quam fide æſtimatur, vt 15
Pomponius ait *in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. in fine. ff. de verb. oblig.* Quocirca pauper cen-
ſu & pecunijs nō ideo minus idoneus cenſeri debet, ſi vita & moribus diues fuerit. Boni
ſiquidem mores præſtant diuitijs, *l. ſcire. §. vltim. ff. de tut. & curat. datis ab his. l. ſuſpectum, &*
ibi Bart. ff. de ſuſpect. tut. §. vlt. Inſtit. de ſuſpectis tutor. Rurſus, † vt in prouerbijs Salomonis 16
habetur *cap.19. Melior eſt pauper qui ambulat in ſimplicitate ſua, quam diues qui torquet labia ſua*
& inſipiens. Et paulo poſt, *Homo indigens miſericors eſt*. Rurſus ibidem. *Melior eſt pauper iuſtus,*
quam vir mendax. Quæ res ſi in cōtentionem venit Themiſtocles eſt author adhibendus
(vt cum Cicerone loquar *officiorum 2. num* 104.) qui cum conſuleretur vtrum bono viro
pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret? *Ego*, inquit, *malo virum qui pecunia e-*
geat, quam pecuniam quæ viro. Sit itaque omne iudicium, vt idem Cicero ſubdit, non quam
locuples, ſed qualis quiſque ſit. Quapropter qui præficiendi ſunt, ſcientia, moribus &

 diſci-

Digitized by Google

diſciplina eſſe diuites oportet, vt *in cap. Calcedonenſe.1.q.3.* Atqui paupertas homines, teſte
Democrito, & in artibus præſtantiores, & in rebus ad vitam pertinentibus prudentiores
reddit: grauis enim eſt ſapiendi magiſtra paupertas. Rurſus vt apud Stobæum legitur
ſermone 39. Diogenes paupertatem dicebat virtutem eſſe per ſe doctam, quid enim, in-
quit, putas propter abundantiam potius, quam inopiam prohiberi à literarum ſtudio?
An non vides pauperrimos vt plurimum philoſophari? Diuites vero propter pecunias
16 magnis occupationibus detinentur. Sed † neque illud oberit, quod leges paupertatem
vilitatem appellent, quæ nobilitatem amittere facit, illud quippe verum non eſt, vt Bart.
aſſeruit *in l.1.num.47.C.de dign. lib.12.* vbi dicit, quod diuitiæ non poſſunt dare, nec pau-
pertas auferre nobilitatem *l.humilem.C.de inceſt.nupt.* vbi Bald. poſt Petr. de Bellap. adno-
tauit, & Calc. *conſ.8.col.7.verſ. & ex ſupradictis.* optimus eſt ad id text. *in cap. ſignificantibus.
extra de officio deleg.* Felin. *in c. ad aures. col.1. de reſcript.* Tiraquell. *de nobilit. c.25. num.5.* qui ibi-
bi *n.1.* aſſeruerat contrarium tenuiſſe Bart. & Plateam *in d.l.1. in fin. C. de dignit.* Bart. Socin.
conſ.246. Eleganter & ſubtiliter, lib.2.n.3. & Benedictum *in repet. cap. Raynutius. in verbo, & vxo-
rem nomine Adelaſiam num.966. de teſtam.* & alios quos ipſe refert: qui tamen non id ſim-
pliciter aſſeruerunt, ſed ita demum, ſi pauperes artes viles exercuerint, hoc exercitium
17 ignobiles eos nimirum & viles reddit. Cęterum † neque prædictis oberit quod ab Eſaia
c.3. & ab Ariſt. Boethio, & alijs ſcriptum eſt, quos ſupra eodem cap. num. 15. retulimus. Ij
namq; & leges non paucæ eodem loco citatæ, egenum & pauperem prohibent eſſe ma-
giſtratum: de his etenim pauperibus intelligere oportet, qui in nimia ſunt indigentia
conſtituti, qui quidem deiecto ſunt nimium animo, proindeque viles exiſtunt: quo fit,
vt magiſtratum gerere neſciant, ſed ad parendum ſeruiliter ſint apti, vt Ariſt. ait, 4. *Poli-
ticorum. cap.11. linea 53. l.2. tit.9. part.2.* neque facile eſt virtute eſſe præditos, niſi opum ſint
adminiculo ſuffulti ſaltem mediocri. Ex Peripateticorum ſententia, ſic Iuuenalis ait:

Haud facile emergant, quorum virtutibus obſtat.
Res anguſta domi.

Atque idem ſcribit Horatius ſermonum *lib.2. ſatyra.2.*

Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.

18 Et Eccleſiaſtes 7. *Vtilior eſt ſapientia cum diuitijs, & magis prodeſt videntibus ſolem.* Nam † etſi
vera perfectaque commendatio ab animo eſt, honeſtiſque ab actionibus & virtutibus:
perinde vt laus arboris à fructu maxime eſt & fruge: exornatur tamen arbor ipſa & fru-
ctus eius præcipue à frondibus ac ramis, qui neque ab æſtu, neque ab alijs aëris iniurijs
tutus eſſe poteſt abſque frondium beneficio & ramulorum: nihilo etiam minus felici-
tatis ciuilis ac virtutis ornatus, & tanquam condimentum, à bonis fortunæ atque exter-
nis exiſtit: vſuq; veniet homini felici, id eſt, plurimis ac maximis virtutibus inſtructo &
culto, abſq; bonis externis, quod aquilæ implumi, ac ſine pennis, vt non ornatus ei deſit
plumarum ſolum ad decorem, verumetiam pennæ deſint ad volatũ, id eſt, copia inſtru-
mentumq; ad vſum bonarum laudabiliumque actionum. Nam ſi felicitas virtutum in
actione & vſu eſt poſita, manca erit omnino exuta fortunæ bonis, ſine quibus virtutes
ipſæ, honeſtæq; actiones exerceri nequeant. Cum iuſtitia in primis liberalitaſque, ac be-
neficentia erga alios ſeſe exhibeant, vt ſi felicitas ipſa in animi bonis potiſſimũ, eminen-

terque

terque conſtituta ſit,ac ſecundum eam virtutem quæ perfecta eſt: tamẽ vt clareſcat iſ 18
& illuſtretur,ſeq; excolat,& maieſtati ſuæ debitum illum & anguſtum ornatum adiun-
gat externorum,hoc minime præſtabitur ſine acceſſione bonorum,vt Iouianus Pontanus eleganter memoriæ prodidit *lib.1. de fortuna c.24.* Etenim felicitatẽ aſſeruit Boethius de conſolatione , ſtatum eſſe omnium virtutum & bonorum aggregatione perfectum: retulit è noſtris Alber.*in l.1.§.iuriſprudentia.ff.de iuſtitia & iure.* At D.Thom. 2.2.*q.*129 *art.* 8.bona externa fortunæ aſſerit conferre ad hoc, vt virtus expeditius operetur, quamuis virtus ſibi abſq; fortunæ bonis ſufficiens ſit,teſte Seneca *lib.de ira.* Quod vtiq; Pontanus ſequitur eleganterq; exponit loco nuper citato,authore,more ſolito,tacito. Atq; vt Philoſoph.ait 7.*Politic.c.*13.non magis externa bona cauſa ſunt felicitatis, quam ſi quis bene pulſandi cauſam eſſe putet magis quam artem. Medium † igitur eligendum eſt,vt ne nimium opulenti, néue in ſumma paupertate rerumq; omnium conſtituti inopia magiſtratibus præficiantur,vt & nos quoq; ex Ariſt.*num.ab hinc 6.*probauimus. Sed hi quibus victus ſit & vita ſufficiens,ne ludibrio habeantur,vt *in auth.de deſenſ. ciu. poſt princip. coll.3.* neue ob nimiam paupertatem venales fiant, vt Philoſ. inquit *Polit.* 2. *c.* 7. optimus text. regni noſtri 2.*p.tit.*18.*l.*6.vbi de tenentibus caſtrum loquens ſubijcit hęc verba: *E non deue ſer muy pobre, porque no aya codicia de enriquecer de aquello que le dieren para la tenencia del caſtillo.* & in *l.2.tit.9.p.3.* quique ſcientia,moribus,& prudentia diuites fuerunt,vt his rempublicam ſuſtentare valeant,vt *in præcitato Can. Chalcedonenſe.1.q.3.* Sed quorum rogo adeo eſt probata vita, & noti mores, quam Renuntiatorum? Quamobrem cum ſcientia, moribus, nimiaque cauſarum experientia abundent, cumque eis victus ſit & vita ſufficiens, eſto quod nihil ſuperſit, diuites cenſendi ſunt, proindeque ad altiores magiſtratus idonei.

(margin at "Medium †": 19)

CAPVT IX.

MAGISTRATVS, OFFICIA, ET HONORES AN SINT ambiundi? & plurima congerit contra ambitioſos.

SVMMARIA.

1 *Ambienda non eſt poteſtas.*
2 *Mutatio omnis vitæ humanæ periculoſa eſt.*
3 *Regnum eſt nolle regnare cum poſſis.*
4 *Magiſtratus benemeritis vltro ſunt offerendi, & compellendi.*
5 *Ambitio quid.*
6 *Ambitioſus hic bellè depingitur.*
7 *Superbus & ambitioſus locuſtæ comparatur.*
8 *Ambitioſus perquam timidus.*
9 *Adulatio eſt eſca perditionis.*
10 *Vitia omnia in aperto leuiora ſunt.*
11 *Ambitio miſerrima res,& Reip. pernicioſiſſima,& inſatiabilis.*
12 *Ambitionem plurima concomitantur mala.*

ADVOCATVS.

SEcundo ponitur,Relatores expetunt magiſtratus,ad quos ſane non modo efferri cupiunt,verũ & eos importune efflagitãt. REL. Fateor ingenue,primã poſitionis partem verã eſſe:nego aũt ſecundam. At vtramq; minime obſtare,quãuis ſic ſe haberet tua propoſitio,probaturũ me offero. ADV. Nunc videamus,apologationibuſne tuis veritatem confun-

1 confundere meam conabere? Poteſtas † ambienda non eſt, nam Eccleſiaſticus inquit, *c.7. Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris*: & paulo poſt, *Noli*, inquit, *quærere fieri iudex, niſi virtute valeas irrumpere iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.* Ad hæc Chryſoſtomus *ſuper Matt. Quicunque*, ait, *primatum deſiderat in terra, confuſionem inueniet in cœlo, neq; inter ſeruos Chriſti computabitur, qui de primatu tractauerit.* Quocirca, vt Gregor. ait *in Regiſtro*, locus regiminis ſicut deſiderantibus negandus eſt, ita fugientibus offerendus, *cap. in ſcripturis. 8. quæſt. 1. c. ante omnia. 40. diſtin. l. ſi quenquam C. de Epiſc. & cler.* quod nobis Chriſtus inſinuat *Ioan. 6.* quippe qui ſe abſconderit, cum regem eum facere volebant, ob idque Paulus *ad Hebr. 5. Nemo ſibi*, inquit, *aſſumat honorem, niſi qui vocatus fuerit tanquam Aaron.* Et vt externorum nobis exempla nõ deſint, Plut. *in vita Numæ Pompilij col. 4.* refert, eundem Pompilium anno ætatis ſuæ quadrageſimo in Regem communi populi Romani conſenſu ſelectum, legatis ſibi miſſis vt
2 regnum aſſumeret, ita reſpondiſſe: Omnis † vitæ humanæ mutatio periculoſa eſt, quippe cui neq; rerum neceſſariarum quicquã deeſt, neq; præſentium aliquid querimonia dignum ſit: hunc aliud nihil quam amentia à conſuetis ſtudijs & immutat, & transfert, quibus etſi nihil aliud inſit, eo tamẽ, quod certa quæ ſunt, incertis præſtant. Inſtantibus autem adhuc legatis atque omni ſtudio rogantibus, ne rurſum eos in ſeditionem ac ciuile bellum miſceret, cum alter nemo eſſet in quem ambæ Romanæ factiones conſentirent, neve iacere tantam in ſe iuſtitiam, otioſamque eſſe pateretur, tandem regnum laceſſitus ſuſcepiſſe, ſecundumq; Romanorum poſt Romulum Regem fuiſſe ſuſceptum: de cuius Regis laude poſſet quidem dici quod Cicero *in Bruto numer. 154.* ſcripſit in hæc verba: *Cum honor ſit, præmium virtutis, iudicio, ſtudioq; ciuium delatum ad aliquem qui cum ſententiis, qui ſuffragijs adeptus eſt, is mihi & honeſtus & honoratus videtur: qui autem occaſione aliqua etiam inuitis ſuis ciuibus nactus eſt imperium, vt ille cupiebat, hunc nomen honoris adeptum, non hono-*
3 *rem puto.* Vtique, vt Seneca † inquit *l. 3. de beneficijs, c. 37. Hoc eſt regnum, nolle regnare cum poſſis.* Philoſophus tandem *Politicorum lib. 2. c. 7. col. 3. Ipſum*, inquit, *petere magiſtratum, qui eli-*
4 *gendus ſit, non recte ſe habet.* Oportet † enim & volentem, & nolentem ad magiſtratum aſſumere, ſi eo dignus ſit: id quod & Arcadius Iureconſultus ſignificare voluit *in l. munerum. §. iudicandi quoq; neceſſitas. ff. de mun. & honor.* teſte Budæo ibidem contra iuris interpretes aliter intelligentes. Nam reuera legiſlator ait, hominem politicum ac ciuili more viuentem, vt cætera munera ciuilia, ita iudicandi quoque munus agnoſcere, obireque debere, ad idque cogi poſſe. Nemo itaque (vt idem Phil. ſubdit, *d. c. 7.*) magiſtratum petet, niſi honoris ſit affectator, atque pleraque eorum, quæ homines iniuſtè faciunt, per ambitionem & auaritiam committantur. Ecce quemadmodum ambire, petere, aut expetere magiſtratus, omni iure & ratione prohibetur. Quinimo eis concedendi ſunt, qui ſint imperij minime cupidi, alioquin ſimultas inter æmulos orietur, author eſt Plato *lib. 31. dialog. 7. de repub. vel de iuſto, col. 5. poſt medium.* REL. Immane profecto pelagus excitaſti in quo quidem malim ab alio duci, quæ mea tenuis facultas eſt, quam dux, nauiſque magiſter eſſe. Cæterum diuino fretus præſidio ſubmergi, ventorumque vi & tempeſtate iactari non verebor, pro viribuſque meis, quæ ſenſerim explicans omnem timorem excutiam. Examinandum itaque à nobis eſt, vt poſitioni obiectiſque tuis reſpondea-

mus:

mus: primum quid ſit ambitio, deinde nunquid liceat petere, aut ſaltim expetere magi-
ſtratus, aliaque munera inferiora. Ambitio † in primis eſt immoderatus appetitus ho- 5
noris, vt author eſt beatus Thom. 2.2.*q.* 131. *artic.* 1. Inordinatus appetitus eſt, ad hono-
res mundi ſine ſuffragio temporis, & ſine merito laboris velle promoueri, vt deduci
poteſt ex *c. miramur, in fi.* 61. *diſt.* ita illum text. appendit Luc. de Penna *in l. contra publi-
cani, pen. col. in verbo ambitione.* C. *de re milit. lib.* 12. Ibique ita ambitionem deſcribit: *Eſt,*
inquit, *ambitio ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris
parens, vitiorum origo, tinea ſanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedijs morbos creans, ex medici-
na languores generans:* Hæc ille. Idem † ipſe Luc. de Penna *in l. omnes omnino. in fin.* C. *de de- 6
cur. libr.* 10. refert, Innocen. *lib. de miſeria humana conditionis*, belle depinxiſſe ambitioſos.
Honores, inquit, *ambitioſus affectat, eſtque ſemper pauidus, ſemper attentus, ne quid dicat vel faciat,
quod hominibus valeat diſplicere, eorumve oculos offendere: humilitatem ſimulat, affabilitatem ex-
hibet, honeſtatem mentitur, benignitatem oſtendit, ſubſequitur, cunctos honorat, & obſequitur, vni-
uerſis inclinat, frequentat curias, viſitat optimates, aſſurgit, amplexatur, applaudit, & adulatur: be-
ne nouit illud Poeticum;*

Etſi puluis erit nullus tamen excute nullum:

*Promptus eſt & feruidus, vbi placere cognouerit: contra, remiſſus & tepidus vbi diſplicere putauerit:
improbat mala, deteſtatur iniqua: ſed alia cum alijs & probat & improbat, vt iudicetur idoneus, vt
reputetur acceptus, vt laudetur ab omnibus, vt à ſingulis approbetur: qui tandem liberè agit de princi-
patu quem ambit, ſimulate inquiens: O quando principabitur qui ſeruus fuerit in iuſtitia: pius in mi-
ſericordia: qui non deuiet amore vel odio, qui non corrumpatur prece vel pretio, qui acquieſcat ſim-
plicibus, qui ſit benignus, & humilis, largus, & manſuetus, conſtans, & patiens, ſapiens, & aſtutus.*
Hactenus Innocentius. Hi ſunt, teſte Salluſtio in Catilinario, qui ad magiſtratus obre-
punt, falſaque ſpecie, vel probitatis vel doctrinæ ad honores, & vt vulgo loquimur, per
hypocriſin aſſumuntur. Ex quo nimirum Cicero *in Piſonem in initio orationis*, in ipſum L.
Piſonem inuehens, *Obrepſiſti*, inquit, *ad honores errore hominum, commendatione fumoſarum
imaginum, quarum ſimile habes nihil præter colorem.* id eſt, feſelliſti populum Romanum
commendatione familiæ, cognomento frugi; ita exponit hæc Ciceronis verba Budæus
in vltimis in Pandectas annotationibus, titulo de curſu publico. l. ſi quis obrepſerit. pagin. 44. & vt
Philoſ. ait *Ethicorum* 2. *cap.* 7. *& rurſus lib.* 4. is qui in honorum exuperat appetitione am-
bitioſus vocatur, quique magis quam oporteat honores affectat. Quo fit vt magis in-
uideat, quam qui ambitioſus non fuerit, vt idem Philoſ. probat *lib.* 2. *Rhetoric. ad Theode-
ctem. c.* 10. Natura autem ambitioſi naſcuntur qui magis amari, & in admiratione omni-
bus eſſe cupiunt, vt apud eundem Ariſtot. *libr.* 7. *Ethicorum ad Eudemum*, legitur, *col.* 10.
Quo † fit, vt ambitio ex ſuperbia oriatur, quam locuſta figurat, pedibus, quippe cum 7
ambulare neſciat, alaſque non habeat, volare nititur, proptereaq; inanes ſaltus facit, vt
vel ſic volare ab alijs deceptis credatur. Tanta eſt locuſtarum impudens ambitio. Tales
nimirum ſunt ſuperbi, qui cum virtutes non habeant quæ illos in altum ſubleuent, ni-
tuntur tamen ambulare in magnis & in mirabilibus ſuper ſe, vt ſcribitur *Pſal.* 130. Am-
biuntque primas cathedras, & cupiunt ab omnibus vocari Rabbi, *Matt.* 23. Atq; in hunc
ſenſum verba ſcripturæ *Ioelis* 2. interpretatur Alfonſus à Caſtro *ſuper Pſal.* 50. *homil.* 1 *fol.* 1.

Digitized by Google

ſpectaculum edere bonis omnibus lamentabile? Hactenus Budeus. Denique quiſquis ambitioſum & auarum ingenium habet, vt eſt Euripidis ſententia, nihil ille iuſtum ſapit, nec cupit: difficiliſque eſt amicis & toti ciuitati. Sed hæc de ambitione in genere ſufficiant.

CAPVT X.

POSSINTNE LICITE PETI MAGISTRATVS, CAEteraque publica munera, quæue officia vendi poſſint, inſinuat.

SVMMARIA.

1 *Magiſtratus peti, nec ne poſſint?*
2 *Magiſtratus à principe peti poſſunt impune.*
3 *Magiſtratuum creatio ad principem ſpectat.*
4 *Magiſtratus à principe cui libuerit concedi poteſt pretio intercedente.*
5 *Officia an peti poſſint ab inferiore à Principe.*
6 *Ambitus quid.*
7 *Officia iuriſdictionem habentia vendi non poſſunt.*
8 *Officium titulo lucratiuo quis conſequi dicitur, licet pecunia id conſequutus fuerit.*
9 *Officia bene meritis an vendi poſſint.*
10 *Iuriſdictio quare vendi prohibetur.*
11 *Pretio acquiri non poſſunt tutela, feudum, nobilitas, ſeu hidalguia.*
12 *Magiſtratus pretio nullo interueniente, quando peti poſſit.*
13 *Officia iuriſdictione carentia an vendi petiue poſſint.*

SEcundo loco pollicitus fui, eam me quæſtionem examinaturum, vtrum Magiſtra-
tus peti, expetiue poſſint, aut alia quęcunque munera, quo facilius ad tuam queam
reſpondere poſitionem, quare promiſſa adimplens, Primum † an peti poſſint exqui- 1
rendum eſt. Quo in genere plures inſunt ſpecies: aut enim Magiſtratus petitur, aliudue
munus, aut quod vulgo dicitur officium iuriſdictionem habens, aut quod iuriſdictione
careat aut petitur à Principe aut ab alio inferiore, aut petitur prece vel pretio, & harum
ſpecierum ſingulæ nuncupatim à nobis exponendæ ſunt. Et † primum à Principe Ma- 2
giſtratus impune peti poſſe precibus oblatis, indubitati iuris eſt. *l.1. ff. ad legẽ Iul. de ambitu.*
Quia in Principe ceſſat eadem lex Iulia. Nam † ad eius curam Magiſtratuum creatio per- 3
tinet, non ad populi fauorem, vt ibidem dicitur; & *in auth. de defenſ. ciuit. § nos igitur. collat.*
3. & in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffrag. § illud videlicet collat. 2. notat Bart. & cæteri *in l.1. ff. de*
damn. infect. Innocen. & alij *in cap. cum acceſſiſſent. extra de conſtit.* quod proſequitur late Pe-
trus Nunius *de exequendis mandatis c.1. Couarr. lib. practicarum quæſt. c.1.* Iureque noſtro Re-
gio hoc potiſſimum probatur ex *l.2. tit. 4. p. 3. & l.2. tit. 1. & l.22. tit. 9. p.2. & l.1. tit. 15. lib. 2.*
& l.1. tit. 15. lib. 2. ordin. & l.1. tit. 1. eod. lib. Pretio † item peti poteſt à Principe Magiſtratus, 4
iuxta eius abſolutam poteſtatem, quippe cum iure diuino hoc prohibitum non ſit, ſed
tãtum ciuili, cui princeps ſupremus non ſubeſt. *l. Princeps. ff. de legib.* author huius eſt Bald.
Barbarius, num. 6. verſic. veniamus. ff. de officio Prætor. cui ſententiæ acquieuit Guil. Benedict.
in repetit. cap. Raynutius in verb. Duas habens filias num. 52. de teſtam. & Chaſſanęus *in Cata-*
logo gloriæ mundi. 1. parte. 60. conſider. Quamquam id congruum minime videatur, vt
l. digna vox. C. de legibus, authore Salicet. *in l.1. numero. 3. C. ad leg. Iul. de ambit.* ne quodam-

modo dicatur iuſtitiæ venditionem tolerare, vt Iuſtinianus innuit *in auth. vt iud. ſine quo-*
quo ſuffrag. §. 1. *&* §. *eos autem.* Quod Domin. Soto *de iuſt. & iur. lib. 3. q. 6. artic. 4. in reſponſione*
ſecundi argumenti latiſſime omnium diſcuuit, & Mart. ab Azpilcueta *in manuali, c. 25. n. 7.*
5 Aut petitur magiſtratus, † aliudve munus ab inferiore à Principe, nimirum à Præ-
fecto prætorio, aut ab alio conferendi magiſtratus poteſtatem habente. Qua in ſpecie
ſubdiſtinguendum eſt, refert enim an munera petantur iuriſdictionem annexam habē-
tia, aut vero alia ſimplicia & abſque iuriſdictione, quod ſi iuriſdictionem habentia pe-
tantur ambire, nec aliquid ſuffragij loco dare licet impune, vt *in l. 1. ff. ad l. Iul. de amb.* ne
6 contrarium facientes in legem Iuliam ambitus incidant. Ij † ſiquidem in eam legem in-
cidere dicebantur olim, qui virtuti aut meritis diffidētes Romanas tribus earumq; ſin-
gulos circumire ſolebant, prenſare dextras, rogareque vt ſe ſuffragijs adiuuarent, quorum
miſericordiam vultu, habitu, ſermone, denique modis omnibus captabant, eosque lar-
gitionibus quādoque aut pollicitis corrumpebant, ob idque ambitus crimen & olim e-
rat & nunc eſt, honoris malis artibus affectari, quod ſeueriſſimis apud Romanos legib.
7 coercebatur. Et † demum Iuſtiniana conſtitutione ſub pœna quadrupli eius quod per-
ceperint prohibetur officiorum venditio, aut pro eis quæuis quoquo modo perceptio,
vt *in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. fiant.* §. 1. *&* §. *ſic igitur. collat.* 2. ne tandem venditio
cedat in ſubditorum incommodum & grauamen, vt ibidem dicitur, *& in l. quisquis. C. ſi*
cert. petat. Atqui legibus 12. tabularum conſtitutum fuit in hæc verba. *Donum ne capiun-*
to, neue danto, neue petenda, neue gerenda, neue geſta poteſtate: quiſque earum rerum migraſit, noxia
pœna par eſto. quaſi dixiſſet, virtuti vltro ſunt offerendæ non autem pecunia redimendæ
dignitates, & publicæ adminiſtrationes. Neque igitur in deſignando, neque in gerēn-
do, neque in deponendo magiſtratu pecuniaria corruptio interuenire debet: ita eam
legem expoſuit Oldendorp. *in legum 12. tabularum commento, titul. 2. cap. 16 numero* 2. qui
ſubdit, initio magiſtratum precibus ambire licere, deinde cœpiſſe redimi pecunia ſuf-
fragia, quod vltimum præcitata lege prohibitum eſt, tandem cum ambitio & largitio-
nes miſcerentur, vtrumque ſublatum eſt per leges Iuriſconſultorum & Imperatorum *in*
tit. ad legem Iuliam de ambitu: & quod eadem ſubijcit lex *quiſquis earum rerum migraſit, noxia*
pœna par eſto, exponit Cicero, ſi quis exceſſerit modum horum ſtatutorum, in ſuo quiſq;
vitio plectatur, ius capite, auaritia mulcta: honoris cupiditas ignominia ſancitur. In
quarum legum confirmationē plurimæ ſunt factæ in regno Franciæ cōſtitutiones, quas
refert Guillel. Bened. *in repet. c. Raynutius. in verbo, duas habens filias num.* 56. quam plurimæ
etiam hoc in regno, vt *in l. 27. tit. 2. lib. 7. ordin. & in l. 1. titul 1. lib. 7. in capitibus curialibus tra-*
ſumpta ex cap. 22. in comitijs Pincianis, anno. 1523. Et iure communi eſt text. *in. l. Bachij. C. de*
muri legulis. lib. 11. vbi gloſſ. dicit illud eſſe ſimoniacum: facit text. *in cap. lege Iulia. & cap. vlt.*
1. queſt. 1. tex. eſt *in c. 1. iuncta gloſſ. in verbo conſuetudines, de magiſtr.* facit etiam gloſſ. *in l. 1. ff. ad*
l. Iul. de amb. vbi Bart. inquit, ambitum iure ciuili idē eſſe fere, quod ſymonia iure Cano-
nico, quando ambitus committitur pecuniaria munerum publicorum redemptione,
8 cui acceſſit Socin. *conſil. 146. Viſo proceſſu agitato nu. 2. 1. part.* Ex † quo Bart. *in l. licet pro he-*
rede. ff. ſiquis omiſ. cauſ. teſt. dixit: *Qui ad conſequendum officium aut præbendam pecunias dedit, ha-*
bere dicitur officium aut præbendam titulo inefficaci, quandoquidem cauſa in re improbata fuit conſe-
quutus:

quutus: id quod & Bald. conſenſit *in l.1.num. 7.C. ſi quis omiſſa cauſ. teſt.* Nam, vt ipſe ait,
quidquid per ſymoniam alicui abeſt, non debet reputari damnum quia turpiter abeſt.
vnde officium aut præbẽda haud dubie impetrari poteſt, quia titulus ei nõ cenſetur one-
roſus imo impetrari poteſt vt vacans, cum ſymoniacus titulum non dicatur habere, iux-
ta glo. *in cap. niſi cum pridem. in princ. extra de renunciat.* & Guill. Bened. *in c. Raynutius. in verbo
duas habens filias. num.58. de teſtamen.* Adv. Quid † ſi digno & benemerito vendatur? Rel. 9
Adhuc pernicioſiſſima reipublicæ videtur eſſe venditio: nam teſte experientia, quæ om-
nium eſt magiſtra rerum ex tali honorum, munerumue iniqua impetratione quam plu-
rima dietim damna prouenire cernimus. Quandoquidem principatus quem ambitus
aucupauit, etiam ſi motibus aut actibus neminem offendat, ipſius tamẽ initij ſui eſt per-
nicioſus exemplo, vt *in d. auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffr. fiant. coll.2.§. conſiderandum* ibi: *Et ſic
vno principio illicito dato, neceſſe eſt*, &c. Quandoquidem difficile eſt vt bono peragantur
exitu, quæ malo ſunt inchoata principio. *cap. principatus. 1. quæſt. 1.* Quam ſententiam ful-
cire videtur text. *in cap. vltim.* ibi, *Quem, vt dicunt, fuit minus canonice aſſequutus, de accuſation.*
Cuius rei plura tradit exempla Guill. *vbi ſupra numer. 55.* Vſque adeo eſt horum mune-
rum venditio prohibita, quod contra dantem pecuniam pro munere conſequendo,
præſumitur omne malum, vt Bart. & Ioan. Plat. adnotarunt *in l.2. C. de muril. lib.11.* Cuius
potiſſima † ea eſt ratio, nempe quod iuriſdictio eſt iuris publ. vt *in l.1. §. publ. ius. ff. de in-* 10
ſtit. & iur. & ſicut patria poteſtas inæſtimabilis eſt, vt no. *in l. filiæ. C. de collat.* ita & pote-
ſtas & magiſtratus. At cui dubium eſt, neminem poſſe vendere quæ in patrimonio ſuo
non ſunt, neque eſſe poſſunt? vt *in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. oblig. & in l.
apud Iulianum, in fin. ff. de legat. 1.* quam rationem Bald. tradit *in cap.1. de allodiis, in vſibus feu-
dorum, numer. 3.* & rurſus *in cap.1. § ex eadem, de lege Corradi. numer.2.* vbi contrarium con-
ſuetudine eſſe vſurpatum aſſerit. Caſtra enim & villæ cum iuriſdictione venduntur, quę
conſuetudo vincit legem, vt *in cap. Obertus, de feudi cognit.* Sic † etiam eadem ratione offi- 11
cium tutelæ acquiri non poteſt pretio accedente, vt *in § ſi quis tutor. Inſt. de ſuſpect. tut. & in
l.1. §. item ſolent. ff. de officio præfecti vrbis*, ſicut nec feudum, vt *in c.1. § calidis, de prohib. feu. ali.
per Feder.* & per Bald. *in l. vlt. C. de ſuis & leg. hæred.* ita etiam nec nobilitas, quam Hiſpani fi-
dalguiam appellamus, pretio acquiri poteſt, vt *in l.12. tit.21. part.1.* vt Petrus Nun. reſpon-
dit 9. *reſponſo.* Cæterum † ſi pretium nullum aut promiſſio interuenerit, ſed ſimplex pe- 12
titio & poſtulatio magiſtratus, ſi per modum iuſtitiæ, nihil eſt quod prohibeat: vt ſi ele-
ctus aut poſtulatus confirmationem petierit. *c. cupientes. de elect. lib.6.* aut petitur per mo-
dum virtutis, & tunc concedi, non impetrari conſueuit, vt *in l.2. in fin. ff. de orig. iur.* aut
ambitione magiſtratum haberi contenditur, & eo modo nec impetrari nec concedi
conuenit, imo tanquam temerarius repellitur qui de ſe præſumit, vt *in l.1. ff. ad l. Iul. de
amb.* aut dubitatur qua mente petat, & in dubio præſumitur contra eum qui inuerecun-
de petit, tamen ſi concedatur, licet retinere, vt *in l. Barbarius, vbi Bart. ita diſtinguit, numer.
2. ff. de officio præto.* cui accedit Abb. *in cap. tuam col. pen. de ætat. & qual.* Adv. Quid † igitur 13
ſtatuis in cæteris, nunquid peti prece, pretio, aut alio quouis modo poterunt? Rel.
Hoc ſane mihi expeditiſſimum eſt iure communi imperatorum officia eiuſmodi tem-
poralia iuriſdictione carentia non modo peti poſſe prece palam, verum & clam me-

diante ſuffragatore, & non tantum ſolo verbo & importunis precibus, ſed & pretio interueniente, vt *in l.1.in princ.& in l.totius.§.1.ff.de pollicit.*& ita ex eis legibus expendit Salic. *in l.1.n.3.C.ad l.Iul.de amb.*licet Bar.poſt Ioan.*in l.Barbarius.n.2.ff. de officio prat.* videatur innuere contrarium, cui acceſſit Abb.*in c. tuam. de ata. & qual. pen. col.* Imo quamuis palam fieri permittatur, non tamen clam, quippe cum contra illum præſumatur, qui ex mala conſcientia timet exire in publicum, vt *in l.1. C. de fam. libell.* attamen cum Salicet.tenet Chaſſaneus *in catalogo gloria mundi.1.part.60.conſideratione.3.col. ad medium*: quibus ipſe libenter accedo: Non enim refert, quando fieri aliquid prohibetur, palam illud, aut clam fiat, licet contrarium voluerit gl.*in §. ſunt praterea, Inſt. de publ. iud.* ibique Ang. & glo.*in l. Barbarius.ff.de officio prat.& in l.hoc iure.ff.de donat.& in l.qua vtiliter.ff. de neg. geſtis.* Alberic.*in l.vnica. C. ad leg. Iul. amb.*

CAPVT XI.

OFFICIA TABELLIONATVS, ALIAVE IVRISdictione carentia, vendi necne poſſint, examinat.

SVMMARIA.

1 *Tabellionatus officium vendi poteſt.*
2 *Pragmatica 65. officiorum venditionem prohibentis verus intellectus.*
3 *Officij renuntiatio in quos fieri debeat.*
4 *Procuratorum curialiũ officia an vendi poſſint.*
5 *Tabellionatus officium eſt potius oneris & miniſterij quam iuriſdictionis.*
6 *Tabellionatus officia an vendi poſſint.*
7 *Impoſſibile an reputetur quod à principis pendet voluntate.*
8 *Officia tabellionatus, decurionatusque empta matrimonio conſtante an ſint communia.*
9 *Officia eadem ante matrimonium empta eo ſoluto morte viri, ab eius heredibus vt capitale an deducantur.*

ADVOCATVS.

1 QVid † autem iure noſtro regio: REL. Officia tabellionatus, aut alia quæcunque officia publica iuriſdictione carentia vendi minime prohibentur, quia nulla lege eiuſmodi venditio inhibetur, tacite ergo permiſſa videbitur. Quinimo leges non paucæ regni huius innuunt, & à contrario ſenſu probant, iſthæc officia locari, vendique poſſe, ſeu, vt rectius dicam, renuntiari in fauorem eius, qui pretium obtulerit. Quod de locatione diximus, probat text.*in l.27.tit.2.li.7.ordin.*vbi lex prohibet officiorum iuriſdictionem habentium locationem: à contrario ergo ſenſu officia iuriſdictione carentia locari poterunt: quod argumentum in iure conſtat eſſe validiſſimum, vt *in l.1. §. huius rei.ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſd. cum pluribus ſimilib.* Venditionem autem fieri poſſe probatur *in l.1.tit.1.lib.7.in cap.comitiorum, tranſſumpta ex cap.22. in conuentu Pinciano habito anno 1523.* cuius ſunt hæc verba: *Mũdamos, que no ſe pueda comprar, ni vender oficio de iuridicion en nueſtra Caſa y Corte, ni fuera della:* ergo à cõtrario ſenſu, cætera officia iuriſdictione carentia vendi poterunt aut pretio renuntiari, quod expreſſe probat text.*in l.3. tit.15. lib. 2. in capitibus comitio-*

comitiorum: cuius verba ſunt: *Y mandamos, que quando cos eſcriuanos renunciaren, o vendieren ſus oficios, ſean obligados a traſpaſſar ſus regiſtros y eſcrituras al que ſucede en el oficio.* cuius legis diſpoſitio tranſumpta fuit ex *c.67.* comitiorum Madrid anni 1534. & Segouienſium *c.88.* ann. 1532. Quibus † non parum adſtipulatur text. *in l.65. in regijs pragm.* qua diſponitur, officia 2
iudicum, executorum, decurionum, ædilium, iuratorumve cuiuſcunq; ciuitatis aut oppidi huius regni vēdi minimè poſſe, atq; ſi quouis quæſito colore vendantur, licet confirmationem obtineant regiam, ementes ad illa admitti non debere: habent ſiquidem eadem officia quodammodo iuriſdictionem. At vero, inquit text. in alijs officijs iuriſdictione carentibus, vt in procurationibus comitiorum, vel in tabellionatu publico, quorū electio ad ciuitates ex priuilegio ſeu conſuetudine ſpectat, diuerſum ſtatuitur: quippe cum decuriones aut cæteri officiarij, ad quos hæc electio pertinet, non quidem poſſint ſuffragia vēdere, neq; ſubornati aut rogati ea præſtare, ne inhabiles minuſq; idonei ad ea adminiſtranda admittantur. Non tamen ꝓhibet conſtitutio illa tabellionem aut procuratorem præfatum alij vendere, aut in alterius idonei fauorem renuntiare: imo pmittere videtur. Ceſſat enim ratio in l. expreſſa. Electoribus quippe non auſertur ex hoc libera facultas idoneum eligēdi, minuſve dignum, maleq; meritum repudiandi. Neq; eos cupiditas flectere, aut affectio ab æquo deuiare poterit, nihil cum ipſi acceperint. Qua nimirum ratione ceſſante, ceſſare debet eiuſdem legis diſpoſitio vt *in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. c. cum ceſſante. de appell. cum alijs.* Rurſus eadem lex appenditur ad medium, quandoquidē cum de officijs loquatur iuriſdictionē habētibus, prohibet duplicem vendendi modū, & ipſorummet officiorum, & ſuffragij ad eorum electionem pſtandi: quando autem agit de officijs iuriſdictione carentibus, ꝓhibet dumtaxat ſuffragiorum venditionem: quam diſtinctionem minime faceret, ſi in vtroque caſu idem ſtatuere voluiſſet, ex quo nimirum hoc in foro regio, cum ſcribis ſeu cameræ regiæ tabellionibus, eodem iure vti cernimus: hi ſiquidem impune officia quibuslibet vēdunt, & non modico precio quidē, ſed octo millibus ducatis, ſic appellant, aureis & amplius, quos tamen regij ſenatores non admittunt, niſi admodū ſint idonei. ADV. Correcta igitur erit lex regni *49. col. 19. in pragmaticis*, quæ ꝓhibet officij cuiuslibet renuntiationem 3
fieri extra patris aut filij idonei perſonam, & quando ita fiat, adhuc ex principis arbitrio, ait lex, pendet talis renuntiationis admiſſio. REL. Ita prorſus, nam per nouiores leges admittitur in quaſcunque perſonas renuntiatio, vt ex lege *66.* & alijs regijs pragmaticis deducitur. ADV. Aſſeruiſti † officia procuratorum regni ad comitia vocati poſſe 4
pecunia interueniente renuntiari: in contrarium tamen eſt expreſſus text. *in l. 3. titul. 11. libr. 2. ordinationum*, quod nulla poſteriori lege immutatum inuenio. REL. Ingenue fateor huiuſmodi officia vendi aut precio renuntiari non poſſe iuxta antiquarum ordinationum leges, poſſet tamen aliud attentari regia pragmatic. *65.* inſpecta, appenſaque, vt paulo ante expendimus. Sed quia durum & iniquum eſt per argumenta leges corrigere, mihi ſemper arriſit tua aſſertio, nimium quod vendi non poſſit munus iſtud, nec pretio interueniente in alicuius gratiam renuntiari. Nam ſi id officialibus iuriſdictionem habētibus prohibetur, multo magis & curiæ procuratoribus, quorū conſilio & applauſu leges fiunt, vt *in l. 66. in pragm.* cum ſic ait, *La qual mandamos que aya fuerça de*

Digitized by Google

ça de ley, como ſi fueſſe hecha y promulgada en Cortes con acuerdo de los Procuradores de las ciudades y
villas de nueſtros Reynos. quamuis me latet quidem an errore ſcribentis ea verba, *con acuerdo*,
appoſita fuerint: Non enim eorum conſilio leges promulgantur & conduntur, ſed ad
eorum petitionem, vt *in l. 43. in pragmatic.* vtcunque tamen fuerit, id perpetuum eſt, pra-
xique forenſi receptum, vt renuntiatio huiuſmodi præmio, vel ſpe præmij facta nequa-
quam admittatur, & ita hoc in foro regio fuit definitum in cauſa inter Ferdinandum Ni-
nium & Ludouicum Godinez ſuper Curiali procuratione agitata, in qua Ninius obti-
5 nuit, Ludouico excluſo ob renuntiatione in eum ſpe præmij factam. At † in tabelliona-
tus officio ſecus, quippe quod potius ſit oneris & nudi miniſterij, quam iuriſdictionis, vt
late probat Oldrad. *conſ. 75.* & pulchre Andr. de Iſern. *in tit. quæ ſint regalia, in parte ad iuſti-*
tiam expediendam: & quod iuriſdictione careat, adnotauit Innocent. *in cap. cum à nobis. de*
teſtib. Felin. *in cap. ex literis. num. 1. de fide inſtrum.* Bald. *in l. vltim. n. 19. C. de edend.* Ad v. Offi-
6 cia ſcribarum † ſeu tabellionum vendi nõ poſſe autumo. Nam licet poſſint renuntiari in
fauorem emptoris, eſt tamen in libertate Principis admittere renuntiationem in fauo-
rem illius, vel alterius. *c. admonet. & c. quod in dubijs. de renuntiat. l. 49. cap. 19. in pragm.* Quum
7 igitur † venditio dependeat à voluntate ſuperioris, cenſetur impoſſibilis. *l. apud Iulia-*
num. §. conſtat. ff. de legat. 1. Aymon Crauett. *conſ. 233. num. 1. & in l. continuus. §. cum quis. ff. de*
verb. oblig. Rel. Non ſemper id quod à principis voluntate pendet, eſt impoſſibile, ſed
quod non ſolet concedere: id vero quod facile princeps concedere conſueuit, non eſt
dicendum eſſe impoſſibile, qualis eſt licentia vendendi hæc publica munera, quæ facil-
lime impetratur: poſſibilis ergo cenſenda eſt eorum venditio, quod *in d. §. ſi conſtat.* ſatis
probatur, dum ſic ait: *Nec æſtimatio eorum debet præſtari, quoniam commercium eorum, niſi iuſſu*
principis, non fit, cum diſtrahi non ſoleant, ſi ergo diſtrahi ſolerent iuſſu principis, æſtimatio
eorum præſtaretur, id quod ibidem notare videntur Franc. de Alber. Cum. Paul. & Ale-
xand. *num. 5.* Couarr. *in epitome de ſponſal. 2. part. in princip. num. 8.* optimus text. *in l. intercidit.*
ff. de condit. & demonſtr. l. quidam relegatus. & ibi Socin. num. 11. & Luſit. ff. de reb. dubijs. Rom. *in*
l. 2. vlt. charta. ff. de re iudic. Raph. & Paul. *in l. continuus. §. cum quis. ff. de verbor. oblig.* ſenſit Are-
tin. *in d. §. conſtat.* quem ſequitur Sigiſmundus Loffredus *in conſ. 19. num. 9.* Socin. iunior
conſ. 51. vol. 1. column. vltim. Ripa *in l. in quartam. num. 164. ff. ad leg. Falcid.* Qui omnes expreſ-
ſim aſſerunt, impoſſibile iudicari id quod à Principis pendet voluntate, quando non
ſolet à principe concedi: ſecus ſi facile concedere ſoleat, vt *in l. qui cum maior. poſt princ. in*
verbo, cum non facile impetretur. ff. de oper. libert. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſtiua, vbi
textus probat, beneficium à principe concedi ſolitum, impetrabile cenſeri, poſſeque
facile impetrari, iniuriamque ei fieri niſi concedatur. Ex quo plane conſtat, paria eſſe,
quod militiæ ſeu munera publica vendantur, vel libere vendi poſſint, & quod facili li-
centia Principis vendi ſoleant, vt Couarr. adnotauit *in lib. 3. reſolutionum, cap. 19. num. vlt.*
8 Inibique † iuridicum eſſe oſtendit, ſcribæ & tabellionatus officia, & ſimilia, quæ fuerint
per virum matrimonio conſtante adquiſita, quantum ad eorum iuſtam æſtimationem
vxori eſſe communia & pro parte dimidia, lege regia, eidem competere. Idem eadem
ratione adſeuerat in decurionatus officio: facili enim licentia Principis vendi conſue-
uit, perinde atque eadem officia conferuntur inter fratres, licet pater vni eorum viuens
emerit,

emerit, vt refert ſenſiſſe Bart. *in l.1.§.nec caſtrenſe.ff.de coll.bon.* Bald. & Paul. *in l.omnimodo.§.imputari.C.de inoff.teſt.* Iaſon expreſſim *in l.illud.n.6.C.de coll.* Ripam *in d.l.in quartam.n.193.ff.ad l.Falc.* Petrus Nunnius ſequitur *9.reſponſ.n.2.* Vbi † & ipſe Nunnius aſſerit, in officijs 9
huiuſmodi decurionatus tabellionatus & militiæ vendi facili licentia Principis conſuetis, ſi ante contractum matrimonium ab aliquo ex regali largitione habita, aut aliâs empta fuerint: morte viri ſoluto matrimonio, ex bonis conſtante matrimonio talis officij hæredibus viri vt capitale deducendam fore, quod ipſe admittit, dummodo conſtante matrimonio vendatur, aut intercedente pretio renuncietur, tunc concedit, deducendum eſſe pretium vt capitale, ſecus autem eſſe, ſi abſq; renuntiatione legitime facta, officium morte viri vacauerit, tunc enim damnum amiſſionis officij, non reſarcitur hæredibus defuncti ex lucris habitis matrimonio conſtante: nam ea tantum damna ex lucris reſarciuntur, quæ vel in ſocietate, vel propter ipſam obuenerunt ſocietatem: non quæ caſu fortuito, vt *in l.cum duobus.§.damna.& §.quidam ſagariam.& in l.Mutius.ff.pro ſocio.* Imo ſi conſtante matrimonio, & ſic durante ſocietate, damnum culpa mariti obuenerit, vt quia ob crimen aliquod ab eo patratum amiſit officium, ſibi tantum imputandum fore, Sabinum & Caſſium reſpondiſſe refert Papinianus *in l.ſi fratres.§.vlt.prope finem.ff.eod.tit.*

CAPVT XII.

OFFICII TABELLIONATVS RENVNTIATIONEM IN idoneum factam, an poſſit Princeps non admittere? & an poſſit ius quæſitum tollere?

SVMMARIA.

1 *Officia tabellionatus & decurionatus ſunt æſtimabilia.*

2 *Princeps an ius quæſitum poſſit auferre?*

3 *Princeps per legem generalem poſſitne ius quæſitum auferre.*

4 *Princeps an poſſit ſine cauſa auferre id cuius ipſe fuit cauſa adquirendi.*

5 *Reditur ad quæſtionem principalem.*

6 *Principis actus ab omni malitia debet eſſe alienus.*

7 *Princeps promiſſa & contractus tenetur ſeruare.*

8 *Princeps non poteſt tollere quæ ſunt iuris ciuilis, quando in ſe habent naturalem æquitatem.*

9 *Tyrannus dicitur Rex auferens res alterius ſine cauſa.*

10 *Beneficium principis non debet eſſe illuſorium.*

11 *An vendere deceat officium.*

HÆc vtique † omnia nulla alia ratione procedũt, quam, quod attenta conſuetudine 1
& commercio vendendi, & renuntiandi dicta officia interueniente pretio, æſtimationem recipiunt, licet ſint perſonalia, ipſiq; perſonę adhęrentia, quæq; per ſubſtitutum nequeant exerceri, vt Bald. adnotauit *in l.vn.§.ne autem.n.12.C.de cad.tollend.& in l.vn.C.de priuileg.dotis*: ex quo nimirum ob debitum tabelliones atque decuriones ad creditorum inſtantiam compelli poſſunt officia renũtiare, vt ex eorum pretio creditoribus ſatisfiat:

 bona

Digitized by Google

bona ſiquidem officialium eſſe cenſentur: quippe quæ facili licentia & approbatione Principis aut alterius electoris vendantur. Quare iniquum valde cenſeretur poſtquam iam tamdiu hæc fuit tolerata conſuetudo, eum in quem renuntiatum eſt, ſi tamen idoneus ſit, non admittere, nec forte poſſet Princeps nedum alius inferior, ad quem electio huiuſmodi muneris ſpectaret, eum repellere in præiudiciũ renuntiantis, qui forte prius
2 ex ipſiuſmet Principis conſenſu & tolerantia emerat. Non † enim poteſt Princeps ius quæſitum alicui ſine cauſa auferre, *l. Lucius. ff. de euict. l. item ſi verberat.* §. 1. *ff. de rei vindic. l. quod ſemel. ff. de decret. ab ord. faciend.* quin etiam nec cum cauſa, niſi dato prius bono cambio. *l. 1. C. qui ex cauſ. ſeru. pro præm lib. accep. l. venditor.* §. *ſi conſtat. ff. com. præd. l. 2. tit. 1. part. 2. l. 31. tit. 18. part. 3.* quod late comprobat Iaſ. *in l. Barbarius. ſuper gloſſ. in verbo multo magis. col. 6. & ſeq. ff. de officio præt. & in l. 1. ff. de legib.* omnium latiſſime Felin. *in cap. quæ in eccleſiarum. num. 53. & pluribus ſeq. extra de conſtit.* Aymon Crauett. *conſil. 135. num. 17. rurſus conſil. 241. num. 12. 13. & 20.* Quinimo legem condendo contra certas & ſingulares perſonas facere minime poſſet, abſque reſtauratione damni eis obuenientis ex amiſſione iuris ſibi iam quæſiti. *l. ſi priuatus. ff. qui & à quibus.* Bart. *in l. Antiochenſium. ff. de priuil. cred. & in l. totius.* §. 1. *de pollicit.*
3 Per † legem autem generalem bene poſſet auferre ius quibuſcunque perſonis acquiſitum, vt *in l. venditor.* §. *conſtat. ff. comm. præd.* hæc Bart. *in d. l. totius.* §. 1. *& conſil. 172. dubio num. 1.* Aymon Crauett. *conſ. 135. num. 30.* ex l. tamen per Bart. citata. Arbitratur enim Iaſon. *in d. l. Barbarius. col. 8. ad medium*, adhuc iſta in ſpecie pretium fore damnum paſſo reſarciendum, contra ſententiam Alexand. *conſ. 190. Mature digeſtis his quæ in themate continentur. lib. 2. num. 17.* Decij *in cap. quæ in eccleſiarum. num. 21. de conſtit.* Adv. Aſſeruiſti Principem non poſſe eum cui tabellionatus facta fuit renuntiatio, ſi idoneus fuerit, non admittere, quippe cum eius tolerantia & conſenſu renuntians forte id officium obtinuerit.
4 Sed † tamen hac eadem ratione, vt mea fert opinio, Principi licebit reijcere, ſi quidem Princeps ſine cauſa auferre poteſt id, cuius ipſe fuit cauſa vt acquireretur, ex Angeli ſententia *in l. Antiochenſium. ff. de priuileg. credit.* & Paul. Caſtrenſ. *in l. reſcripta. Cod. de prec. imper. offer.* & faciunt plurima quæ in eam rem congerit Rod. Xuar. *allegatione 12. column. penult.* quo idem ipſe Ang. *in l. Lucius. ff. de euict.* ait, Imperatorem poſſe auferre ſine cauſa rem ex vſucapione ſeu præſcriptione acquiſitam, quia modus iſte acquirendi ab eo inuentus, ab ipſomet auferri poteſt ſine cauſa, cui concinit quod dixerat Bald. *in l. vltim. num. 8. Cod. ſententiam reſcind. non poſſe.* Nempe quod quædam ſunt iura, quæ quis poteſt acquirere contra Principis voluntatem, quia iure gentium acquiruntur: hęc ſunt dominia, quæ iuris ciuilis adminicula non deſiderant, quæ ſane Princeps ſine cauſa auferre non poteſt. *l. Lucius. ff. de euict. l. qui ſolidum.* §. *prædium. ff. de legat. 2.* Quædam vero ſunt iuris ciuilis, vt iudicia & ſententiæ, vt *Inſtitut. de obligat. in princip.* & in iſtis potentior eſt authoritas Principis, ideoque infert *numer. ſequent.* quod licet ex ſententia ſit translatum dominium, tamen valet reſcriptum Principis reſcribentis, non obſtante ſententia, ex ipſaque acquiſitum dominium proculdubio amittetur, quippe quod veniat conſequutiue ad ſententiam: atque reſciſſo principali, reſcinditur acceſſorium. *leg. ex cauſa.* §. 1. *ff. de min.* Rel. Audi obſecro, non ſemper verum eſt Principem ſine cauſa auferre poſſe, quæ eius permiſſione & nutu acquiruntur, poteſt enim tollere modum quem

dedit

Digitized by Google

dedit adquirendi dominium, antequam fuerit quæſitum abſque alia cauſa, veluti ſi ve-
nientibus ab inteſtato tollat ius adeundi, quod eſt iuris ciuilis, vt *in l. obuenire. ff. de verbor.*
ſignif. nec eſt in bonis noſtris, *l. pretia rerum. ad medium. ff. ad leg. Falc.* Vnde legitimando
ſimpliciter ſpurium, poteſt ſine cauſa id ius tollere, quia non eſt quæſitum dominium:
in his namque quæ ſunt à iure ciuili inducta, ſufficit ſola voluntas, ſecundum omnes *in*
cap. quæ in eccleſiarum. vt ibi Felin. atteſtatur, num. 49. de conſtit. quamuis contrarium aſſerat
ſubtilis Fort. Garſia *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 132. cum pluribus ſequ. vſque in fin. ff. de*
lib. & poſthum. ſi modo iam delata erat hæreditas, quod pluribus conatur defendere ra-
tionibus pulchrè & ſubtiliter. Sin vero acquiſitum eſt iam dominium auxilio legis,
Princeps illud nequit auferre ſine cauſa: nam licet modus acquirendi ſit de iure ciuili,
dominium tamen ipſum quoquo modo quæſitum, eſt proculdubio iuris gentium, *l.*
ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. Iſta conſideratio eſt à Baldo memoriæ prodita *in l. 2. prope fin. C.*
de iuris & facti ign. inquit enim: *Si poſt mortem patris eſt filius legitimatus, adire poterit hæredi-*
tatem, ſi venientes ab inteſtato, quibus ius erat quæſitum adeundi, nondum adiuerant, ſecus autem ſi
iam adiſſent, idem etiam idem Bald. Paul. Alexan. Aretin. Soc. & Fort. Gar. adnotarunt
in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. ibique Lancell. Galliaula *col. vlt.* qui alios
plures refert, aſſeritque eſſe communem, idem etiam conſuluit Paul. *conſil. 34. Super pri-*
mo dubio videtur dicendum quod legitimatio. l. 2. n. 5. Fel. *in d. c. quæ in Eccleſiarum, n. 49.* Bald. *conſ.*
19. Factum ſic proponitur. li. 4. Socin. *inter conſ. Bruni Aſtenſis conſ. 10. col. 6. ad fin. verſ. tertia con-*
cluſio. Abb. Iaſ. Decius, Curtius ſenior *in locis per Aymonem Crauet. citatis in conſ. 135. num. 20.*
quamuis ipſe idem Aym. *n. 22.* eoſdem fere, pluresq; alios Iuriſperitos referat in contra-
riam declinantes ſententiam, ex quo inquit, conſtare, quã vaſto verſemur pelago, quip-
pe cum ſummi legum Principes ipſi ſibi non conſtent, ſed mutua opinione diſſideant.
Veriorem tamen *n. 20.* & rurſus *in conſ. 7. n. 10.* inquit eſſe priorem ſententiam, neq; de a-
liorum opinatione eſſe curandum, vt qui ſequantur Paul. *conſ. 178. Donatio prædicta. nu. 2.*
col. 2. poſt mediũ, l. 1. Nã idem ipſe Paul. contrariũ voluit, aut ſaltẽ dubitans aſſeruit, *d. conſ.*
34. n. 5. l. 2. arg. text. *in l. qui falſa vel varia. ff. de teſt.* Aymon Crau. qui melius cæteris probat,
dicitq; eſſe communiorem ſententiam, q̃ primo loco retulimus, *conſ. 241. n. 12. verſ. aduer-*
tendum. tandem Mar. Soc. Iunior vir vtriq; doctiſſimus, *conſ. 120. lib. 2. n. 32.* Priorem etiam
atteſtatur crebriorem eſſe iuris interpretum ſententiam, nempe quod de plenitudine
poteſtatis per legitimationem Princeps ius quæſitum aditione, ſine cauſa tollere non
poſſit. Cæterum, vt idem ipſe refert *num. ſequenti*, illud indubitatum eſt, poſtquam adita
iam hæreditate, bona corporaliter ſunt apprehenſa: quippe cum dominium naturaliter
ſeu iure gentium dicatur quæſitum, non poſſe Principem ſine cauſa tale ius auferre per
legitimationem ſpurij factam, quod omnes cõcedunt in *d. §. & quid ſi tantum.* & alibi ſæ-
pe, præter Ang. qui *in l. item ſi verberatũ. §. 1. ff. de rei vindic.* contrarium adſeuerat, cuius opi-
nio ab omnib. eſt dãnata. Nunc † ergo vt ad inſtitutũ redeamus, per electionem, à Prin- 5
cipe factã, renuntiationemq; officij tabellionatus ab eo admiſſam, eſt, ni fallor, quæſitũ
ius ipſi tabellioni, re, quoad ipſum officium, ſpe etiã: credit enim, poſtq̃ eiuſdem officij
emptam renuntiationem & aliorũ ſæpe viderit à Principe approbari, renuntiationem
inq̃ eius in idoneum, & pecunia interueniente factã ab ipſomet Principe iterũ, atq; irritũ

Digitized by Google

fore admittendam. Quæ nimirum ſpes eſt probabilis, venitque in conſiderationem. Atqui licet conceſſerim, ius non eſſe quæſitum ei, in cuius gratiam fuit renunciatum, tamen iniuria fieret ei, ſi eius renunciatio non admitteretur, ſicuti Epiſcopo poſtulato, cui nullum fuit quæſitum ius per poſtulationem, vt *in c. 1. de poſtul.* tamen glo. *in c. pen. eo tit.* inquir fieri Epiſcopo iniuriam, niſi confirmata fuerit poſtulatio, quam gloſ. ibi omnes ſequũtur. Quocirca quãuis lex 49. *c.* 19. *in prag.* diſponat, eſſe in arbitrio Principis renuntiationem admittere in idoneum factam, ad ipſum quippe redit officium tanquam fontem dignitatum, & munerum ciuilium, vt notat Bald. *in c. 1. quis dic. Dux vel Marchio.* etenim ad Imperatorem, & Regem pertinet tabellionũ creatio, & electio, vel ad eum cui ipſe cõmiſerit, non ad alium. *l. 3. tit. 19. part. 3.* Innoc. & Abb. *in c. cum P. tabellio. de fide inſtr.* & licet aſſenſus Regis ſit gratia, cum non teneatur conſentire, & gratia ſit priuilegium, vt Bald. cenſuit *in prælud. feud.* Matth. Afflict. *deciſ.* 398. *num.* 5. cumque priuilegium Princeps reuocare poſſit, vt per Bald. traditur *in d. l. qui ſe patris. C. vnde lib.* & alibi
6 ſæpe Aymon *conſ.* 241. *nu.* 2. Non † tamẽ ob id Princeps debet officio huiuſmodi renuntiantem priuare, tãtaque pecuniarum ſumma fraudare, quippe cuius actus ab omni debet eſſe malitia, & diminutione alienus. §. *illud. in auth. conſt. quæ de dignitat.* Bald. *conſ.* 24. *Ius abbatialis. lib.* 2. Porro idem Bald. *conſil.* 19. *Factum ſic proponitur. col. vlt. poſt medium, lib.* 4. *Qui tenet,* inquit, *ſupremam poteſtatem ſummam debet ſeruare, & honeſtatem, & æquitatem tan-*
7 *quam regulam, nam ratio à capite ſumi debet.* Deus † etenim ſummus licet Imperatori leges ſubiecerit non tñ ſubiecit cõtractus & promiſſiones. Bald. eſt author *in c. 1. in princ. de nat. ſucceſſ. feud. & in l. princeps. ff. de legibus.* quocirca promiſſiones, pacta, & cõtractus cũ eo, vel anteceſſorib. eius factos ſeruare tenetur, niſi peccare grauiter velit abſolute promiſſa violãdo, iuxta *l. digna vox, & ibi à Doctorib. tradita. C. de legib. & in c. quæ in Eccleſiarum, vbi Felin. n.* 62. *de conſt. & in c. 1. de prob. per l. Cæſar. ff. de public. & vect.* Bal. *conſ.* 24. *Ius abbatialis, lib.* 2. Marian. Socin. Iun. *conſ.* 160. *num.* 51. *lib.* 2. Bald. *in l. qui ſe patris num.* 13. & 14. *C. vnde liberi.* vbi inquit, quod licet renunciatio in manibus domini facta præiudicet renuncianti, tamen dominus, etiamſi ſit Imperator, non poteſt auferre feudũ ſine cauſa: quod placuit Mar. Soc. Iuniori, *conſ.* 78. *nu.* 4. *lib.* 1. Iaſ. *conſil.* 1. *lib. item.* 1. *col.* 8. *verſ. ſexto principali.* Iniuria enim maxime à Prĩcipe debet eſſe remota, *l. ex facto ff. de vulg. l.* 1. § *permittitur. ff. de aqua quotid. & æſtiua. l. meminerint. C. vnde vi.* AD V. Quando Princeps accipit pecuniam, nemo vnquã negauit contractum venditionis celebraſſe, nec reuocare poſſe, vt ibi Bald. probat, & Guill. Cæterum propoſita in ſpecie nullum Princeps recipit pretium: ergo eſt beneficium, quod reuocari poreſt. REL. Fateor attamen, cum ſæpe huiuſmodi renuntiationes admiſerit, facile credendum eſt, ſe nunquam non admiſſurum, ad idque tacita fide nimirum aſtringi videtur. Quamobrem ſi renuntiationem non admiſerit, fidem proculdubio tacite promiſſam frangere videtur. Quod minime fieri oportet vt *in d. c. 1. de probat. cum ſimilib.* Nam quod ex ore Principum promittitur, ſeruari firmiter debet, vt legitur Eſdræ *c.* 4. *prope finem,* tradit Curtius Senior *conſ.* 49. *Memoriæ colendæ n.* 90. *prope fin.* vbi plura allegat, ex quo Imperator in epiſtola *inter claras. C. de ſum. Trinit. Nihil,* inquit, *eſt quod clariori luce præfulgeat, quam recta fides, in Principe.* Marian. Socin. Iunior *conſ.* 76. *num.* 116. *lib.* 1. ex quo inquit Bald. *in conſ.* 314. *Quæritur vtrum Papa. ad fin. lib.* 1. grauius peccare Principem

cipem frangendo fidem quam inferiorem. Aym. Crauet. plura in hanc rem congerit *in conſ.243. nu.19. & ſeq.* Decet enim à principe conceſſum beneficium ſemper manſurum. *c.decet de regul. iur. lib.6.* Atque, vt Bald. ſcripſit *conſ.327. lib.1.n.4. in fin. Rex debet in liberalitate concesſorum ſicut polus in cœlo constanter perſiſtere, & dicere*: Quod ſcripſi, ſcripſi. In eoque tanquam fonte iuſtitiæ conſtans debet eſſe voluntas: nec debet habere niſi vnum calamum, & vnam linguam. Imo potius immobilis tanquam lapis angularis eſſe debet, iuxta eiuſdē Bald. conſiliū *in l.prædia.C.de loc.præd.ciu.li.11.* Bald. *conſ.13.li.3.* Prętereа † princeps 8
non poteſt tollere ea quę ſunt iuris ciuilis, quando in ſe habent naturalem æquitatem, vt Abb. adnotauit *in rep.c.per tuas col.11. verſic. non obſtat, quod dicatur, quod lex ciuilis.de arbit.* cuius dictum allegari non ſolet, vt Felin. atteſtatur *in c.ad audientiam. el 2.n.4. de reſcr.* cui ſententiæ ſubſcripſit Curt. Senior *conſ.49. in fin.* Calcan. *conſ.80. col.3. poſt medium.* Hippolyt. *in practica cauſar. crimin. §. ſequens. num.39.* Anton. Burgen. *in rep. rubr. de empt. & vend. pen. col.* Aymon Crau. *conſ.241. num.13.* Atqui naturali æquitate tenetur Princeps renuntiationē admittere officij, cuius alias non ſemel admiſit, ne pecuniam, aliudue pretium quod antea dederat, qui modo renunciat, cogatur amittere ſine culpa ſua. Iniuriam etenim facere videtur Princeps, ſi priuilegium prædeceſſori conceſſum ſucceſſori denegauerit, vt *in l.1. §. promittitur. ff. de aqua quot. & æſtiua.* vbi gl. & Bart. quem omnes ſequuntur, inferūt ad feudum, & emphytheuſin: nam mortuo vaſallo, facile impetrabit hæres maſculus, ſibique debet concedi feudum. Ita demum finita emphyteuſi per generationem agnati petere poſſunt, vt eis iterum cōcedatur, alijsque præferuntur, facileque impetrabunt, alias eis fieret iniuria: poteruntque appellare: quod commun. tenetur teſte Decio *conſ.131. vbi late loquitur,* Curtio Sen. *conſ.47. per tot.* Tiraq. *in præf. retractus lignagier, num.41.* Ripa *in l. 1. ff. de priu. cred.* Rex † præterea ius alterius auferens de poteſtate abſoluta ſine culpa, ty- 9
rannus dicitur, quia plenitudo poteſtatis non tribuit aliquid iniquum, vt Bald. ſcripſit *in c.1. de feudo March.* refert Curt. Senior *in conſil. 16. num.18. & in conſ. 35. & conſ.78. in princ.* Poſſe namque non dicimur quod inhoneſte poſſumus. *c.faciat homo 22. q.2. l. nepos Proculo. ff. de verb. ſignific.* quibus addit plura Aymon *d. conſil. 241. num. 20.* Præterea illud quod non decet, reputatur impoſſibile ex ſententia Cardin. *in repet. c. licet de euitanda, de elect. & in c. perpendimus, de ſent. excom.* Ad hæc, † beneficium Principis non debet eſſe illuſorium, 10
& deriſorium contra omnem iuſtitiæ æquitatem, quę neminem permittit beneficio decipi, ſed potius iuuari. *c.1. in fin. de commod. & ff. eodem tit. l. in commodato. § ſicut in fine.* Ex quo iniquum admodum eſſe conſtat beneficium ſcribæ factum (quādo renuntiatio in eum ob pecuniam facta admiſſa fuit) ſi modo is in cuius gratiam renuntiat, non admittatur: eidemque illuſorium fieri, eiuſque prætextu decipi, cum tot nūmis defraudetur. Adv. Valde equidem miror, quæ tua eſt prudentia, quod talem nixus fuctis probare aſſertionem, tamque Reipublicæ pernicioſam. Nunquid † legiſti Valerium *lib. 4.* cum de pau- 11
pertate agit? Nempe is ait, olim nihil eorum quæ virtuti debentur, emere pecunia licuiſſe, inopiæque illuſtrium virorum publice conſulebatur. Idque Beatus Thomas Duciſſæ Brabantiæ interroganti, an foret licitum officia vendere ſecularia, reſpondiſſe fertur, vt in ſumma Roſella ſcribitur, *in verbo, reſtitutio. 4. & 5.* & in Speculo conſcientiæ, *lib.1.c.39.* refert etiam Guill. Bened. *in repet. c. Raynutius, in verb. duas habens filias, n.54. de teſtam.* Dixit,

inquam, Thomas: *Cum autem bailiuis, & officialibus veſtris, nihil committatis, niſi temporalis officium poteſtatis, non video quare non liceat vobis vendere officia, dum tamen talibus vẽdatis, de quibus præſumi poßit, quod ſint ad ea exercenda vtiles, neque tãto vendantur pretio, quod recuperare nequeat, abſque grauamine ſubditorum. Attamẽ talis venditio expediens omnino non videtur cum frequentius vſuueniat pauperes eſſe idoneiores, quibus pro tenui eorum facultate, emere non liceat quin etiamſi diuites ſint officia non ambiunt, neque ad lucra inhiant. Quocirca quia eadem officia vt plurimum emũt qui deteriores ſunt, ſubditosque opprimentes diuites facti, iuxta illud Iob. abundant tabernacula prædonum, magis expediẽs videtur vt bonos, idoneos ad officia eiuſmodi liberaliter eligatis.* Hæc ille. Cui prudens Ducisſa acquieuit. Pudeat igitur ad negotium tam honeſtum in viro rationem non poſſe quod ſexus fragilitas vt plurimum auariſſima potuit muliere. R E L. Non me latet id ſatius eſſe, & conſultius, vt officia hæc minime diſtrahantur in tantam Reipublicæ perniciem. Cæterum ſi ſimplicia ſint iuriſque dictionem non habeant ſed nudam tantum adminiſtrationem vendi non prohibentur, iuxta ea quę paulo ante dicebamus: quandoquidem in his ambitio non incidat autore Guillel. Bened. *in repet. c. Raynutius. in verb. duas habens filias. n. 58. extra de teſtament.* Sed vtinam generalis fieret lex, qua huiuſmodi venditiones officiorumque commercia penitus extirparentur dignioribusq; munera concederentur, nec in filios renuntiatio permitteretur. Quam ſane legem fieri poſſe crederem, ſi tamen huiuſmodi officia gerentibus eorum valor iuſtus de publico præſtaretur: alias tutus in conſcientia minime eſſet legiſlator, vt *ſupra eadem parte, & c. n. 3. expendimus.* Donec tamen lex iſta condita fuerit officia huiuſmodi vendibilia eſſe, in bonisq; noſtris connumerari nemo dubitet. Videndus eſt tamen Dom. Soto vir vtique doctiſſimus *in ſuo de iuſtit. & iure libello, qu. 6. libr. 3. art. 4. in ſolutione 2. argumenti. &* Nauar. *in manual. confeſſor. c. 25. n. 7.* qui quoad animæ forum quid fieri poſſit circa huiuſmodi munerum venditionem late examinant.

CAPVT XIII.

OFFICIA ET DIGNITATES AN LICEAT EXPETERE, ſitque necne, peccatum, optime diſcutit.

SVMMARIA.

1 *An ſola voluntate liceat dignitatem appetere.*
2 *Ambitionis & appetitionis immoderatæ optima expoſitio.*
3 *Magnanimitas non eſt contraria humilitati.*
4 *Dignitatem & magiſtratum quando liceat expetere.*
5 *Puſillanimus bonis quæ meretur ſeſe priuat.*
6 *Talenta à Domino dat qui dicantur abſcondere.*

SED ne plus iuſto in his dimoremur, tempus, ratioque poſtulat, vt ad vltimam deue-
1 niamus quæſtionem: Nunquid † liceat ſolo volũtate officium, aut dignitatem ſecularem appetere & deſiderare. Et ſane vt B. Thom. inquit, 2. 2. *q. 131. art. 1.* ibidẽque Caiet. qui honores & magiſtratus ambit, hoc eſt, immoderate appetit mortaliter peccat Tri-
2 bus autem † modis, aiunt appetitum eſſe inordinatum: primum, ſi appeti teſtimonium de excellentia, quam nõ habet honoremue deſiderat ſupra ſuam, proportionem. Quo fit vt qui Magiſtratum aliumue honorem appetit, licet ſe eſſe eo dignũ exiſtimet, aut ratione

tione infamiæ, criminiſue in quo exiſtat aut imperitiæ, letaliter haud dubie peccat vt
ibidem Tho.& Caiet.aſſerunt & Archiepiſc.Florent.*ſuper Pſal.Defecerūt.tractatu de inter-
rogationib.c.de ſuperbia.*& in ſpeculo conſcientiæ *lib.1.c.12.ad fin.*Nauar.*in Manuali confeſſor.
c.23.num.*14.poſt Antonin.*2.par.tit.*3.*c.*5.§.4. Pariter & ſub iſto membro includitur teſte
Caiet.ſi quis honorem appetit quo licet ſecundũ ſe dignus eſt, attamen ratione alterius
dignioris efficitur dignus. Appetens igitur peccat, vt qui excellentiam dignioris appetat
quam non habet reſpectu alterius qui dignior eſt: & ſimiliter cum quis abſolute dignus
multis dignitatibus, quia tamen ſunt multi digni, qui ex coacervatione dignitatum vnũ
hominem priuantur illis, nõ appetit licite tot dignitates, appetit enim teſtimonium ex-
cellentiæ, quam non habet, ſcilicet dignioris: cũ non ſit dignus reſpectiue ad tot dignos,
qui propterea contemnũtur. Porro ad idem membrum reducitur, ſi dignus per indebita
media affectat, aut quærit honorem, eo enim ipſo indignus fit, vt qui quærat honorem
quo non ſimpliciter dignus nunc, licet alias eſſet dignus, niſi per talia media quæreret.
Sub eodem denique membro clauditur, qui magis affectat honorem, quam oporteat:
indignus ſiquidem eo redditur. Cum quærat teſtimonium excellentiæ, quam nõ habet,
vehementia namque appetitus excedit eam. Secundo etiam modo contingit, appetitũ
honorem eſſe inordinatum: ſi honorem quis ſibi cupiat, non referendo ad Deum. Id e-
nim quo homo excellit, non à ſe ipſo habet, ſed eſt quaſi quiddam diuinum in eo. Qua-
propter non honor ſibi principaliter, ſed Deo debetur. Tertio ſi honorem referat ad vti-
litatem aliorum, ſed appetitus eius in ipſo quieſcat honore: quod minime licet ſiquidẽ
id in quo homo excellit homini, tribuatur à Deo, vt alijs poſſit. Cæterum (vt hæc Caiet.
in glo. ſuper Tho. loco ſupra citato exponit) non intelligas peccare eum qui quo tempo-
re honor ſibi defertur non refert eum ad Deum neque ad proximum, ſufficit ſi referat,
cum neceſſitas referendi venerit, veluti cum pecuniam mihi debitam exigo non te-
neor referre eam ad talem vel talem vſum, ſed tũc demum, cum operę pretium fuerit ea
ea vti. Peccatum autem eſſet, eodem autore, ſi homo adeo delectaretur honore, vt
non curaret Dei honorem, modo ipſe habens honoretur, & ſimiliter nihil penderet,
aut honor vtilis eſſet proximis, modo honori, aut propriæ vtilitati conduceret, hoc e-
nim eſſet quaſi priuare quod ad eius attinet affectum. Deum & proximos relationibus
ſibi debitis dum in effectu contemnuntur. Ecce igitur qui honores, magiſtratuſque
ambit, & ſupra modum affectat, grauiter peccare dicitur. Verumenimuero † ſi non ſu- 3
pra modum expetat ſed cum ſe dignum eo honore, aut Magiſtratu eſſe credit, eoque
vere dignus ſit magnanimus is vere appellabitur. Nã teſte Philoſopho *Ethic.4.c.3.in princ.*
magnanimus is eſt, qui magnis eſt dignus, & dignum ſeſe magnis cẽſet: quod & Thom.
probat, 2.2.*q.*129.*art.* 1. *&* 2. *& in art.*3. profitetur eſſe virtutem quippe quæ onamentum
quoddã ſit virtutum: nã maiores efficit ipſas, & ſine illis ipſa non ſit autore Philoſopho
Ethic.4.c.3.col.2.in princ. Nec † contraria eſt humilitati prout Hugo de Prato cenſuit, re- 4
referente Guill. Bened *in repetit.c. Raynutius.in verb.duas habens filias n. 60.de teſtam.* dicens:
Æſtimare ſe idoneũ, & ſufficientẽ ad magiſtratꝰ adminiſtrationẽ, eſſe præſũptionẽ quæ
filia eſt ſuperbiæ, vt ibi per eũ. Appeti ergo nõ põt ſine peccato, iuxta illud Aug. *li.9.de ciu.
Dei. Locus,* inqt, *ſuperior ſi adminiſtretur, vt decet, indecẽter tñ appetitur.* Hęc ille. Attamẽ vt *præ-*

citato

Digitized by Google

citato art.3.q.129. Thomas concludit, magnanimitas nõ aduerſatur humilitati, quamuis in contraria tendere videantur: procedunt etenim ſecundum diuerſas conſiderationes. Nam magnanimitas facit, vt homo ſe dignum credat, ex conſideratione alicuius magni doni à Deo collati (veluti ſi magnam habeat animi virtutem, aut ſcientiam, bonorumve externorum fortunæ non pauca: omnia enim à Deo ſunt, vt Sapientia ait *Prouerb. 8. Meum,* inquit, *eſt conſilium & æquitas, mea eſt prudentia, mea fortitudo: per me Reges regnant & legum conditores iuſta decernunt, per me domini dominantur, & regnant omnes iudices terræ. Ego diligentes me diligo, & qui me mane quærunt, inuenient me. Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & iuſtitia.*) vt ex hac nimirum conſideratione magnanimus ad perfecta opera virtutis tendat. Id eſt, vt non ſibi tantum, ſed omnibus ſua omnia proſint. Ex alia autem cõſideratione humilitas facit, vt ſeſe parui pendat, nimirum ſi conſideret proprios defe-
5 ctus. Ex † his itaq; cernere licet, magiſtratum, dignitatem, & officium, iuriſdictionem habens, ab eo appeti decenter poſſe, qui ſe dignum eo reputat, inſpectis bonis naturę & gratiæ ſibi à domino collatis, ſcientiæ, videlicet, & prudentiæ, iuſtitiæ, & patientiæ, & ſimilibus, q̃uis ſe indignũ reputet humiliter eius conſiderans defectus, prudentiæ tamen ſuæ nõ innitens, quia hęc eſſet ſuperbiæ ſpecies, ſed diuino ſemper nixus ſuffragio æque & iuxta iuris præſcripta, quibus longo tempore operam nauauit, adminiſtrare ꝓponat,
6 vt ſic ad virtutũ perfectionem peruenire poſſit. Non † tanq̃ puſillanimus, qui licet bona mereatur, his tamẽ ſe ipſe priuat, quibus eſt dignus, atq; malũ quoddam habet, quia bonis ſe dignum non cenſet, & ſe ignorat: appeteret enim ea, quibus eſt dignus, cum ſint
7 bona, vt Ariſt. ait *præcitato c.3. ad fi. lib. Ethic. 4.* Nam † qui talẽta ſibi à Domino tradita, h.e. bona naturæ & gratiæ, in terrã abſcondit, crimen grauiſſimũ patrare dicitur, prout ſeruus ille neq̃ fecit, referente Matt. *c.25.* & Luc. *c.19.* qui talentis ſibi commiſſis vſus eſt ad mundi gloriã, & temporale lucrum, ſeu quæſtũ, non vero ad proximorũ vtilitatem, cui vſui Dominus deſtinauerat. Quid enim proximis tuis proderit donum iuſtitiæ, ſciẽtiæ, & patientiæ tibi à Domino datum, ſi carueris magiſtratu, & officio, aut alio inſtrumẽto, quib. illa ad eorũ reiq; publicæ cõmodũ exercere valeas? & quo pacto virtutis pfectionẽ expetere diceris, ſi inſtrumentũ aut munus cõſequi non expetieris, quo illam fratribus, ꝓximiſq; tuis cõmunicare valeas? Cõplures (inquit Ariſt. *Ethic.5. ad Nicomach. c.1. prope finem,*) in ꝓprijs vti virtute poſſunt, ſed in his q̃ ſunt ad aliũ, nequeunt, & ꝓpterea Biantis
8 illa ſentẽtia bene ſeſe habet, *Magiſtratus virũ oſtẽdit:* ad alium n. eſt, & in ſocietate iam ipſe magiſtratus cõſiſtit, ob id autẽ ipſum & alienũ bonũ ipſa iuſtitia ſola ex omnib. virtutibus, & habetur & eſt, cum ſit ad aliũ. Ita fit, vt qui magiſtratũ expetit, bonũ deſideret opus, nõ tamẽ plus q̃ oportet, & vnde nõ oportet, appetere debet, gloriã enim, imperium, & honorẽ, inqt Saluſt. *in Catilinario,* bonus & ignarus æquè ſibi exoptãt, ſed ille vera via nititur, hic vero cũ bonæ artes ei deſint, dolis, & fallaciis cõtendit. Nõ ergo ſic: medium
9 quippe eligendũ eſt, authore Philoſoph. 4. *Ethic. c. itẽ* 4. dicẽte, *Reprehẽdimus enim & ambitioſum hominem, atque honoris appetitione vacantem: illum, quia plus quam oportet, & vnde non oportet, honorem appetit: hunc, quia ne ob res quidem honeſtas honoribus affici vult.* & paulo poſt: *in quibus,* inquit, *nimium eſt atque parum, in ijs eſt & medium: at honores magis quam oportet affectantur, & minus: ſit ergo, vt & affectentur vt oportet.* Cæterum † quibus principales

cipales magiſtratus expetere licet, tria in ſe cognoſcere oportet (vt idem Philoſ. docet *Politic. 5.c.9.*) primum, vt ament præſentem ciuitatis ſtatum. Deinde, vt habeant potentiam maximam ad ea exequenda, quæ Magiſtratus requirit. Tertium vt habeant virtutem & iuſtitiam in vnaquaque republica ad ipſam rempublicam. Iuſte ergo Magiſtratu appeteret, qui hæc in ſe inuenerit, videritque adeſſe omnia, aut ſaltē ea quæ ad iuſte exequendū Magiſtratū quæcunque exiguntur. Et hoc forte ſenſerūt è noſtris Oldr. *in l. Barbarius. ff. de offic. præt.* Sal. *in l. 1. C. ad leg. Iul. de amb.* & Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi. 1. part. 60. conſider.* qui conſtāter aſſeruerūt, permiſſū eſſe Magiſtratus appetere ſolū moribus, & virtutibusque in deſiderāte operātur, per text. *in l. 2. officio rector. prou.* in quā ſententiam facit text. *in l. contra publicā. C. de re mil. lib. 12.* vbi ad honoris augmentū non ambitiōne, ſed labore vnumquenque conuenit euenire, & ita, teſte Auguſt. *lib. 4. de ciuitate Dei*, apud Romanos obſeruabatur, qui duo conſtruxerunt templa contigua in vrbe, vnum Deæ Virtutis, alterū Deæ Honoris, ita tamen vt ad templum Deæ Honoris non eſſet aſcenſus niſi per templum Deę Virtutis, refert Bern. de Buſtis *in 2. parte ſui Roſarij ſermone 9. litera H.*

CAPVT XIV.

MAGISTRATVS AN PETERE POSSINT DIGNI ET IDONEI, Sententiamque Fortunæ complectitur.

SVMMARIA.

1 *Magiſtratus an digni petere poſſint.*
2 *Magiſtratum recuſans an peccet.*
3 *Otium ab omnibus expetitur.*
4 *Magiſtratus cum honore annexum habent onus.*
5 *Appellare non licet à Fortunæ iudicio.*

ADVOCATVS.

FAteor ingenue, dignum, Magiſtratum appetere poſſe: nec eſt fere quiſquā teſte Auguſt. *ſuper Pſal. 1.* qui careat amore dominandi, & humanam non appetat gloriam: at nō debet finē ea in ſe ſuū conſtituere, nec aliter Deū offendat, vt Archiepiſc. Flor. *in ſuo ſuper pſalm. Defecerunt, libello de interrogat. tit. 8. de ſuperbia. c. de appetitione honorū*, atteſtatur. Quiſquis enim (teſte Greg. *in epiſt. ad Siagrū Epiſc.*) ſacerdotiū non ad elationis pōpā, ſed ad vtilitatē adipiſci deſiderat, prius vires ſuas cū eo ꝙ eſt ſubiturus omne metiatur, vt ſi eſt impar abſtineat, & ad id cū metu etiā, cui ſe ſufficere exiſtimat accedat; vt *in c. nō eſt putāda. in fi. 1.* Cęterū † id nobis peruelim inſinues, nūquid qui Magiſtratu dignus eſt, neque id ipſe idem ignorat, ſicut & appetere, ita & eum petere poſſit, abſque criminis labe? (REL.) Equidem ſi Archid. credimus *in c. 1. 48. diſt.* nihil eſt quod petere obſtet, cui Luc. quoque de Penna aſſentitur in *l. contra publicam. C. de re milit. lib. 12. in fin.* & Deci. *in c. cum in cunctis. princ. num. 20. extra de elect.* vbi amplius ait, nempe, quod crimen contrahit, qui recuſat ſuſcipere dignitatē quæ per alium exerceri non poteſt: ita refert voluiſſe Panor. *in c. venerabilem col. 7. de elect.* Hocque potiſſimum hodie veriſſimū eſſe autumo: 1 2

 quippe

Rei in quo ipſo conſiderandū eſt, ne aut temere deſperet propter ignauiā, aut nimis cōfidat propter cupiditatē, ſatis eſt vt qualis omnib' in ſe cognitis & conſideratis magiſtratum, quo in republicę vtilitatē virtutes exercere poſſit, iuſte expetere & à Principe poſtulare poſſit, etiā adhibitis precibus & ſuffragatoribus (non enim committitur ſymonia, nec ſi ambitio, preces ſuas porrigat pro digno, *c. veniens, ibique glo. in verbo deprecamini 35. q. 9. c. filium 1. q. 1.*) modo vt iam ſemel dixi, talenti ſibi à Domino dati exercendi cauſa id faciat vtilitatemque publicam pręcipue reſpiciens, licet alijs moueatur reſpectibus. Nam quid eſt obſecro propoſitum his reipublicæ gubernatoribus? quid intueri, aut quo curſum ſuum dirigere debent? ADV. Id quod eſt præſtantiſſimum, maximeque optabile omnibus ſanis & bonis & beatis, cum dignitate otium; hoc enim qui volunt omnes optimates, qui efficiunt, ſummi viri & gubernatores reipublicæ putantur. REL. Abſit, imo id eos intueri, idque eis eſſe propoſitum, eoque curſū dirigere oportet, vt laboribus curis & vigilijs, rebus ſemper ſtudeant publicis, ad idque neruos omnes intendant, teſte namque Philoſ. *Eth. 5. c. 6.* magiſtratus, cuſtos iuſti & æqui, alijs, non ſibi ipſi laborat. ADV. Ciceronem in teſtem affero meę aſſertionis, is, inquā, oratione 16. de lege Agraria contra Rullum, n. 24. Quid † tam populare, inquit, quam otium? quod ita iucundū eſt, vt & vos & maiores veſtri, & fortiſſimus quiſque vir maximos labores ſuſcipiendos putet, vt aliquando in otio poſſit eſſe, pręſertim in imperio & dignitate. REL. Atqui non ita rerum gerendarum dignitate homines afferri conuenit, vt otio non proſpiciant, neque vllum amplexari otium, quod abhorreat à dignitate, vt idem Cicero profitetur *in oratione pro Publio Seſtio. num. 85.* Cæterum † quid non afferat magiſtratus, & imperium oneris atque laboris? num lotis, quod aiunt, manibus dignitatem quis conſequi poteſt? Nempe idem Cicero, poſtquam curas, onera, laboreſque non paucos Principum magiſtratuumque enarrauerat, demū ſubdit: *Hanc ego viam inducet, ſi aut aſperam atque arduam, aut plenam eſſe periculorum atque inſidiarum negem, mentiar: præſertim cum id non modo intellexerim ſemper, ſed etiam præter cæteros ſenſerim.* Sed quid in eam rem teſtes adducimus exteros? imperator ſiquidem *in l. Iubemus. C. de prox. ſacr. ſcrin lib. 12. Labore,* ait, *dignitas conquiſita extraordinarium munus ignores.* Hęc omnia in quærenda dignitate patimur pariter & gerenda, laborem, ſtudium, curam, miſeriam, vigilias, & calamitates. Omnis vtique dignitas (inquit Papin.) habet annexa onera *in l. 1. § nec caſtrenſe. ff. de collat. bonor. l. continet. § 1. gloſſ. ff. quod metus cauſa. c. qui Epiſc. 8. q. 1.* Et in ſūma, quid aliud eſt poteſtas culminis, quā tempeſtas mētis? in qua cogitationū procellis ſemper nauis cordis quatitur: huc & illuc inceſſanter impellitur, vt per repētinos exceſſus oris & operis, quaſi per obuiantia ſaxa frāgatur, teſte Greg. *in Paſtorali.* Et idē rurſum ait, quod hic eminet omne, plus mœroribus afficit, quā honoribus gaudet, vt *in c. nemo. 13. diſt.* cui cōcinit illud vulgare, *Succedēs in honore, ſuccedit etiā in onere. c. aduerſus. de immū. Eccleſ.* Nā quid quæſo grauiꝰ homini, aut quid moleſtius, quid deniq; laborioſius, quā multorū curā gerere ſpectaculūque plurimorū ſēper exiſtere? Plautus ille Comicus durū admodū eſſe dicebat opus, multos corrigere, quippe cū ſeſe corrigāt pauciſſimi. Ex quo amarā eſſe & turbidā iudicū ſortē, pluribusq; expoſitā periculis, ſatis conſtat. Non modo muneribus apertam, ſed litibus, ſilentio vacuam, querimonijs plenam, iurgijs refertam. Quidquid enim ægrorū in prouinciæ, ſeu

Digitized by Google

dulgendum eſt: ſin autem proficiendi, & non præſidendi tantum, non modo non vitio dandum, ſed laudandum eum: eiusque poſtulationi & affectui condeſcendi oportebit, vt Dominic. Soto eleganter probat *in lib. de iuſt. & iur. 9. q. 2. art. 1.* ADV. Planè terruiſti, & pudefeciſti me. Nil eſt, quod poſſim vel hiſcere in contrarium; proferat iam iam quam malit Fortuna ſentētiam, ipſe libenter concludo. REL. Tantundem † neque 5
ab eius iudicio appellare licebit, vt Bald. aſſeruit, quem cæteri ſequuntur *in l. ſi duobus, in princ. C. commun. de legat.* Paris à Puteo *in tractatu de ludo, num. 57.* Catellia. Cotta *in memoriali incipiente, Fortis diiudicatio.* Iaſ. *in l. huiuſmodi. §. vltim. 3. col. num. 12. ff. de legat. 1.* Anton. Gomez. *in l. 38. in conſtitution. Taurinis, in fin.* Marſilius *in l. 1. num. 140. C. de raptu virg.* Tulit ergo Fortuna ſententiam in hunc modum:

SENTENTIA FORTVNÆ.

Controuerſiæ huius auditis meritis nullum fore iudicium inuenio, rei ſiquidem perſona defecit: haud enim alterutri veſtrûm dare licuit quod minime poſſidebat; Magiſtratus & honores quilibet expetebat, & Deum ſummum eorum largitorem æquumque diſtributorem non inuocabat? Quis ô inſani, Magiſtratus ſine ipſo, aut opes dare poterat? fruſtra igitur moleſtia infertur ei, qui eo caret, quod poſtulatur. Quare declarare libet, proceſſum cauſæ fuiſſe nullum, meque ab huiuſmodi temeraria petitione abſoluo, ſilentium vtrique litigantium imponens, vt de his hactenus, ſuoque vnuſquiſque inſeruiat muneri, donec aliud ſummo gubernatori viſum fuerit: Neque me eis redditurā eiuſmodi munera, quaſi vt bene meritis debita deinceps expectent (vt cui nulla huiuſmodi conceſſa facultas fuerit) ſed quum ipſi ſummo largitori libuerit, aut his quibus ipſe ea diſtribuenda commiſit. Cui conſequens erit ſententiam Præfecti Prætorio Pintiano reuocandam fore: eamque tanquam iniquam in eo quod huic aduerſatur, reprobo & ſuſpendo, donec aliud domino, aut his quibus hoc muneris eſt, viſum fuerit, Ita pronunciaui, Fortuna.

Quæ quidem ſententia vtpote nulla prouocatione ſuſpenſa in rem tranſiuit iudicatam. Cauſaque manet indeciſa, donec Honorum, atque Fortunæ vero largitori, aut ei, cui eorum diſtributio hoc in æuo commiſſa fuit, placuerit.

R 3 INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM, QVÆ IN HOC DIALOGO CONTINENTVR.

PARTIS PRIMÆ.

Operis introductionem, & de otio, ludo, & muſica, plura continet Caput Primum.

Quæſtorum genera diuerſa enarrantur, Candidatoſque Relatoribus comparari, inſinuat Caput II.

De Candidato, Quæſtore, Cancellario, & Regis Secretario agit Caput III.

Quæſtorum candidatorum genera ſex, & an Relatoribus comparentur? & de Regio conſilio tractat Caput IV.

Cancellariam Regij partem eſſe Conſilij, plurimiſque in conſiſtorijs conſiliarios & auditores Relatorum munere fungi, refert Caput V.

Relatores an adeſſe expediat, cum ſuffragia præſtantur, & iuriſperitos, & eloquentes eſſe oportere, aduertit Caput VI.

Aduocatorum laudes præ ſe fert Caput VII.

Aduocatorum quorundam abuſus, & an lites ſuſcitent, tractat Caput VIII.

Aduocatorum dignitatem, quorundamque defectus deſcribit, & Relatorum calamitates refert Caput IX.

PARTIS SECVNDÆ.

Relatorum munus in omnibus præferri patrocinio, quorum plura nomina: & Aduocatorum ſimul deſcribit Caput I.

Aduocati coram iudice quomodo orare & poſtulare teneantur, explicat Caput II.

Relatorum fidem & authoritatem, Aduocatorumque quorundam in orando defectum inſinuat Caput III.

Leges à quibus primum & quo tempore latæ fuerint, & an tunc Aduocati eſſe cœperint, exponit Caput IV.

PARTIS TERTIÆ.

Relatores ſuperiores eſſe Aduocatis, vt alij maiores promouentur magiſtratus, iudicum cum Aduocatoribus comparationem tradit Caput I.

Nobilitatem magis arboris vicem obtinere quam arbor plantetur, pluraque de nobilitate prodit Caput II.

Generoſorum vitia enumerat Caput III.

Nobilitas propria virtute acquiſita an præferatur nobilitati generis? Caput IV.

Filij cum in magiſtratus creantur, patris virtutem conſiderandam eſſe, & dignitatem ſi eandem forte habuerunt, docet Caput V.

Radices arboris exponit, timoremque Dei eſſe in iudice primam radicem oſtendit Caput VI.

Iuris ſcientiam in iudice exigi, arborisque eſſe radicem ſecundam, aperit Caput VII.

Principes an egeant literarum ſcientia, & de eius conſiliarijs tractat Caput VIII.

Radicem tertiam arboris, hoc eſt, experientiam, deſignat Caput IX.

Stipitem arboris noſtræ eſſe authoritatem, declarat Caput X.

Iudicum authoritatem & poteſtatem demonſtrat Caput XI.

Stipitis latitudinem, hoc eſt, fortitudinem & integritatem inſinuat Caput XII.

Iudices non ſuſpitioſos nimiumque credulos eſſe oportere, propriaque non inſpicere commoda, ſed publica docet Caput XIII.

Effectus fortitudinis continet Caput XIV.

Ne amici cauſa deuietur à iure, amicitiæque effectus plurimos promittit Caput XV.

Rationem legis eſſe animam, verba corpus oſtendit clare Caput XVI.

Amicitiæ cauſa plurima indulgeri refert Caput XVII.

Digitized by Google

Amicos contineri appellatione fratrum, filijque carnem patris eſſe audacter probat Cap. XVIII.

Amici cauſa plurima tolerantur, Caput XIX.

Amicorum præſentia dolum & metum ceſſare facit etiam reuerentialem Caput XX.

Amicitia in pluribus nocet, vt docet Caput XXI.

Amicitia & amor quibus dignoſcantur ſignis, & quomodo probetur oſtendit Caput XXII.

Arboris noſtræ ſtipitem ad flatum venti ocidentalis, hoc eſt, ratione præmiorum, vel pecuniæ moueri non debere, & de auaritia & cupiditate agit, Caput XXIII.

Iudices an munera capere poßint, examinat Caput XXIV.

Litigatori an liceat aliquid dare iudici, vt eum corrumpat, & an ipſi accipere, Caput XXV.

Munera dare iudici, etiam nullo adiecto pacto, an liceat, diſcutit Caput XXVI.

Iudices an contrahere poßint Caput XXVII.

Iudicibus negotiari prohibitum adſeuerat Caput XXVIII.

Officialis ex officio quod adminiſtrat quidquam emere non poteſt, Caput XXIX.

Iudices mutuas pecunias an poßint accipere, examinat Caput XXX.

Et an poßint nubere in loco vbi adminiſtrant, Caput XXXI.

Eſculenta, & poculenta an poßint accipere, Caput XXXII.

Pœnas aduertit multifaria munera capientibus impoſitas, Caput XXXIII.

Pœna antiqua an tollatur per nouã, Cap. XXXIV.

Iuſtitiam auro violari, ob idque pœnam maiorem eſſe ſtatuendam iudicibus munera capientibus ſuadet Caput XXXV.

Arboris ſtipitem ad flatũ venti Meridionalis, hoc eſt ratione timoris, vel potentiæ flecti non debere, admonet Caput XXXVI.

Arboris noſtræ ſtipitem ad flatum venti Septentrionalis, hoc eſt, ratione iræ aut inimicitiæ flecti non oportere, aduertit Caput XXXVII.

Corticem arboris noſtræ, qua patientia deſignatur Caput XXXVIII.

Celeritatem in iudicibus eſſe pernicioſam, ob idque fugiendam docet Caput XXXIX.

Celeritatem in definiendo, quandoque requiri Caput XL.

Medullam arboris, quæ veritatem & fidelitatem & ſecretum continet, deſcribit Caput XLI.

Iudices veritatemne an probata ſequi oporteat, diſſerit Caput XLII.

Libellus an ſit de ſubſtantia iudicij, & an eius omißio vitiet proceſſum iure noſtro regio, diſcutit Caput XLIII.

Citatio, & litis conteſtatio an requirantur, tractat Caput XLIV.

Publicatis atteſtationibus, teſteſne poßint recipi ſuper eiſdem articulis, aut directo contrarijs, longe diſcutit Caput XLV. & ſeq.

Plurimas proſequitur limitationes Caput XLVI.

Alias continuat Caput XLVII. XLVIII. LXLIX.

De probatione, quæ fit ad perpetuam rei memoriam, agit Caput LI.

Concluſio in cauſa an ſit de ſubſtantia, Cap. LII.

De fidelitate agit, per quam medulla arboris repræſentatur, Caput LIII.

De ſecreto, quod arboris quoque medullam repræſentat, Caput LIV.

Arboris noſtræ ramos eſſe iudicis officiales, fingit Caput LV.

Arboris noſtræ rami, quo ſint tempore putandi, reſecandi, aut inſerendi, quiſue ſit eorum putator, docet Caput LVI.

Flores arboris eſſe comitatem, affabilitatem, & eloquentiam, inſtruit Caput LVII.

Arboris frondes eſſe prudentiam, & ſenectutis laudes præſcribit Caput LVIII.

Prudentiæ partes, vitiaque virtutem imitantia continet Caput LIX.

Arboris fructus, hoc eſt, iuſtitiã, explicat Cap. LX.

Iuſtitiæ comparationem, & depictionem tradit Caput LXI.

De

De ſeueritate, ſtricto iure, & æquitate agit, Caput LXII.

Æquitatis definitionem expendit Caput LXIII.

Quando iuris rigor, quando autem æquitas ſit admittenda, diſtinguit Caput LXIV.

De modo corrigendi officiales, agit Caput LXV.

De venia, miſericordia, & clementia, & quales fuerint Magiſtratus, tales eſſe miniſtros oſtendit Caput LXVI.

Relatorum laudes continet, omniaque in iudicibus requiſita in eis inueniri, Caput LXVII.

Officia gradatim eſſe conferenda, non per ſaltum, admonet Caput LXVIII.

Relatorem præferendum in magiſtratibus conſequendis Aduocato, contendit Caput LXIX.

Aduocatus in eius gratiam retorquet fundamenta Relatoris, ſententiamque præfecti continet Caput LXX.

QVARTÆ PARTIS.

Appellationem ad Fortunam, eamque eſſe cæcam contendit, eiusque definitionem tradit Caput I.

Fortunam eſſe virtuti comitem & de duplici genere Fortunatorum agit Caput II.

Fortunam, caſum, aut fatum, an iuxta religionem Chriſtianam nominare liceat, expendit Caput III.

De fato & fortuna plura tradit Caput IV.

Dignitates an à Deo immediate, an caſu fortunâue obuenire dicantur: ſitne cæca Fortuna, examinat Caput V.

Fortuna & caſus quare cæci putentur, & an caſus fortuiti veniant in bonæ fidei contractibus, diſcutit Caput VI.

Fortuna an ex eo, quod nomen obtineat fœmineũ, eſſe poſſit iudex differit Caput VII.

Pauperemne an diuitem magiſtratui præficere magis expediat, longe diſputat Caput VIII.

Honores & officia an ſint ambienda, & plurima contra ambitioſos congerit Caput IX.

Poſſint necne licite peti magiſtratus, cæteraq; publica munera, & quæ officia vendi poſſint, inſinuat Caput X.

Officia tabellionatus aliaue iuriſdictione carentia vendi necne poſſint, examinat Caput XI.

Officij tabellionatus renuntiationem in idoneum factam an poſſit princeps non admittere, & an poſſit ius quæſitum tollere, arguit Caput XII.

Officia & dignitates an liceat appetere, ſitq; necne peccatum, optime diſcutit Caput XIII.

Magiſtratus an petere poſſint digni & idonei, & ſententiam Fortunæ complectitur Cap. XIV.

ELEN-

ELENCHVS SEV INDEX RERVM MAXIME NOTABILIVM QVÆ HOC IN DIALOGO tractantur.

A

Acceptio perſonarum in iudicijs, ſitne peccatum? 3 part. cap. 13. num. 6.
Accuſationes non ſunt facile admittendæ contra approbatos viros part. 3, cap. 56. num. 10.
Actor teſtes ad perpetuam rei memoriam non poteſt producere, niſi in caſibus traditis. 3, part. cap. 50. num. 7.
Adulatio eſt eſca perditionis. 4 part. cap. 9. num. 8.
Aduocati labores. 1. part. cap. 1. num. 1.
Aduocationis munus viri inſignes geſſerunt. 2. part. cap. 7. num. 2.
Aduocatus fuit Chriſtus hoc in auo. 1. part. cap. 7. num. 3
Aduocati plures ſancti nuncupantur. 2. part. cap. 7. num. 4.
Aduocationis munus laudabile, & meritorium. part. 1. cap. 7. num. 5.
Aduocatio vtilis, & neceſſaria, part. 1. cap. 7. num. 6.
Aduocationis & Iuriſperitiæ laudes. part. 1, cap. 7. num. 7.
Aduocati litigia an ſuſcitent? part. 1. cap. 8 num 1.
Aduocati non adſunt in cauſa hæreſis. part. 1. cap. 8. num. 4.
Aduocati cauſam litigijs non præſtant. part. 1. cap 8. num. 5.
Aduocatorum abuſus. ibid. num. 6.
Aduocatorum munus vtile reipublicæ, ibi. num 7.
Aduocatorum quorundam defectus. part. 1. c. 9. n. 1.
Aduocatio ſenibus inhibetur. ibid. num. 2.
Aduocatorum pericula remiſſiue ibid num. 3.
Aduocati dignitas, & honor. ibid. num. 4.
Aduocati fori regij dignitas & immunitas. part. 1. cap 9. num. 6.
Aduocati, oratores, eorumque laudes. part. 1. cap 9. num. 7.
Aduocati pluribus nuncupantur nominibus. part. 2. cap 1 num. 5.
Aduocati cum loquuntur coram iudice, ſtare debent, non ſedere, part. 2 cap 2. num 1.
Aduocati quomodo coram iudice orare debeant, quo vel vultu & geſtu? ibid. num 2.
Aduocatorum defectus, part. 2. cap. 2. num. 4.
Aduocatorum antiquitas. part. 2. cap. 4. num. 6.
Aduocati quo tempore eſſe cœperunt, part. 2. cap. 4. num. 13.
Aduocatos eloquentes eſſe oportet. part. 3. c. 57. n. 3.
Aduocati ſapientes, ibid. num. 2.
Aduocati experti ad modum d 3. p. c. 70. num. 30.
Aduocati mites, ibid. num. 4.
Aduocati prudentes, ibid. num. 5.
Aduocati fideles, ibidem.
Aduocatis ſecreta pandere non licet. 3. p. c. 70. n. 6.
Aduocati iuſtitiam quærunt, ibid. num 8.
Aduocati in pluribus Germaniæ ciuitatibus non adſunt, part. 1. cap. 8. num. 2.
Aduocatis adnaſcitur affectio, quam perquam difficile eſt ab eis ſeparare 3. p. c. 70. num. 9.
Aduerſitates & infortunia non eſſe mala, imo nobis vtiliora cenſuit Seneca. part. 4. cap. 6 n. 10
Aequalitas eſt amicitiæ parens & altrix. part. 3. cap 22. num. 11.
Aequitas pluribus nuncupatur nominibus, part. 3 cap. 62. num. 5.
Aequitatis definitio multiplex, ibid. num. 6. & cap 63. num 1.
Aequitas ſcutum inexpugnabile, part 3. c. 62. n 7
Aequitas mente legis innititur, ius autem verbis, 3 part. cap. 62. num. 8.
Aequitatem rationi coniunctam, non imaginariam ſequi oportet, ibid. num 9.
Aequitatis altera definitio ex Oldendorpio part. 3 cap. 63. num. 1.
Aequitas à ſummo iure in quo differat. part. 3 cap. 63. num. 3. & 8.
Aequitatis circumſtantia ibid. num. 5.
Aequitatem præ oculis iudex habere debet, ibidem num. 10.
Aequitas non ſcripta præfertur rigori non ſcripto. part. 3. cap. 64. num. 2.
Aequitas à iudice eſt amplectenda his quæ eius arbitrio conferuntur, ibid. num. 4.
Aetatem ſupplet perinde probitas atque malitia. part. 3. cap 58. num 25.

Digitized by Google

Alimenta non includuntur in generali prohibitione. part.3.cap. 27.num.11.
Ambiendi potestas non eſt, part.4 cap.9.num.1.
Ambitio quid? ibid.num.5.
Ambitioſus belle depingitur, part.4. cap 9.n.6. ibique eius mores enarrantur,
Ambitio ex ſuperbia procedit, qua locuſta comparatur, ibid. ad fin.
Ambitioſus timidus, part 4.cap.9.num.7
Ambitio miſerrima res eſt, inſatiabilis & reipub. pernicioſiſſima. ibid num.10.
Ambitio plurima mala ſecum adfert ex Budei ſententia pulcherrima, ibid num.11.
Ambitus quid, part.4.cap 10.num.6.
Ambitionis & appetitus inordinati optima expoſitio, part.4 cap.13.num.2.
Ambitioſus dicitur non liber, part.3.cap.23.num.8.
Amici cauſa non eſt à iure deuiandum, part.3. cap.14 num.2
Amicitiæ prima lex, ne rogemus res turpes, nec faciamus rogati, ibid. num.3.
Amicitiæ triplex conditio, ibid num.6.
Amicitia inter improbos proprie non eſt, ibid. n.7.
Amici propinquis æquiparantur, part.3.cap.15.n.1.
Amici cauſa clauſula codicillaris an cenſeatur appoſita, num.2.
Amici cauſa clauſula renocatoria primi teſtamenti, an cenſeatur appoſita, ibid.num.3.
Amicus an admittatur ad agendum ſine mandato, ibid num.4 & pluribus ſequentibus.
Amicitia quæ facile tollitur, ibid. num 5.
Amicus pro amico quando agere poteſt ſine mandato, ibid.num.9.
Amicus quare propinquis adequetur, ibid. n.10.
Amicus conſanguineis præfertur, interdumque magis diligitur, ibid. num 11.
Amicitia nihil conducibilius, part.3.cap.15 num.12.
Amicis omnes indigent, ibid.num.13.
Amicitiæ cauſa diſpoſita in coniunctis ratione præſumptæ affectionis locum obtinent amicis, ibid. num.2.
Amicus an poſſit appellare pro amico abſente, p.3. cap.16 num.2.
Amicus an electionis poſſit confirmationem petere, ibid num.3.
Amici contemplatione legatum factum præſumitur potius quam eccleſiæ, ibid. num.4.
Amicis omnia communia eſſe decet, ibid.num.5.
Amici cauſa taciturnitas habetur pro conſenſu, ibid. num.6.
Amicitia an ſanguinis coniunctioni præferatur? ibid. num.7.
Amicitiæ cauſa legatum incertum non vitiatur, part.3.cap.17 num.1.
Amicus perinde atque conſanguineus, an poſſit amici offenſorem impune occidere? ibid.num.2.
Amico meo iniuria facta, mihi fieri cenſetur, ibid. num.4.
Amicus poteſt iniuriam amici in iudicio vindicare, ibid num.5.
Amicus poteſt pro prouocato reſpondere, ibid, n.6.
Amicus pro amico ſtipulari poteſt, licet ſecus ſit in contineetis, ibid.num.9.
Amicitiæ cauſa maior ſumma in dubio legata cenſetur, ibid.num.10.
Amico magno donatio facta, an reuocetur filiorum ſuperuenientia, ibid num 11.
Amici cauſa diſpoſitum in l. cum auus. ff de cōdi. & demon. an locum habeat in amici ſobole. part.3. cap.18 num.1.
Amici ſuorum appellatione an contineantur? ibid.num.2.
Amicitia non cenſetur eſſe eadem erga deſcendentes amici, quæ eſt erga aſcendentem, ibid.num.2.
Amici veteriſſimi, amicus nouus non æquiparatur ſemper, ibid.num.10.
Amicis gratiam poteſt iudex quandoque facere. part.3.cap.19.num.1
Amico an poſſit pœna remitti per iudicem? ibid. num.2.
Amico honeſta poſſunt à iudice concedi, ibid.num.3.
Amicitia efficit, homicidam non dolo præſumi, ſed caſu feciſſe homicidium, part.3. cap.19 num.6.
Amicorum præſentia, ſicut & iudicis, dolo & metus ceſſare facit præſumptionem, part.3 cap 20.n.1.
Amicorum præſentia an metus reuerentialis præſumptionem ceſſare faciat? ibid.num.7.
Amicitia apud quoſcunque in rebus dubiis plurimum valet, part.3.cap.20.num.20.
Amici gratia verbum Volo inducit diſpoſitionem, ibid.num.21.
Amicitia an minuat fidem teſtis, part.3.cap.21.n.1.
Amicus eſt idoneus teſtis cum agitur de amici moribus, part 3.cap.21.numer.4.
Amicitia vſuræ præſumptionem excludit, part.3. cap.19 num.5.
Amicus an præſumatur conſenſiſſe crimini per amicum patrato, part.3.cap 21.num.7.
Amicitia ex quibus dignoſcatur ſignis, part.3. cap.22.num.1.

Amicitia ex frequenti conuerſatione contrahitur, ibidem,num. 2 Et in prohœm.ibid.num.3
Amicitia non ſemper in militia contrahitur ibid. n 5
Amicitiæ probandæ ſpecies, ibid.num 6
Amicitia vera inter bonos duntaxat contrahitur, ibidem,num.7
Amicus omni tempore diligit, & proſperitate & aduerſitate,ibid.num.5
Amici in abſentia ſe mutuo diligunt,ibid.num.17
Amici conuocati ad aliquid ſuper agendum, eo lœni iure quo & principalis iudicari,ibid.num 18
Amicis vi repellere poteſt vim amico factam, ibidem num.20
Amor creſcit ex maxima conuerſatione, & econuerſo,3 part.c.22 num.4
Amoris veri effigies,ibid. num.8.
Amoris veri quatuor ſigna.ibid num 10
Animæ partes,3.part c 38 num.4
Anima afficitur animum ex diſpoſitione corporis. 4 part c.4 num.2
Appellare non licet a ſententia contra officiales lata. part 3.c 56 num 2
Appellatio aduocati ad fortunæ arbitrium, 4. part in princ num 9
Annuum legatum vel promiſſio an ad heredes tranſeat.3.part c.18 num.11
Appellare nō licet a fortunæ iudicio 4. part cap.14.
Arbori iudex adæquatur 3 part.c.1 num 1
Arbor naturalis optime coaliti plura continet, quibus fructus producit ibid num 3
Arbor artificialis,hoc eſt,iudex eadem continere debet quæ arbor naturalis,ibid.num.4
Arbor antequam plantetur,ſolum inſpici debet, hoc eſt in iudice nobilitas,3 part c.2 num.1
Arbor ſicut plantari debet in feraci terra, iudex ex optima terra, hoc eſt, nobilitate, eligi debet.3.part. cap 2 num.2
Arboris noſtræ, hoc eſt, iudicis prima radix eſt timor Domini 3 part.c.6.num 1
Arboris noſtræ radix ſecunda, Scientia.3.p.c.7.n.1
Arboris eiuſdem 3.radix, experientia 3.part.c 9 n 1
Arboris ſtipites fortitudinem, & authoritatem repræſentant in iudice 3.part c.10. num.1. & c.12. num.1. & deinceps
Arbor bene radicata ad nullius flatū vētis flectitur, 3. part. capit.14. & pluribus capitibus ſeq.
Arboris cortex in iudice patientiam deſignat.3.part. cap 38 num 1
Arboris medulla veritas 3.part c 41
Arboris medulla fidelitas.3 part.c.53
Arboris medullæ ſecretum.3 part.c.54.
Arboris ramis officiales adæquantur 3.part.c 55. num.1 & deinceps.
Arboris bonus ſurculus relator,3. part. capit.56 num.18. & c 67 num.9
Arboris eiuſdem flores,comitas, vrbanitas, eloquentia,3 part.c.57
Arboris frondes prudentia & prouidentia 3 p.c. 58
Arboris fructus,iuſtitia & æquitas 3.p.c.60. & 63
Arboris ſtipes amplectitur radicibus coalitis.3.part. cap 12 num.4.
Arbores noſtræ, quibus iudices repræſentantur, ſicut & naturales, ſuo ſiunt tempore rigandæ, ne acerbos emittant fructus 3.part.c.61.num.6
Arbor quæ citius perficitur, eſt breuioris vitæ 4.p. cap.5.num.5
Arbitrio iudicis plurima committuntur,3 part. cap.6 ,.num.3
Auaritia, ſeu cupiditas fugienda eſt, 3.part.c 23. num.2
Auaritia radix eſt omnium ſcelerum & mater, ibidem.num.4
Auaritia mala,ibidem,num 5
Auaritia animum virilem effœminat, ibidem, num.9
Auaritia turpior eſt ira,ibidem,num.11.
Auaritiā nullum tetrius vitium,maxime in his qui reſpublicas regunt,ibidem,num.14
Auarus dicitur vere pauper,licet diuitias poſſideat, ibidem,num.6
Auarus eſt vere ſeruus,ibidem,num.7
Auditores Rotæ Relatorum munere funguntur.2. part c 3 num.4
Auditores olim in Hiſpania cauſas referebant mutuo.3.part.c.67.num.5
Authoritas magiſtratus comitate, & humilitate augetur,non minuitur.3.part.c 38.num.9

B

Bellum ſine armis nemo ſanæ mentis tentat,1. part.c 8.num.3
Beneficium principis nemini debet eſſe illæſorium, nec eius prætextu decipi,ſed iuuari,4.part.cap.12. num.10

C

Calamitas virtutis eſt occaſio,3. part. cap.67. num. 8.

Digitized by Google

Cancellaria regia eſt pars regȳ conſilij, p.1.c.5 n.2.
Cancellarij dignitas, part.1.cap.3.num.4.
Cancellarius an quæſtoris candidato comparetur? ibidem, num.3.
Canonicus in cauſa canonici recuſari poteſt, part.3. cap 15 num.6.
Cauſa prohibitionis ceſſante ceſſat prohibitio, part.3. cap. 21 num.7.
Cauſæ quæ ſuper rebus aguntur, quæ breuiſſime corrumpuntur, celeriter ſunt expediendæ, part.3. cap. 40 num.5.
Cauſæ notoriæ celeriter ſunt expediendæ, ib. num.6.
Cauſæ criminales celeriter ſunt in curijs expediendæ, ibidem, num 7.
Cauſæ clericorum in curijs Regum celeriter expediendæ, ibidem, num.8
Cauſæ quamplurimæ celeriter expediendæ, reu iſſine, part.3.cap. 40.num.9.
Cautio quæ? part.3 cap. 59.num.9.
Caſtigatio omnis contumeliis vacare debet, part.3. cap. 65.num.6.
Caſus fortuiti non veniunt in contractibus bonæ fidei, 3 part cap.6.num.1
Caſus fortuiti generaliter aut particulariter renunciati veniunt in contractibus bonæ fidei, part.4. cap.6 num.3.
Caſus rariſſimus, penitusque inſolitus non venit in conſiderationem, nec de eo tenetur qui in ſe ſuſcipit omnem caſum, aduerſamque fortunam, ibidē, num 5.
Caſus fortuiti & inſoliti quando liciter conſiderantur, ibidem, numero.6.
Caſus inſolitus dicitur, ſi genere ſpeciei veniat contra pactum, ibidem, num.8.
Carcer genus eſt torturæ, nec ad pœnam, ſed ad cuſtodiam inuentus, part.1 cap.9 num 12
Celeritas in proferendo iudicium, quandoque requiritur, part.3.cap.40. num. 1.
Celeritas in cauſis plurimis expediendis exigitur, ibidem, num 2.
Citatio requiritur etiam in cauſis ſummarijs, & in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta, part.3.cap. 44.num 1.
Citatio quibus in ſpeciebus non exigitur, ibidem, remiſſiue, numero. 2.
Citatio abſque iudicis præcepto an fieri poſſit? ibidem numero 3.
Citatio vnica generalis ad omnes an ſufficiat actus, ibidem, numero 5.
Citatio circumducta an interrumpat præſcriptionem, aut perpetuet actionem? ibidem, num.3. ad finem.
Citatio an requiratur in examinatione teſtium ad perpetuam rei memoriam. part.3. caput 50 n. 2
Citatio non requiritur ad probandum caſum in longinquis partibus, ibidem, num.13.
Circumſpectio quæ, part 3 cap.59.num.6.
Ciuilis ratio non debet a naturali recedere, longe minus illi repugnare, & quid ſi repugnare videtur. part.3.cap 63.num 2.
Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, quindecim effectus remiſſiue part.3.cap 42.num.2.
Clementia quid? part 3 cap 66.num.12
Clementia pendet libero vtitur arbitrio atque æquitas ibidem, numero 13
Clientum origo, part.2 cap 4 num 2
Clientium patrocinium, ibidem, num.22
Comitas & vrbanitas plurimum valet ad amicos, diuitiasque parandas. part.3. cap.38 num 5.
Communis opinio quæ dicatur part.3 cap 15.n 8
Concluſio in cauſa an ſit neceſſaria? part 3. cap.52. num 1
Conſcientia quid, part.3.c.6.num.9
Conſiliarius bonus optimum reddit principem eius conſilia ſectantem part.3 c 8.num.7
Conſiliarij regij quandoque referunt, part.1.c.5.n.5
Conſilium regium a ſenatus adæquatur. part 1.c.4. numer 8
Conſilium regium pars dicitur corporis ipſiusmet regis, ibidem, numer 9.
Conſilium regium olim vnum in Hiſpania, hodie vero duo, atque deinde ampliari, ibidem, numer.1.
Conſilium Veneti, principibus vtile admodum part.2.c.8 num.8
Conſiliarij officiales appellantur, part.3.c.55.num.2
Conſtans quis ſit? part.3 c.39.num 5
Conſules olim carceribus tradebantur, part.3. cap 9.num.13.
Conſules olim referebant ſenatui part.2.c.3.num.6
Contrahere prohibitus cum certo genere perſonarum, poterit eis in teſtamento relinquere. part.3. cap 27 num.12
Contrahere prohibentur, qui circa iudices officia gerunt, part.3 c. 28.num.15
Correctores de nobilibus non iure periti creantur. part.3.c.7.numer.4
Cortex arboris in iudice patientiam deſignat, part.3. cap.37 num.1.
Corruptionis crimen poſt mortem iudicis opponi poteſt, part.c.33.num.9

Crudelitas

Crudelitas nimia deceptionum mater eſt.c 13 n.9
Cum pertinacibus non eſt contendendum niſi coram iudice 1.part c 1.num 11.
Cupiditas, vide ſupra Auaritia.

D

DEcretum iudicis eodem momento interpoſitū, quo authoritas petita fuit, eſt nullum, redditque contractum minoris nullum. part 3. cap 39.num.12.
Decuriones contrahere an prohibeantur. part.3. cap.28.num.17.
Deliberatio laudatur.3 part.c.39.num.18.
Delictum in dignitate augetur.part.3 cap.28.n.9
Deus, fortuna, & ars, quod omnia humana gubernent, quomodo intelligatur.part.4.c.3.num.5.
Digniores ad honores vocare oportet, nullo diſcrimine generis habito.part.3 c.4.num 10.
Dignitas à patre non à matre prouenit p.3.c 5.n 9
Dictio plus vel minus ad modicam refertur quantitatem.part.3 c 20.num 13
Dictio vltra & citra ad modicam refertur quantitatem.part.3 c.20.num 14
Dignitates quomodo ſint concedendæ? an gratis, an data pecunia, an e contra, vide infra in verbo officia, & part.3.c 68.per totum.
Dignitates & officia debentur iuxta labores cuiuſque.part.3.c.69 num.2.
Dignitates & imperia à Deo procedunt. part.4. cap.5.num.2.
Dignitates caſu obuenire aut fortuna quomodo intelligatur, ibidem, num.3.
Dilatio ad probandum, an ſit de ſubſtantia iudicij. part.3.c 45.num.1
Dilatio ad probandum iure regio ex cauſa differri poteſt 3 part.c.48.num.8.
Diuitias amare, anguſti paruique animi eſt, part.3. cap.13 num.3
Diuites præferuntur pauperibus in magiſtratibus & honoribus conſequendis, part.4.c.8 num 7.
Diuitiarum medium metitur ex eo quantum ſibi ſatis eſt, ibidem, num.8.
Diuitum mores praui, ibidem, num, 10.
Diuitiarum vituperium, ibidem.
Diuites vere ſunt, qui moribus, ſcientiis & diſciplina abundant.part 4 c.8.n 11.
Doli actio contra quos non cõpetat.part.3.c.36 n.11.
Doctor indigne gradum conſequutus peccat, part.3. cap.4.num.18
Donatio amico magno facta, an reuocetur filiorum ſuperuenientia, 3.part.c.17.num.11
Donatio inter virum & vxerem quare prohibeatur, part.3.c.21.num.8
Dotalis fundi alienatio ab vxere cum iuramento facta, quando valeat metu reuerentiã ceſſante, part.3 c.20.num.17.
Dubitans recte non valet diſcernere, part.3.c.63.n.9

E

ELigens indignum peccat.part.3.c.8.num.16
Eligens indignum, quomodo ad reſtitutionem teneatur.part 3.c 56.num.15.& c.66.num.22
Eloquentia quid? & de eius laude plurima, part.3. cap.57.num.2
Eloquentia ſapientia ornata eſſe debet p.3.c 2.num.8
Empirici medici an rationalibus præferuntur? part.3.c.9.num.18
Experientia paſſiue in iudice eligendo requiritur, part 3 c.9 num 1.
Experientia facit artem, ibidem.num.9
Experientia actiue in iudice requiritur, 3 p.c.9.n.5
Experientia magnis in rebus maxime eſt neceſſaria, ibidem, num.11
Experientia in iudicibus neceſſaria, ibidem.num.12
Experientia in nauigatione requiritur, ibidem, n.13
Experientia in rebus bellicis, ibid num.14
Experientia in agricultura, ibidem, num.15
Experto fides eſt adhibenda abſque demonſtratione, ibidem.num.16
Experientia eſt mater prudentiæ. part.3.c 58 n.10
Extenſio non dicitur, vbi non eſt eadem ratio, part.3. cap.1.num.15
Extenſio in pœnalibus quando fiat in correlatiuis, part 3.c.24. num 14

F

FActum eſſe cenſetur quod pretinus faciendum eſt part 3 c 26.num.4.
Fama bona in iudice requiritur, part.3.c.9.num.2
Fati definitio ex Auguſt. Boetio, & diuo Thoma.4. part.c.4 num.1
Fatum à fortuna in quo differat, ibidem, num.4
Feſtinatio & ira contraria ſunt conſilio, part. 3. part c 13 num.1
Fidelitas veritati communcta inuenitur ſemper, 3. cap 9 num.17
Fidelitas in quibus conſiſtat? ibidem, num.3
Fides eſt duplex, ibidem, num.4

Digitized by Google

Fides vt habeatur quibus rebus effici oporteat, 3. part. 67 c. num. 4
Filij cum in magiſtratus creantur, patris virtus conſideranda eſt, 3 part. c. 5 num 1
Filius eſt pars corporis patris, ibid. num. 3
Filij magiſtratuum non ſemper præficiendi ſunt, ibidem num. 7
Filiorum gloria ex honore patris, ibid num. 8
Filius iudex præfertur patri in honoribus, 3. part. cap. 11 num. 6
Filius eadem perſona cum patre eſſe intelligitur. 3. part. cap. 18 num. 4
Filius non cenſetur extinctus nepote ſuperſtite, ibidem, num 9
Filij caro eſt caro patris aucta, ibid num 5
Filio ſuperſtite pater non dicitur omnino extinctus, ibidem, num. 6
Facta omnia cito decidunt tanquam flores. 3 part. cap. 22. num 16
Fidalguia apud Hiſpanos vnde dicta. 3. p. c 63. n 7
Fidalguiæ in cauſis an teſtes ad perpetuam recipiuntur? 3 part. c. 50 num. 8
Flores arboris qui? 3. part. c. 57. num 1
Fœminæ nimis credulæ. 3. part. c. 13 num. 10
Fœmina varia ſemper & mutabilis, 3. p. c. 22. n 9
Fœminæ præcipites, 3. part. c. 39 num. 7
Fœmina quæ iure hæreditario conſequitur iuriſdictionem, ius dicere poteſt. 4. part c. 7. num. 1
Fœminæ in Regno Hiſpaniæ ſuccedunt filijs deficientibus ex lege Gothorum, 4 part. c. 7. num. 2
Fortitudo in iudice & integritas, 3 part. c. 12. num. 1
Fortitudo quid? ibid. num. 2.
Fortitudo timore Dei augetur, 3 part. c. 12. num. 5
Fortitudo ſcientia roboratur, & exercitatione, ibidem. num. 7
Fortitudo maiorum exhortatione iuuatur, ibid. n. 8
Fortitudo ducis laudibus augetur, ibid. num. 9
Fortitudo tiſtitia fouetur, ibid. num 10
Fortitudo animi quibus dignoſcatur ſignis? part. 3. cap. 12. num. 2
Fortius quid in auo, 3. part. c 41. num. 6
Fortunam rerum externarum dominam quidam appellarunt, 4. part. c. 1. num. 2
Fortunam eſſe cæcam aſſeruerunt Philoſophi, ibidem, num. 3
Fortuna à prudentia diſcretio, ibid. num. 4
Fortuna cæca eos plerunque efficit cæcos, quos complexa eſt, ibid. num. 5
Fortunato inſipiente nihil intolerabilius, ibid. n. 6
Fortunæ definitio ex Ariſtotele. 4. part. c. 1. num. 7
Fortunæ attributa, ibid. num. 8
Fortunæ depictio, ibid. num. 9
Fortuna virtuti comes, non ei refragatur, 4. part. cap. 2. num. 1
Fortuna cum ſapientia & conſilio an commiſceatur ibidem, num. 2.
Fortunatorum duplex genus, ibid num. 3
Fortuna eorum dumtaxat dicitur, quæ inopinato eueniunt, ibid num. 4
Fortunæ nimium cur ſapienti contingat, 4. p. c. 2. n. 5
Fortuna, caſus, aut fatum, aliquidne poſſint apud mortales iuxta religionem Chriſtianam, 4. part. cap. 3. num. 1
Fortunæ nomine quomodo Chriſtianis vti liceat, 4. part c. 3. num. 2
Fortuna reſpectu Dei eſſe non poteſt, noſtro autem poteſt, ibid num. 3
Fortuna à Deo regitur, ibid num. 4
Fortuna, & fatum quibus conueniant, 4. part. cap. 4. num 3
Fortuna & fatum eſſe non poteſt in his quæ immediate à Deo dependent, ibid. num 5
Fortuna, quæ à Deo regitur, ſit ne cæca & ſine ratione, prout Philoſophi credebant. 4. part. c. 5. num. 1
Fortunæ & ſorti non debet committi ratio & intellectus 4 part. c 5 num. 6
Fortuna eſt nutus Dei, nobis incertus, authore Bald. 4. part c. 6 num. 1
Fortuna aduerſa triſtiſque euentus ſpectari non ſolet, ibid num. 4
Fratres nobis anteferri, grauius ferimus quam extraneos, 3. part c 22. num. 14
Fraus præſumitur ex ſuppoſitione. 3. part. c. 28. n 14

G

Gothorum lex fœminas ad regni ſucceſſionē admiſit, filijs maſculis deficientibus. 4 p. c. 7. n. 2
Gubernatio populi eis tradenda eſt, quos Deus elegerit. 3. part. c 6. num. 12

H

Hiſpaniæ Rex non ſubeſt imperio. 3 p. c. 34. n. 5
Hiſpaniæ antiqua lex, ne imperatorum leges allegarentur, ibid. num. 6.
Honor iudicibus impendi ſolitus. 3. p. c. 10. n. 10

Donec-

I

IDonenſ nõ tam patrimonio, quam fide æſtimatur part 1.4.c.8.num.14

Impoſſibile an reputetur quod à principis voluntate pendet. part.4.c.11.num.7

Imperat bene nemo, qui aliquando non paruerit part.3 c.67 num.9

Imperat bene nemo, qui ſuis nequit cupiditatibus imperare. part 3.c.6 num.4

Imperfectum ſcientiæ ſupplet perfectio charitatis. part 3.c.6.num.17.

Ignobiles ſeu plebeij prætextati efficiuntur ſuperbi. part.3.c.2 num.7

Indignum eligens peccat. part.3.c 8.num.16.

Indignus officium accepiens peccat, ibid.num.17

Inæqualitas diſcordiam parit & inuidiam. part.3.caput.22.num.13.

Indignum eligens quomodo ad reſtitutionem teneatur. part.3.c.56 num.15. & c.66.num.21

Indignus eſt ſuperiore ordine, qui eſt inferiore indignus. part.3.c. 59. num. 16. & 2.part.cap.3.num.7.

Imperator an ſit dominus totius mundi, part.3.cap.34 num.5.

Infamis & vilis eſſe non poteſt iudex. 4. part c.8. num 4.

Iniuria iudici facta atrocior eſt, quam ea, quæ fit priuato. 3.p.c 10 num.11.

Iniuria conſanguineo aut amico meo intimo facta, mihi fieri cenſetur. part.3.cap.17.num.3 & 4.

Iniuria fieri non cenſetur ei, quem prohibuero magiſtratus aut dignitate præfici, vt amico conferatur. part 3.c.19.num.4

Iniuria officiali facta, ipſi iudici fieri cenſetur, p.3.cap.55 num 5.

Iniuriam famulo factam an dominus accuſare poſſit, ibid.num.6

Iniuriarum actio quod ciuiliter aut criminaliter intentetur, quid interſit ibid.num. 7

Iniuria clerico aut monacho facta, eccleſiæ fieri cenſetur. part 3.c 55.num 8.

Iniuria facta ijs qui poteſtati, aut affectui noſtro ſubiecti ſunt, nobis fieri cenſetur, ibid.num.9

Iniuria ſubdito facta, domino fieri videtur, ibidem, num.10

Iniuria ciui aut vni de collegio facta, ipſi ciuitati aut collegio fieri cenſetur, ibid.num.11

Iniuria vni ex cognatione facta, cognationi toti facta videtur, ibid.num.12

Iniuriam cognato factam an proſequi poſſit eius cognatus, ibid.num.13.

Iniuria alteri ex cognatis facta cæteros impedit eſſe teſtes aut iudices, ibid.num.14

Iniuria maior nobili ſit quam plebeio, p.3.c.63 n.6

Inſeri arborem noſtram oportet, vt ſapidiores ferat fructus, 3.part c.9 num.3

Inſitio optima relatoris in magiſtratus maiores, inſra verſic. relatores ſurculis, & 3.part.c.67.n.10

Integritas quid, 3 part.c.12 num.3

Ira iudicantis animum molliſſimum detegit, eiuſque ſtultitiam, imbecillitatem, & criminum abundantiam, 3.part.c.37. num.2

Ira in ſinu ſtulti requieſcit, 3.part.c.37.num.4

Ira ſæpe innocentes ad crimen adducit, 3.p.37.n.5.

Ira parat inimicos, ibid. num.6

Ira ante tempus facit hominem ſeneſcere, ibid.n.8

Ira irrationabilem fere reddit eam amplexantem, ibidem, num.10

Ira ex quibus dignoſcatur ſignis, ibid.num.18

Ira nihil vero grauius deformius, ibid num 11

Ira ab ſuperioribus maximamque poteſtatem habentibus fugienda eſt, & ab omnibus repudianda, ibid num.12

Ira quo pacto ſedabitur, 3.part.c.38.num.11

Ira & feſtinatio contraria ſunt conſil. 3.p c.39.n.17

Iracundus infelix, 3 part.c.37. num.7

Irnerius in transcribendis authenticorum textibus non eſt fidelis. 3.part.c.53 num.1

Iudex an poſſit partes cogere ad cõcordiã. 2 p.c.1.n.8

Iudex arbori adæquatur, 3 part.c.1 num.1

Iudices leges ſeruare oportet, 2.part c.2 num.10

Iudices aduocare prohibentur non referre, 2. part cap 3 num 3

Iudices in Hiſpania primi qui, 2 part.c. 4.num.16

Iudicis prima radix, timor Domini, 3 part c.6.n.1

Iudex iniquus iuſtitiam violabit vt plurimum, ibidem, num 2

Iudex prius purgari debet, quam aliorum incipiat corrigere culpas, ibid num.3

Iudices iniqui per Dei arbitrium non dantur, ſed iuxta merita noſtra, ibid.num 5

Iudicibus ſcelerati parcendum eſt, 3.part.c.6.num.6

Iudices duplicem oportet habere ſalem, & ſcientiæ & conſcientiæ, ibidem, n 8

Iudex vir bonus appellatur, ibid num 10

Iudex iniuſtus an recuſari poſſit, ibid.num.11

Iudicem ſcientiam iuris habere oportet, 3.p c.7.n.1

Iudicem oportet bonum omnibus artibus eſſe præditum, 3.part.c 9 num.4

Index

Index eligi poteſt non nimis in iureperitus, modo cauſarum habeat experimentum part 3.c.9 n.6

Index optimus eſſe nemo poteſt, qui caret ſcientia & experientia, ibidem, num.22

Iudicum authoritas circa leges condendas, part.3. cap.10.num.2

Iudicum authoritas circa legum executionem, ibidem, num.4

Index in nihilo fere differt à Principe. num.5

Iudicis iniquitas in populi perniciem recidit, ibi n.9.

Iudices locum agunt principis. part 3.c.11 num.1

Iudices libentius audiendi ſunt à principe quam priuati, ibidem, num 2

Iudices vice & authoritate Dei funguntur in terris, ibidem, num.3

Iudicum bonorum laus, vtilitas, & honor, ibi.n.4

Iudices in congregationibus aliis præponuntur, 3. part.c 11.num.7

Iudicis poteſtas non eſt ſupra legem, ibid.num.9

Iudicis factum & legis pari ratione procedunt, ibidem, num.10

Iudicis poteſtas quandoque ſupra legem, ibid. num.11

Index ex officio plurima facere poteſt, etiam ſi nemo petierit, ibid, num.12

Index ſuo ingenio augere debet dignitatem & authoritatem ſui muneris. ibid.num.13

Iudicibus conſilium datur ex Cicerone, ibi num.14

Iudices charitatem habere oportet, part.3.c.12.n 6

Iudices non propriam, ſed ciuium vtilitatem inſpicere oportet, part 3.c.13.num.1

Iudices inuchuntur, qui ſpe lucri aut honoris gratia rempublicam capeſſunt, ibid.num 4

Iudices non partiales nec factioſi eſſe debent: ibidem, num.5

Index non ſit facilis ad credendum, ibid.num.7

Index ad flatum venti Orientalis, hoc eſt, ratione cognationis aut amicitiæ flecti non debet, part.3. caput 14 num.1

Iudices in cauſa propria, propinquorum & familiarium ius dicere prohibentur, ibid.num.4

Index in cauſa amici an recuſari poſſit, ibid. num.5

Index leuiori ex cauſa recuſari poteſt, quam teſtis, part.3.c.21 num.6

Iudices amicorum cauſis abſtinere decet. part.3. cap.22.num 21

Index ratione præmiorum vel pecuniæ flecti non debet.part.3.c.23.num.1

Index puras habere debet manus & mundas, ibidem, num.10

Iudicis iuramentum, ibid. num.13

Iudices an munera capere poſſint, part.3.c.24.n.1

Iudici non licet rectum vendere iudicium, ibid.n.3

Iudici & teſti, vt verum dicant teſtimonium & iudicium, an aliquid palam dari poſſit.3 p.c 24.n.9

Index an reſtituere teneatur accepta munera ei qui obtulit? ibid.num.10

Iudicem corrumpens, & ipſe index corruptus, ſunt correlatiua, ibid.num.13

Index munera accipiens, grauius delinquit quam dans, ibid. num.15

Iudicem corrumpere muneribus non licet, nec ipſi accipere, part.3.c.25 num.1

Index an poſſit aliquid à litigatoribus poſt ſententiã accipere, part 3.c 25.num.2. & quid in medico mutuante, & notario, ibid

Index finito munere an poſſit ab antea ſibi ſubditis quidquam accipere, 3 par.c 25.num.6

Index an cautione indemnitatis à litigatore exigere poſſit, ibid.num.8

Index in loco ſuæ adminiſtrationis contrahere prohibetur, 3 part.27 num.1

Index nihil ſupra quotidians victus vſum emere poteſt, nec domum conſtruere, ibid.num.3

Index pignus accipere prohibetur, ibi, num 4

Index an poſſit contrahere ſtatim finito munere, part.3 c.27 num.5 & c.25 num.6 & 7

Index in propria patria adminiſtrans emere non prohibetur, ibid.num 6

Index alias emere prohibitus, bona paterna emere non prohibetur, ibid num 7

Index an poſſit retrahere rem venditam, quæ erat ſui patrimonij iuxta leges Regias, ibid. num 8

Iudices qui ad libitum principis conſtituuntur, an æquiparentur perpetuis, 3 part.c 27 num.10

Index neceſſitate adigente ſeruere & mutuam pecuniam fænebrem ſumere poteſt, ibid. num.11

Iudices negociari prohibentur, 3.par.c.28 num.1

Iudices officio ſuo, vtilitatique publicæ vacare conuenit, non particulari compendio, 3 part c 28 n 4

Iudices fauore publico contrahere prohibentur, ideo nec iuramento nec renunciatione firmatur contractus, ibid num.10

Iudicibus negotiatio permittitur publicæ vtilitatis cauſa, ibid. num.16

Iudices mutuam pecuniam à litigantibus accipere non poſſunt, 3 part.c.30.num.1

Iudices mutuare an poſſint litigantibus, ibidem,

Iudices pecunias mutuare ſubditis non poſſunt, nedum dare fænori, ibid. num.6

Iudices mutuare an poſſint ſubditis, ibid.num.7

Index an poſſit vxorem ducere eius prouinciæ incolam quam adminiſtrat, 3.part.cap.31.num.1
Iudex an poſſit donari, ibid.num.4
Iudices eſculenta, & poculenta an capere poſſint à litigatoribus, vel alijs quibuſcunque, 3 p.c.32.n.1
Iudices ordinarij quibus nulla præſtantur ſalaria, an xeniola capere poſſint, ibid.num 6
Iudices munera capientes quatuor conſiderare oportet, ibid num.7
Iudices & alij officiales ſalarium habentes non congruum, an eſculenta nunc capiant, ibid num 8
Iudicem corrumpere volentem iudex ipſe decipere, & punire poteſt, 3.part.cap.33.num.8
Iudex ad flatum venti Meridionalis, hoc eſt, ratione timoris & potentiæ moueri nō debet, 3 p.c.36.n 1
Iudex ad flatum venti Septentrionalis, hoc eſt, ratione iræ aut inimicitiæ flecti non debet, 3.part, cap 37 num.1
Iudices in iudicando ira, odio, aut inimicitijs ne ducantur, ibid.num 12
Iudex mitis eſſe debet in reſpondendo litigantibus, 3. part.c.38 n.2
Iudex libenter audire tenetur litigatorum allegationes, cunctaque ei narrari priuſquam iudicet 3. part c.39 num.1
Iudicem conſtantem eſſe oportet, 3.part.c.39.num.4
Iudices baliſtarij dicantur, qui ita propere ſententias ferunt atque baliſtæ ſagittas, ibid.num 6
Iudices veritatem ſequi oportet, 3 part.c.41.num.4
Iudices an iuxta conſcientiam an vero ex actis ſententiam dicere teneantur, 3.part.c 42 n.1. vbi quid in ſupremis ſenatoribus, & quid in principe, tractatur duobis numeris ſequent.
Iudicandum eſt ſecundum veritatem in proceſſu probatam, ibid.num.4
Index neceſſario tenetur partes interrogare ſuper his quæ incidunt in articulo. 3 part c.48.n 6
Iudices omnes iurare tenentur ſe ex veritate & legum præſcripto iudicaturos, 3 part.c 53.num.2
Index ſacramentum violans ſ. deſrogus appellatur, 3.part c.5 num.2
Iudex de facto officialium an teneatur, 3 p.c.55.n.3
Iudex recuſari poteſt per eum qui iniuriam intulit cognato ipſius iudicis, 3 part c.55 num.14
Iudex in cauſa iniuriæ cognato illatæ quis eſſe non poteſt, ſicut nec teſtis, 3.part.c.55 num.16
Iudex de notorio crimine contra eius officiarium patrato recte cognoſcit, 3.part.c 55.num 17
Iudex cognoſcit de iniuria ſibi aut officiali facta in contemptum officij, ibid.num.18
Iudices an punire poſſint officiarios ſuos, 3.p.c.56.n.1
Index durante officio quibus caſibus poſſit conueniri, ibid.num.4
Iudicibus cum iniuria fieri permittitur, neruus iuſtitiæ frangitur, 3.part.c.56.num.12
Iudicum & legum latorum errata quædam ſunt toleranda, ibid num.13
Iudices eloquentiam habere decet, 3 part.c.5.num.4
Iudices prudentes eſſe oportet, 3.part.c 59 num.13
Iudices medium inter celeritatem & cunctationem teneant, 3.part.c 61.num 5
Iudices quando rigorem quando æquitatem ſequi teneantur, 3.part.c.64.num.e.
Iudices arbitrari tenentur quod iure conueniat, ibidem, num.7
Index recuſari poteſt ob nimiam ſeueritatem, 3.part. cap.65 num.3
Iudicem & manſuetum ſimul & grauem eſſe oportet, ibidem, num.5
Iudices in corrigendo nihil immaniter, nec cupiditate nocendi ſed conſulendi charitate agere debent, 3. part.c.65 num.9
Index mitigat pœnam pauperi impoſitam & fiſco applicatam, 3 part.c 66.num.11.
Iudicem clementem eſſe oportet 3.part.c 66.num.15
Iudicem quid agere oporteat, vt recte officium exequatur, ibid.num.16
Iudicum ex conſtitutione bonorum humana pendet tranquillitas, ibid.num.21
Index eſſe non poteſt infamis & vilis, 4.part c.8 n.4
Iudices locupletes an conſtitui oporteat? ibid. num.5
Iudiciales actus duello æquiparantur, 1.part.c.1.n.13
Iudicium cognitum fuit tempore Moyſis, 2.part.c.4 num.18
Iudicium in paradiſo ortum habuit ibid.num 20
Iudicia Dei nobis incerta, 4.part.c.6 num.9
Iuniores tribus caſibus præferuntur ſenioribus in cōſequendis magiſtratibus, 3.part c.58 num.13
Iuramentum eſt in forma ſpecifica adimplendum, 3 part.c 32.num.2
Iuramenti verba proprie ſunt intelligenda, 3.part.c. 32 num.2. & 4
Iuramentum extenditur ad id, quod venit ex natura actus, ibid num.5
Iuramentum extenditur ad id, cuius nemo ſentit incommodum, 3.part.c.32.num.5
Iuramentum calumniæ an ſit de ſubſtantia, an eius omiſſio vitiet, 3 part c.44.num.8
Iuriſconſultorum alij pagani, alij Chriſticolæ, 2.part. c.4.numer, 11

Digitized by Google

Iuris communis appellatione in Anglia, & in Hiſpania de iure Regni intelligitur, 3. part. c. 34. num. 8
Iuriſdictio quare vendi prohibeatur? 4. part. cap. 10 numero 10
Iuris imperiti optima natura viri docti hebetiingenio ad laudem & imperium plerumque praſtat, 3 part c 7. numero 5
Iuriſperitis & literatis premia & honores debentur ibid. num 6
Ius naturale primaeuum 2. part. c. 4 numero 3.
Ius naturale ſecundarium, quod gentium dicitur primaeuum, 2. part. c. 4 num 5
Ius gentium ſecundarium, ibid. numero 6.
Ius ciuile imperatorum & iuriſconſultorum in curiis regni pro ratione citatur, nō pro authoritate, 3. part c 34 numero 7
Ius ab aequitate differt, quandoque idem ſunt, 3. part. c 62 numero 3.
Ius commune in quo differat ab aequitate? 3 p. c. 63. num. 3 & 8
Iuſtitia cito auro violatur, 3 part c. 35. numero 2.
Iuſtitia nouerca eſt praecipitatio, 3. part. c. 9. num 9
Iuſtitia & aequitas fructus ſunt arboris noſtrae, hoc eſt, iudicum, 3 part c. 60. numero 1
Iuſtitiae generalis definitio, ibidem, num 2. & ſeq.
Iuſtitia Regina eſt omnium virtutum, 3. part. c. 60. numero 4
Iuſtitiae tātum vmbra & imaginibus vtimur, ibid. numero 5
Iuſtitia vniuerſalis non poteſt cum ſcelerato cōmercium habere, ibid. numero 6
Iuſtitiae particularis definitio, ibidem, numero 7.
Iuſtitia à natura profecta ex Cicerone, ibid num 8
Iuſtitiae particularis ſpecies, ibid numero 9
Iuſtitia particularis ab vniuerſali diſcretio, ibid. n. 10
Iuſtitia particularis à viro reprobo exerceri poteſt, ibid num 11
Iuſtitia turri comparatur, & quodam triangulo continetur, 3 part c. 63. num. 1
Iuſtitia fonti perenni adaequatur, ibid. num. 2
Iuſtitiae depictio ex Aulo Gellio, ibid num. 3
Iuſtitia vera compaſſionem habet, falſa vero dedignationem, 3 part. c. 65. num 8
Iuſtitia eſt virtus cum ad ſe, tum & ad alios, ſicut & magiſtratus, 4 part. c. 13. num. 8
Iuſtus qui vere dicatur? 3. part. c. 60. num. 23
Iuſtus nimium periturus dicitur in iuſtitia ſua, 3. part. c. 63. numer. 2
Iuuenes non paſſim ad conſilia & magiſtratus ſunt eligendi. 3. part. c. 58. num 20
Iuuenes quā ſenes facilius credunt, 3. part. c. 58. n. 21
Iuuenes morati & experti ad magiſtratus idonei, nec eius ſunt conſilia aſpernanda. ibid. numero. 23
Iuuenum prudentiſſimorum quamplurima exempla remiſſiue, ibid. num. 24

L

L*Abor non debet eſſe à mercede vacuus, 3. part. cap. 60. numer. 3.*
Laeſio enormis ſi interueniat in contractu metu reuerentiae facto, an reſcindi faciat contractum, 3 part. c. 20. num. 3
Laeſio grauiſſima, admodūque enormis reſcindi facit contractum iuratum, 3. p. c. 20. num 9 & an tranſactionem. ibid. numer. 10. & 11
Laeſionis enormiſſimae, quam vocant, remedium intra quod tempus competat, ibid num. 12
Laeſio enormis ſufficit quo ad eccleſiam, fiſcum & rempublicā, vt contractus triginta annis reſcindi poſſit, ibid. num. 15
Legatum amico factum res aliena quam teſtator credebat eſſe ſuam, an valeat? 3 part. c. 16 num. 1
Legatum amico, aut propinquo vxoris factum ſub conditione ſi non nupſerit, valet, & reiicitur conditio. 3. part. cap. 17. num. 8
Leges à quibus primum latae fuerint, 2 part. c. 4. num. 2
Leges tres ſecundum status Moſaica, prophetica, & ciuilis, ibid num. 7. 8 9 10
Leges ciuiles quo tempore eſſe coeperunt, 2. part. cap. 4. numero. 10
Leges duodecim tabularum quo tempore fuerint latae, ibid. numer. 12
Leges tres poſt Chriſti ortum 2. part cap. 4. num. 23
Leges Hiſpaniae in iudiciis ſeruari debent, omnibus aliis poſtpoſitis, hoc in Regno, 3. part. c. 34 numer. 2
Leges huius regni ius ciuile & commune dicuntur, ibidem, numero 3
Leges Regni Angliae ius ciuile, & commune dicuntur, ibid numero. 4
Leges Regiae ſuperant leges Imperiales in Regno, easque reddunt inutiles, 3 part. cap. 34. numero. 8
Legis vndecima tit. 1. lib. 3. ordinat. quae ſecundum veritatem iudicari iubet, declaratio, 3. part. c. 42. numero 5. & pluribus capitibus ſequent.
Legem praecitatam ordin. eſſe correctam in caſibus per leges nouiores expreſſis, 3. part. cap 42. numer. 7
Leges ſicut facile mutare non expedit, ita neque magiſtratus, 3. part c. 59. num. 14
Leges omnes comprehēdere caſus, impoſſibile eſt, 3. part. cap 63. num. 4

Leges

Leges tranſgredi licet ex magna cauſa, 3.part.c.63. num.5

Lex Athenienſium improbata, 4 part.c.8.num.12

Legum periti, legesque ipſæ neceſſaria, 1.part.ca. 8. num 8

Legum ſcientiam hodie non omnino neceſſariam eſſe iuxta iudicum abuſum, 2 part.c.p. 2 numer 9

Legum primi latores nuncupantur, 2.part cap. 4. numero 14

Libelli oblatio hodie an in ſcriptis in iudicio fieri debeat? 3 part.cap 43.num.1

Libellus hodie abſque concluſione ſuſtinetur hoc in Regno.ibid.num 2

Libellus generalis an admittatur? ibid.numer.3

Litis ſumptus & labores, maxime ſi differatur, tum victo, tum vincenti enarrantur, 3.part. cap.91. num.7

Libellus ita formari debet, vt tamen certa ferri poſſit ſententia perinde atque fit in Regno Franciæ.3.part. cap 43 num.4

Libello propriam actionis naturam mutare actori nõ licet.ibid. num.8

Libellus obſcurus an hodie admittatur.ibid.num.9

Lingua plus ſæpe adeſt, vbi eſt minus cordis, 2.part. cap.2.num.6

Lite non conteſtata, an ad ſententiam diffinitiuam procedatur? 3.part.c. 44.num.6

Lite non conteſtata iure communi imperatorum non poterat ad diffinitiuam procedi, etiam in contumaciam partis, 3 part.cap 44.num.7

Litigatori an liceat aliquando munera dare iudici, & an poſſit data repetere, 3. part cap.24.num8

Litigator qui munera iudici dedit an perdat cauſam ibid num.11

Litigatori pœna impoſita amiſſionis cauſæ, an ipſo iure committatur, an per ſententiam.ibid.num.12

Locus ab ordine arguit prærogatiuam, 2.part. c.1. num. 4

Ludus nociuus, part.1.cap.1.num.3

Ludus à ſapientibus quandoque admiſſus, ibid. numero 4

Ludi quidam prohibiti, alij permiſſi, ibid. num.7

Ludus latrunculorum ſit necne permiſſus, ibidem, num. 9

M

Magiſtratuum antiquorum mutatio, 1.part. cap.4.numero 1

Magiſtratus an iis conferri expediat, quorum parentes eadem fuerunt dignitate luſtrati, 3 part.cap.5 num.5

Magiſtratus concedendi ſunt his, qui merito vitæ clareſcunt, 3.part.c 6 num.7 & num.14

Magiſtratus concedendi ſunt non petentibus, ſed benemeritis. 3.part.c.8.num.10

Magiſtratus maiores iis concedi oportet, qui publica vice commoueri ſolent, ibid.num. 1

Magiſtratus quibus ſint concedendi? ibid.num.14. & 3.part.c 66.num.10

Magiſtratus eſt neceſſarius, & natura conueniens, 3 part. c.10.num 12

Magiſtratus apud Gentiles honore habiti, ibid.n.13

Magiſtratus in ſeſſionibus aliis præponuntur, 3.part. cap.11. num. 5

Magiſtratus eſt lex loquens, lex autem eſt mutus magiſtratus, 3.part c.11.num. 8

Magiſtratui perpetuo mercatura inhibetur, 3.part. cap 28 numero 8

Magiſtratus maiores minime in ferendis ſententiis præcipitari oportet, 3.part, cap. 39.num.15

Magiſtratus maiores non aliter iudicaturos eſſe credidit princeps, quam ipſe foret iudicaturus, ibid. numero 16

Magiſtratus omnibus ornatos virtutibus eſſe decet, 3 part.c.60.num.12

Magiſtratus qualis fuerit, talem populum eſſe conſequens eſt, 3.part. c.66.num.18

Magiſtratuũ & principũ vitia trahuntur in exemplum, ibid: num. 19

Magiſtratus iis ſunt concedendi, qui proprio exemplo aliis miſereri didicere, 3.part.cap.67.num.8

Magiſtratus qualis quiſque ſit, facile inſinuat, hoc eſt Magiſtratus virum oſtendit, 3.part.c.68.num.2

Magiſtratus concedi ſolent petentibus, & non merentibus, & an hoc fortuna eueniat? 4.part.c.5.n. 4

Magiſtratus ex pauperibus ne an diuitibus conſtitui expediat, 4.part.c.8 num.13

Magiſtratus benemerito vltro eſt offerendus, & ad id cogendus, 4.part.c.9.num. 4

Magiſtratus peti, necne licito poſſit? 4.part. c. 10. numero 1

Magiſtratus à principe peti poſſunt, 4.part. cap.10. numero 2

Magiſtratuum creatio ad principem ſpectat, ibidem, numero 3

Magiſtratus à Principe, cui maluerit, concedi poteſt ibid.numero 4

Magiſtratum pretio nullo interueniente quando petere liceat, ibid.num.12

Magiſtratum & dignitatem quando ſine peccato liceat expetere, 1 part. c. 13 num 5
Magiſtratus maiores & licite petantur, quid opus ſit? ibid. numero 9
Magiſtratus digni an petere poſſint. 4. part. cap. 4. n. 41.
Magiſtratum an liceat recuſare ſine peccato, ibid n. 2
Magiſtratus quid intueri debeat, quodue ſit eius propoſitum, ibid. num. 3
Magiſtratus cum honore annexum habet onus, 4. part c. 14. numer. 5
Magiſtratus qui renuerunt, recenſentur, 4 part c. 14 n. 6. & cap. 9 num. 1
Magnanimus quis appellatur, 4 part c. 13. numero 3
Malus præſumitur, qui ex mala progenie eſt natus, 3. part cap 6. num. 4
Manſuetudo nimia reprobatur in iudice, 3 part. cap. 65 numer. 4
Manu regia expediebantur omnia ante legem 12. tabularum, 2. part c 4 num. 17 & 21
Maritus adulteros impune occidere poteſt, 3. part. cap. 22. numer. 19
Mater in cauſa matrimonij filiæ ſuæ eſſe poteſt teſtis, 3 part. c. 61. num. 2
Matrimonium contrahentibus pœna an iure ciuili imponi poſſit? ibid. num. 3
Medicus ſalarium habens, an poſt curatam ægritudinem aliquid poſſit ab eis quos curauit accipere? 3. part. c. 25. num. 3
Mendacij periculum, 3. part. c. 41. num. 3
Mercatores an dignitatem aſſequi poſſint? & an ab adepta repellantur. 3. part c 2. num. 15. & c. 38. num. 7
Metus reuerentiæ an ſufficiat ad reſcindendum contractum, 3. part. c. 20. num. 1
Metus reuerentiæ paternæ an vitiet religionis ingreſſum, ibid. numer. 4
Metum reuerentiæ qui dicantur inferre, ibid. num. 6
Metus ſolus reuerentiæ contractum in quo læſio interuenit enormis, reſcindere facit, ibid. numero 8
Minores 25. annis rempub. adminiſtrare non poſſunt, 3 part. cap. 48. num. 22.
Metus an interueniat obſequij ſeu reuerentiæ plurimum ex iudicis coniectura pendet, 3 par c. 20. num 9
Metus illatio in iudice an præſumatur, 3 part. c. 27. numero 2.
Minimis lex non offenditur, 3 part. c. 32. num. 3
Miſereri decet eorum qui ſanabiles ſunt, non flagitioſorum incurabilium, 3. part. cap. 66. numero 14
Miſericordia quid, 3. part. c. 66 num. 3
Miſericordia an in ſapientem cadat, ibid num. 4
Miſericordiam cadere in ſapientem, ibid. num. 4
Miſericordia in Deo eſt ſecundum effectum, non ſecundum affectum, 3 part cap. 66. num. 6
Miſericordia qua ratione regitur, eſt virtus, ibid. num. 7.
Miſericordia impeditur ira, ſuperbia, & timore, ibid. numero 8
Miſericordiam magis in ſenibus & ſapientibus, & debilibus eſſe quam in alijs, ibid num. 8
Miſericordia an ſit in iudicibus probata, ibidem, num. 10
Moyſes reſerebat Domino, 2 part. cap. 3 num. 5
Moyſes primus mundi legiſlator. 2 part. cap. 4. num. 15
Monachus agit pro amico monaſterij, 3. part. c. 17. num. 7
Mulieres iracundiores ſunt viris. 3. part. cap. 37. num. 3
Munera & dona excæcant ſapientes, 3. part. cap. 23. num. 3
Munera dare iudici, quo caſu litigatori liceat, & an ipſi accipere, 3. part. c 24. num. 2.
Munera vltro oblata an accipere liceat, 3. part. c. 24. num. 7.
Munera dare iudici, an liceat nullo præcedente pacto, & an ipſi accipere 3 part. c. 26. num. 1
Munera a iudicibus non ſunt capienda, 3. part. c. 35. numero. 4
Muſica ſitne licita, maxime grauioribus? 1. part. c. 1. numero. 8.
Mutatio omnis vitæ humanæ periculoſiſſima, 4. part. cap. 9. num 2.
Mutuans poſtquam mutuum ſibi redditur, aliquidne ſibi ſponte oblatum recipere poſſit, 3. part. c. 25. numero. 4.

N

NEgociatio plures actus requirit, nec vnico contenta eſt, 3 part. cap. 28. num. 2
Negociatio iudicibus & militibus prohibita, & à nobilitate ſemota. 3 part c. 28. num. 3
Neceſſitatis cauſa plurima indulgentur, 3. part. c. 27. num 12
Nepos natus dici poteſt ex aui paterni vel materni corpore, 3 part, cap. 18 numer. 7. & 8.

Nobiles

Nobiles humiles ſunt & manſueti, & quo nobiliores eo humaniores. 3. pars. c. 2. num. 6

Nobiles magnanimi ſunt & plurimum, non contumelioſi, ibid. num. 8

Nobiles modeſti ibid. num. 9

Nobiles humiles non deijciunt, ibid. num. 10

Nobiles prudentes & induſtrioſi, 3. part. cap. 2. num. 11

Nobiles affabiles & curiales, ibid. num. 12

Nobiles commercia fugiunt, ibid. num. 14

Nobilium vitia, 3 pars. c. 3. num. 1

Nobiles genere, & plurimum ambitioſi, ibid. num. 2

Nobiles genere progenitorum deſpectores, ibid. num. 3

Nobiles genere & plurimum ſuperbi & vitioſi, ibid. numero 6

Nobilem facit animus bene moratus, non maiorum opinio. 3 part. c. 4. num 5

Nobiles vere qui? ibid. num. 9

Nobiles genere præferuntur alijs data paritate virtutum, ibidem numero 11

Nobilis & in dignitate conſtitutus magis quam plebeius peccat, grauiusque apud Deum punitur, 3. part. c. 51. num. 15

Nobilium & principum vitia trahuntur in exemplum, ibid. numer. 16

Nobilitas generis laudatur, 3 part. c. 2. num. 2

Nobilitas generis præponitur cæteris in adipiſcendis magiſtratibus, ibid. num. 3

Nobilitatem omnes concomitantur virtutes, ibidem, num 5

Nobilitas nullius eſt momenti, niſi virtutibus honeſtetur, 3 part. c. 3. num. 7

Nobilitas propria virtute quæſita an præferatur nobilitati generis? 3. part. cap. 4. numer. 1. & ſequentibus

Nobilitas vera an ſit quæ proprijs innititur virtutibus? ibid. num. 2

Nobilitas ſcientiæ & animam concernens, nobilitati terreſtri præfertur, ibid num. 3

Nobilitas generis ex iniquitate procedit, ibidem, num 6

Nomina verbalia plures actus ſignificantia plures actus requirunt, 3 part. c. 28 num. 2

Notarius poſt conſecta inſtrumenta an aliquid poſſit ab vltro offerente accipere, 3. part. cap. 25. num 5.

Notarij ſunt proxenetæ extorſionum, 3. part. c. 26. num 2.

Notario aſſerenti cauſa cognitionem interueniſſe non creditur, 3. part. c. 39. num. 13.

Notarius delinquit, partibus atteſtationes pandendo, publicatione nondum rite facta, 3. part. c. 46. num. 5

Notarius non præſumitur deliquiſſe in officium, ibidem, num. 6

O

OBligatio antidoralis vnde? 2. part. cap. 4. num. 4

Ocium ſæpe nociuum, 1. part. c. 1. num. 5

Ocium melius turpi ſolatio, ibid num. 6

Ocium ab omnibus expetitur, 4 part. c. 14. num, 4

Officiales perpetui contrahere non prohibentur, 3. part. c. 27 num. 9

Officiales iuriſdictione carentes an poſſint contrahere? ibid. num. 14

Officiales iudicis contrahere prohibentur cum ſubditis, 3. pars. c 28 num. 15

Officialis ex officio, quod adminiſtrat, quicquam emere non poteſt, 3 pars. c. 29 num. 1

Officiales iudicis ramis arboris adæquantur, 3. part. cap. 55. num. 1

Officialium factum habetur, ac ſi ipſemet iudex feceris, atque ideo de eorum facto iudex tenetur, ibid. num 3

Officialium crimen extra officium patratum non aſtringit iudicem. ibid num. 4

Officialem extra officium delinquentem iudex an poſſit punire, 3. part. c. 56 num. 3

Officiales ſunt a iudicibus honorandi & præmiandi de publico, ibid. num. 5

Officiales diutes eſſe, & non paſſim mutari, reipublicæ expedit, ibid. num. 59 & 14

Officiates de bene geſtis laudandi ſunt, ibid. num. 7

Officiales qui ramis arboris adæquantur, quando amputandi aut reſecandi ſunt, 3. part. cap. 56 num. 8

Officiales non ſunt inhonorandi, aut paſſim mutandi, ibid. num 9. & 14

Officiales quo pacto corrigi debeant, 3. part. c. 65. num. 1

Officialibus curiæ regis facilius parcendum eſt, 3. part. c. 65. num. 10

Officij dignitas ex populi æſtimatione pendet. 1. part. cap. 9. num. 9

Officia & dignitates gradatim conferri oportet, non per ſaltum, 3. part. c. 67. num. 1

Officia & dignitates principis arbitrio cuilibet conceduntur, 3 part. c. 68. num 5.

Officia an peti poſſint ab inferiore à principe, 4. part. c. 10. num. 5
Officia iuriſdictionem habentia vendi non poſſunt, ibid. num. 7
Officium titulo lucratiuo conſequi dicitur, qui pecunia obtinuit, 4. part. c. 10. num. 8
Officia, etiam bene meritis, vendi non poſſunt, ibidem, num 9
Officia iuriſdictione carentia an vendi, aliove modo peti, aut conſequi poſſint, ibid. num. 13
Officium tabellionatus, ſiue aliud, iuriſdictione carens an vendi poſſit, 3. part. capit. 11. numero 1. & 6
Officiorum renunciatio in quos fieri debeat, ibidem, num. 3
Officium procuratoris curialis poſſitne cedi, precio intercedente? ibid num. 4
Officium tabellionatus eſt potius oneris & miniſterij quam iuriſdictionis, ibid. num. 5
Officia ſcribarum aut tabellionum vendine poſſint? ibid. num. 6
Officia tabellionatus aut decurionatus empta matrimonio conſtante, quoad aſtimationem communicantur vxori, & conferuntur inter fratres, part. 4. c. 11. num. 8
Officia tabellionatus aut decurionatus empta ante matrimonium, eo ſoluto morte viri ab eius haeredibus vt capitale an deducatur? ibid. num. 9
Officia tabellionatus, & decurionatus ſunt aſtimabilia. 4. part. c. 12. num. 1
Officia quaecunque vendere an deceat? 4. part. c. 12. numero 11.
Officia & dignitates an liceat appetere? 4. part. cap. 13 numero 1. & 5
Ordinis qualis qualis omiſſio in ſummarijs reddit proceſſum nullum, 3. part. c 40. num. 2
Ordine iudicij deficiente non poteſt maturitas eſſe conſilij, ibid. num. 4.
Ordo ſeruandus eſt in conferendis magiſtratibus, hoc eſt, vt à minore perueniatur ad maius, non è diuerſo, 3 part, c. 68. num. 3

P

Parte non opponente valet proceſſus carens ſubſtantialibus 3 part. c. 47. num. 4
Pater familiàs an poſſit emere à filio bona, in quibus habet vſum fructum? 3. part. cap. 20. numero. 16
Pauper an poſſit eſſe iudex? 4 part. c. 8. num. 1. & deinceps.
Pauper eſt, qui plura cupit, non qui parum habet, 4. part. cap 8 numero 9
Pauper quando diuiti praeferatur? 4. part. cap. 8. numero 15
Paupertas vtilitas dicta eſt, 4. part. cap. 8. numero 3. & deinceps
Paupertas an nobilitatem faciat amittere? ibidem numero 16
Paupertas nimia deiectum & vilem animum reddit. ibid. numero 17
Paupertatis incommoda remiſſiue, 4 part. cap. 8. numero 2
Paupertatis diuitiarumque medium eligendum eſt maxime ad magiſtratus mandandos, ibidem numero 19
Peccatum eſt grauius quod à maioribus patratur. 3. part. cap. 37. num. 13
Peccatis puniendis cauſae aduertuntur, 3. part. capit. 66 num. 17
Peculium quaſi caſtrenſe dicitur quod aduocatus acquirit. 1 part. c. 9. num. 5
Pecunia eſt quodammodo ſanguis hominis, 3. part. cap. 30. num. 3
Periculum ſi ſuſcipitur, quid veniat? remiſſiue, 4. part. cap. 6. num. 7
Perſona iudicis, actoris, & procuratoris legitimari debet, etiamſi veritate tantum inſpecta per iudicem procedi poſſit, 3. part. c. 43. num. 10
Philoſophus vere dici poteſt rex, 3. part. capit. 8. numero 2
Plebei an ad dignitatem eligi poſſint? 3. part. cap. 4. num. 2
Poena litigatoribus munera iudici dantis, 3. part. c. 24. num. 10
Poena amiſſionis cauſae litigatori impoſita, ob munera iudici data, an committatur ipſo iure, an per ſententiam, ibid. num. 12
Poena ſuos ſequuntur authores, 3. part. c. 26 num. 3 & deinceps.
Poena iudicis contra legum prohibitionem emendantis, 3. part. c. 27. num. 15
Poenae locus non eſt, niſi quatenus verba conſtitutionis neceſſario inferunt, ibid. num. 16
Poena iudicis contrahentis & mercaturam exercentis, 3. part. c. 28. num. 18
Poena iudicis licitantis, quod eo authore diſtrahitur, part. 3. cap. 29. num. 2
Poena iudicis mutuam recipientis pecuniam, part. 3 cap 30 num. 4

Poena

Pœna extraordinaria venit imponenda ex delicto præſumpto, & non bene probato, 3. part. c. 30. num 5

Pœnæ diuerſa iudicum ſeu officialium munera capientium, aliudue vltra ſalarium, 3. part. c. 33. num. 1

Pœna iudicis pecunia corrupti, ibid. num. 2

Pœna iudicem corrumpentis, ibid, num. 3

Pœna iudicis corrupti iure regio ibid. num. 6

Pœna iudicem corrumpentis eodem iure, ibid. num. 7

Pœna iud... munera ſimpliciter recipientis, aliquidue vltra taxatas ſportulas, ibid. numer. 10. & quid iure regio? ibidem num. 11

Pœna officialium munera recipientium, ibid. num. 11

Pœna ſeptupli per leges regias impoſita, cui applicetur? ibid. numer. 12

Pœna ſeptupli exigitur eius tantum quod vltra ſummam taxatam accipitur, ibid num. 13

Pœna iuris communis an tollatur per legem moderniorem, aut ſtatutum, minorem imponens pœnam? 3. part. 34. numero. 1

Pœna iudici corrupto impoſita à Rege Cambyſe, 3. part c. 35. num. 1

Pœnæ ex cauſa augeri vel minui poſſunt, prout æquitas dictauerit, 3. part. cap. 64 numero 6

Pœna culpam excedere non debet. 3. part. cap. 65. n. 17

Pœnitentia an excuſet iudicem pecunia corruptum à pœna, 3. part cap 35. num. 11

Pſeudocatones qui ſint, 3. part. cap. 38. num. 7

Practica quid, 3. part. c 9. numero. 21

Præcipitatio nimia, quæ ex facili credulitate procedit, increpatur, 3. part. c. 1. num. 8

Præcipitatio nimia nouerca iuſtitiæ, 3. part. c 39. num. 9

Pragmatica Cordubenſis intellectus, 3. part. capit. 50. num. 9

Pragmatica 65. verus intellectus, 4 part. capit. 11. num. 2

Praxis huius fori regij in admittendo partes ad probandum in 2. aut vlteriori inſtantia, 3. part. cap 51. num. 8

Præſumitur in dubio pro nobili, 3. part. capit. 4. num. 12

Pretio acquiri non poteſt tutela, feudum, nobilitas, ſeu hidalguia. 4. part c. 10. num. 11

Principes an egeant literarum ſcientia, 3. part. cap. 8. num. 1. & per totum.

Principes iuſſu ſenatus clauſis oculis agere debent, 3. part. c. 8. num. 9

Principes docti recenſentur, 3. part. c. 8. num. 5

Principes conſilia prudentum in omnibus cauſis exquirere oportet, ibid num 6

Principes cauere oportet à perſonatorum hominum impoſturis, ibid. num. 12

Principes maiorem in perſonas obtinent authoritatem quam iudices, 3. part. c. 10 num. 6

Princeps ſolus ponit & deponit iudices, ibidem, num. 7

Principi reſeruata remiſſiue, ibid. num. 8

Principes an iuxta conſcientiam, an vero ex actis ius dicere teneantur. 3. part. capit. 24. numero 3

Princeps, ſenatus, & conſilium quibus ex cauſis ignoſcere poſſint, pœnaſque remittere, 3. part. c. 66. num. 2

Principi qui diutius ſeruierit, non debet in ſenectute indigere, 3. part c. 69. num. 1

Princeps ſi veniat contra contractum, dicitur caſus inſolitus, 4. part c. 6. num. 8

Princeps an ius quæſitum poſſit auferre? 4. part. c. 12. num 2

Princeps an per legem generalem poſſit ius quæſitum auferre, ibidem, num. 3

Princeps an poſſit ſine cauſa id auferre, cuius ipſe fuit cauſa acquirendi, ibid. num. 4

Princeps renunciationem tabellionatus an poſſit non admittere, 4. part. c. 12. num. 1 & 5

Principis actio ab omni debet eſſe malitia alienus, ibid num. 6

Principes tenentur promiſſa & contractus ſeruare part. 4 c. 12. num. 7

Princeps non poteſt tollere, quæ ſunt iuris ciuilis, ſi naturalem habent æquitatem ibid. num. 8

Princeps ex abſoluta poteſtate auferens res meas ſine cauſa, dicitur tyrannus, ibid. num 9

Probationibus fauendum eſt, 3. part. capit. 52 num. 2

Procuratoris falſi geſta in iudicio, tacente & non contradicente domino valent, part. 3. capit. 47. numero 3

Proſperitatem ferre non eſt cuiuſuis hominis, 3. part. cap. 68 num. 4

Proſperitates bona non dicuntur apud Senecam, nec aduerſitates mala, imo nobis aſſerit eſſe vtiliora. part. 14. c. 6 num 10

Prouidentia quid? 3. part. c. 56 num 5

Prouocatus arma, iudicem, & locum eligit, 1. part. c. 1 numero 12

Prudentia

Prudentia indiſerta præfertur ſtultitiæ loquaci, 2. part. c. 2 num. 5
Prudentia, & prouidentia ſunt arboris frondes, 3. part c. 58 num. 1
Prudentiæ definitio multiplex ex Cicerone, ibidem, num. 2
Prudentiæ effectus, ibid num. 3
Prudentiæ partes, 3. part. c 58. n 5. & cap. 59. in princip.
Prudentiæ definitio ex Ariſtotele, 3. part. c. 58. n. 6. & num. 26. & deinceps.
Prudentia in ſenibus plurimum, non in iuuenibus pollet, 3. part. c. 58. num. 7
Prudentia pollent ſeniores, quia amplius mente valent, ibid num. 9
Prudentia ſine iuſtitia nihil valet, ibid num. 27
Prudentia particularis ſiue domeſtica, 3. part. c. 59. num. 10
Prudentia œconomica, ibid. num. 11
Prudentia regnatiua in principibus & magiſtratibus, ibid. num. 12
Prudentia plurimum fidei, & dignitatis affert, ibidem, num. 14
Prudentia in iudice in quibus dignoſcatur, ibid. num. 15
Prudentia regnatiua in eo qui nunquam fuit iudex, quomodo probabitur? ibid num. 17
Prudens vere qui appelletur, ibid num. 18
Prudentis eſt examinare conſilia, 3. part. cap. 59. num. 2
Prudentis conditio aucto non mutatur ſtatu, ibid. num 8
Publicatio atteſtationum an ſit de ſubſtantia iudicij, part. 3. c 45. num. 4
Publicationis omiſſio an vitiet proceſſum, cauſamve præſtet appellandi? quid iure communi Imperatorum? quid in Rota auditorio? quid in Conſilio Neapolitano? quid iure regio Hiſpaniæ? 3. part. cap. 45. num. 6
Publicatio teſtium ad perpetuam rei memoriam, an fieri debeat 3 part c. 50 & quid in cauſis nobilitatum, ibid. num. 11
Publicatis atteſtationibus, poſſintne recipi teſtes ſuper eiſdem capitulis, aut directo contrarijs, 3 part. cap. 46 num 1. & vide infra verbo teſtes publicatis plures imitatiſcies.
Puſillanimis bonis, quæ meretur, ſeſe priuat, 4 part. cap. 13 num. 6

Q

Quæſitor idem quod quæſtor, 1. part. c 2. num. 5
Quæſtorum antiquitas, 1 part. c 2. num. 3
Quæſtor ærarius qui? ibid. num. 3
Quæſtor parricidij qui ibid num. 4
Quæſtor inquiſitiones faciens ibid. num. 6
Quæſtor idem quod cancellarius, ibid. num. 7
Quæſtor eleemoſynarum, ibid. num. 8
Quæſtor Conſtantinopolitanus quis? ibid. num 9
Quæſtores candidati qui, & quo tempore creati 1. part. cap. 2 num. 11
Quæſtor candidatus Relatori aſſimilatur, ibid. n. 12
Quæſtores candidati illuſtres, ibid. num. 13
Quæſtoris candidati dignitas 1. part c 3. num. 1
Quæſtor candidatus an ſecretario Regis comparetur, ibidem, num. 2
Quæſtor candidatus an Cancellario comparetur, ibidem, num. 3
Quæſtor candidatus apud Hiſpanos Relatoris munus obtinebat olim, ibid. num 5
Quæſtoris candidati à Secretario Regis diſtinctio, ibid num 6
Quæſtoris candidati à Cancellario ſeparatio, ibidem, num. 7
Quæſtor candidatus an imperium habeat? ibid n. 8
Quæſtor candidatus an conueniri poſſit, durante magiſtratu 1. part. c. 3. num. 8
Quæſtoris candidati munus Theodoſij temporibus. 1. part. c 4. num. 2
Quæſtoris candidati munus aliud eiſdem temporibus, ibi num 3
Quæſtoris candidati munus aliud eadem memoria, ibidem, num. 4
Quæſtoris candidati quartum genus Theodorici Regis Gothi memoria, num 5
Quæſtoris candidati dignitas in Hiſpania, ad inſtar eorum, qui Tulli Hoſtilij memoria vigebant redacta, ibid num. 6
Quæſtoris dignitas erat olim ſecunda poſt regem, 2. cap. 1 num. 2
Quod ex mea perſona conſequi non poſſum, nec itidem ex perſona alterius, 3 part cap. 25 num. 10

R

Rabulæ forenſes carpuntur, 1. part c. 9. num 8
Radix 1. arboris noſtræ timor Domini, 3 part. cap. 6. num. 1

Radix

Radix 1 arborū noſtræ, ſcientia, 3 part. c.7 num.1
Radix 3 arboris noſtræ, experientia, 3 part. c.9 n.1
Radix ſuam impartitur naturam ei quod producit, 3 part. c.9. num. 23.
Ratio, vt genus, comprehendit diuerſas ſpecies, 3. part. c.15. num.15
Ratio legis eſt eius mens, ibid. num.16
Ratio ſtatuti eſt eius mens, 3 part c.15 num.17
Ratio eſt anima legis, & verba corpus, ibid. num.18
Ratio legis eſt eius eſſentia, ibid num.19
Ratio legis eſt ipſamet lex. ibid num. 20.
Ratio eſt cordis facies, ibid. num.21
Ratio ante omnia eſt attendenda in qualibet diſpoſitione, ibid. num. 22
Recuſari poteſt iudex qui aſpera verba dixit litiganti, 3. part c.38. num.10
Referendariorum formula ex Caſſiodoro, 2. part. cap.1. numero 9
Regere ſeu imperare bene nemo poteſt, qui ſuis nequit cupiditatibus imperare, 3 part. c.6. num.4
Regnum eſt nolle regnare cum poſsis, 4. part. c.9. n.3
Relatorum munus dignius & antiquius eſſe aduocatis, 1. part. c.2. num.1
Relatores quibus adequentur quæſtoribus, 1. part. cap.4. num.7
Relatoris munere Rotæ Auditores, & alij ſummi ſenatores vtuntur, 1. part. c.5. num.3
Relatores, 12. quondam fuere in Parlamento Tholoſano, nunc vero munus promiſcuum factum eſt, ibidem, num.4
Relatoris munere auditores huius fori regij vtebantur, 3. part. c 67. num.2
Relatores ideo quæſtoribus comparari, quia iuris periti eſſe debent, 1. part. c 6. num.1
Relatores eloquentes eſſe oportet ibid num.2
Relatores in Curia reſidere debent, ſicut & olim quæſtores, 1. part. c.6. num.3
Relatores an adeſſe poſsint cum ſuffragia præſtantur? ibid num.4
Relatores quibus magiſtratibus habere liceat, ibidem, num.5
Relatorum calamitas, 1. part. c.8. num.10.
Relatores iure non poſſe publico mancipari carceri, ibidem, num.11
Relatorum munus in omnibus præferri patrocinio, 2 part c.1. num. 1
Relatores decem annis, aduocati vero quinque ſtuduiſſe ſufficit, ibid num.3
Relatorum nomen elationis, ibid. num 6
Relatores referendariorum loco ſucceſsiſſe, ibid. n.7
Relatores ſedentes, tectoque capite coram ſenatoribus cauſas referunt, 2. part. c.2. num.11
Relatoribus maior fides adhibetur quam aduocatis, 2 part c.3. num.2
Relatores ſurculis adequantur ad inſerendum aptis, 3. part. cap.56. num.18, & cap.67. num.9
Relatores omnia quæ in iudicibus requirunt habeant neceſſe eſt. 3 part. c.67. num.1
Relatores maximam cauſarum habent experientiam, ibid num 2
Relatorum laudes, ibid. num.3
Relatorum calamitas, ibid. num 6
Relatores libertatem & fauorem habere oportet, vt recte referant, ibid num 7
Relatores olim in Hiſpania auditores erant, ibid. n.5
Relatores an primo ad præturas, deinde ad maiores magiſtratus admitti oporteat? 3. part. c.68. num.6
Remedium extraordinarium cum alio æque extraordinario concurrit, 3. part. c.50. num.3
Renunciari non poteſt iuri publico, 3. part. c.28. n.11
Renunciari non poteſt iuri prohibitiuo, ibid. num.12
Renunciari non poteſt iuri in odium renunciantis introducto, ibid. num 13
Renunciatio in genere ſufficit, 4. part. c.6. num.6
Reprehenſio à nondum intelligente fieri non debet, part. 1. c.2. num.10
Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem, 3. part. c. 38. num. 4.
Reſpublica viridario comparatur, 3. part. c. 1. n. 2
Reſpublica iuſto imperio, & animis in conſulendo liberis, potius quam armis conſeruatur, 3. part. cap. 8. num. 13
Reus qui poteſt eſſe actor, an poſsit teſtes ad perpetuam producere lite nō conteſtata? 3. p. c. 50. n. 4
Rex inſipiens perdet populum ſuum, 3 part. c. 8 n. 3
Rex, vide ſupra in verbo Princeps.
Romanus mos circa iudicum electionem, 3. part. cap 6. num. 13
Ruſticitas deteſtatur, 3 part. c. 2. num, 13
Romanorum iudicum mos circa ferendas ſententias 3. part. cap. 39. num. 8

S

SAlaria congruentia officialibus præſtari oportet, part. 3 c.32. num. 9
Sapiens ſapientem generat, & econtra, 3. part. cap.5. numero 6
Sapienti cur nimium fortuna contingat? 4. part. cap. 2. numero 5

Sapiĕtia eſt filia vſus & memoriæ, 3. part. c. 9. n. 10
Sapiens tantum liber dici poteſt, 3. part. c. 7. n. 8
Scientiæ laus, 3. part. c. 7. num. 3. & num. 7. ibid.
Scientiæ nobiles reddit ho[illegible], ibid. num. 7
Scientia perfecta dicitur, quæ ſolido ac naturali iudicio confirmata eſt, 3. part. c. 8. num. 15
Scientiam increpantes carpuntur, 3. part c. 8. n. 4
Scientia nobilior eſt experientia, 3. part. c. 9. num. 17
Scientia in quo diſtet à praxi, ibid. num. 19
Scripturæ conficiendæ, alienationis minoris vel ecclesiæ praxis, 3. part. c. 29 num. 14
Secretum in iudice requiritur, 3. part. c. 54. n. 1
Secretum quotuplex ſit, ibid. num. 2
Secretum Romanorum commendatur, ibid. num. 1
Senatores ſupremi an iuxta conſcientiam an ex actis ſententiam dicere teneantur, 3. part. c. 42. n. 2
Senatus leges an poſſit condere, 3. part. c. 10. num. 3
Senatus effigies ex Alciati emblemate. 3. p. c. 35. n. 3
Senectutis priuilegia, 3 part. c. 58. num. 12
Senectutis vnum priuilegium ex lege Cretenſi, ibidem, num. 14
Senectuti nulla ſunt attribuenda vitia, ſed moribus, ibidem, num. 17
Senes non facile decipiuntur, 3. part. c. 58. num. 11
Senum vitia, 3. part. c. 58. num. 15
Senum auaritia carpitur, ibidem, num. 16
Senex bonus præſumitur, ibidem, num. 13
Senem eſſe malum aut iuniore improbiorem, quindecim teſtibus probandum eſt. 3. part. c. 58 n. 19
Seniores cur amplius mente valent, 3. p. c. 58. n. 8
Seniores in magiſtratibus conſequendis iunioribus anteponuntur, ibid. num. 13.
Sermo ſimpliciter prolatus an de primo tantum actu intelligatur in diſpoſitione legali, 3. p. c. 44. n. 9
Sententia per iudicem ipſum ſit necne recitanda, part. 2. c. 3. num. 1
Sententia lata per pecuniam, ſit necne ipſo iure nulla, 3. part. c. 33. num. 4
Sententia lata à iudice precibus corrupto, ſitne valida, num. 5
Sententiæ præcipitatio inuehitur, 3. p. c. 39. num. 3
Sententia eſt nulla, ſi iudex plene non viderit acta proceſſus, ibid. num. 10.
Sententia lata tam breui tempore, quod iudex veriſimiliter acta inſpicere non potuerit, eſt nulla, ibidem, num. 11
Sententia iuxta cauſam probatam ferri poteſt ſuper re petita, licet cauſa alia in libello expreſſa fuerit, 3 part. c. 43. num. 5. prout ſit in cauſis ſummariis, vt ibid. n. 7.
Sententia an valeat abſque citatione? 3. p. c. 44. n. 4
Sententia arbitri in fauorem Relatoris, 3. part. c. 70 numero 10
Sententia iniuſta caſibus fortuitis annumeratur, part. 4. c. 7 num. 3
Sententia Fortunæ, 4 part. c. 14. num. 7. & vlt.
Seueritas reipublicæ cauſa quandoque adhibenda eſt, 3 part. c. 38 num. 3
Seueritas in iudice an & quando vtilis ſit reipublicæ, 3. part. c. 61 num. 8.
Seueritas iudi. 3. part. c. 62. num. 1
Similitudo nominis gignit affectionem, 3. part. capit. 22. numero 12
Simonia committitur in corrumpente iudicem in cauſa ſpirituali, 3. part. c. 25. num. 9
Soluens poteſt creditorem compellere, vt ſibi faciat apocham liberationis, 3. part. c. 50 num. 9
Sportulæ an debeantur iudici ſtipendium habenti, part 3. c. 24. num. 4
Sportulas vltra metam legibus Regiis præfixam exigens, pœna ſeptupli punitur, 3. part c. 24. n. 5
Sportularum taxationem excedere nequit ordinarius, cui cauſa aliqua delegatur, ibid num. 6
Spurius non pro patre ne mandato, 3. p. c. 15. n 6
Strictum ius æquitati aduerſatur, 3. p. c. 62. n 2
Strictum ius humanitati opponitur. ibid. num. 4
Studioſi amænioribus ſtudiis ad ocium ſumendum occupantur, 1. part. c. 1. num. 10
Stylus pro iure allegari poteſt, legibuſque derogat, 3. part. c. 9. num. 7
Stylus circa appellationis deſertionem, ibid. num. 8
Summariæ cauſæ iure regio enarrantur, 3 part. capit. 42 numero 8
Superbi cum in altum prouehuntur, memoriam priſtini ſtatus non retinent, 3. part. c. 59 num. 7
Superbus locuſtæ comparatur, 4. part. cap. 65. n. 6
Supplicatione 2. ad regem facta iuxta formam legis Segouienſis, probationes ſeu inſtrumenta denuo reperta admitti poſſe iure noſtro regio, 2. part. cap. 48 numero 3
Surculi ex pretioſioribus arboribus ad inſerendum apti, 3. part. cap. 56. num. 17
Subtilitas ingenii quando in iudice laudetur, 3. part. cap. 14. num. 5.
Suſpicio in iudicibus increpatur, 3. part. c 13. num. 11

T

TAcens actui qui fit per patrem, an conſenſum præſtitiſſe cenſeatur? 3. part. c. 20 num. 5

Tacitur-

Taciturnitas in iudicialibus pro conſenſu habetur, 3 part, cap. 47. num. 2
Talenta à Domino data qui dicantur abſcondere in terra, 4 part. c. 13. num. 7
Tempus pater eſt veritatis. 3. part. c. 39. num. 19
Teſtium numerus ſupplet fidem, & tollit ſuſpicionem, 3 part. c. 21. num. 3
Teſtis vnus, à nicus aut conſanguineus, non probat ſemiplene, ibid. num. 5
Teſtes denuo venientes quandoque admittuntur, etiam termino probationis elapſo, 3. part. cap. 39. numer. 2
Teſtium examinatio ſine dilatione an valeat, 3. part. cap 45 num. 2.
Teſtes iurati in termino, an examinentur elapſo termino, ibid numer. 3
Teſtium repulſa & obiectiones iure regio, an poſt publicationem opponi poſſint? ibid numero. 5
Teſtes publicatis atteſtationibus poſſint ne recipi in prima inſtantia, aut in cauſa appellationis ſuper eiſdem capitulis, aut directo contrariis, 3. part. c. 46. numero 1. & 2

Limitatur hæc regula pluribus modis.

1. *Quando non didicit teſtificata, 3. part. c. 46. numer 3*
2. *Quando indiſcrete & ante tempus facta fuit publicatio, ibid num 4*
3. *Si iudex publicationem renocauerit tacite vel expreſſe, ibid num. 7*
4 *Si pars non opponat, 3. part. c. 47. num 1*
5. *Si in prima inſtantia teſtes dixerint, ſe nihil ſcire: an ſit vera, examinatur ibid. num. 5*
6 *Si atteſtationes amittuntur. 3. part. c. 48. n. 1*
7 *In noua exceptione, ibid num. 2*
8 *Quando teſtes obſcure depoſuerunt, vel vbicunque iudici æquum eſſe videbitur ibid. num. 4*
9. *Quando teſtes non fuerunt ſuper omnibus articulis interrogati, ibid num. 5*
10. *Ad confirmandam priorem probationem, ſi modo caruit culpa in non probando ante publicationem, ibid numer. 7*
11 *Quando iudex iniuſte non admiſit eum ad probandum 3. p. c. 49 numero. 1*
12. *Quando teſtium dicta repugnant, ibid. n. 2*
13. *Vbi in cauſa appellationis teſtes denuo apparuerunt, ibid. numer. 3.*
14. *Si in iudicio ſummario recipiantur, ibidem, numero. 4*
15. *Si teſtium depoſitio non valuerit, & quando non valeat ibid. num. 5*
16. *Quando deponunt ſuper eo quod cogitari non potuit ibid numer. 6*
17. *Si velim reprobare inſtrumentum poſt publicationem productum, ibid num. 7*
18 *Super nouis capitulis, ibid. num. 8*
19. *Vbicunque peremptoria exceptio poſt ſententiam opponi poteſt ibidem, num 9*
20. *Vbi variatur modus facti, licet non ſubſtantia articuli, 3 part. c. 49. num. 9*
21. *Vbi animæ vertitur periculum, ibid. num. 10*
22. *In cauſis criminalibus, ibid. num. 11*
23. *Quando ad perpetuam rei memoriam ſunt recepti & publicati, 3. part. c. 50 num. 1*
24. *Si teſtes ſunt coram arbitro examinati, 3. part c. 51 num. 1*
25. *Si mutetur modus agendi, ibid. num. 2*
26. *Si inſtrumentum producatur coadiuuans teſtes, ibid. num. 3*
27. *Etiamſi quod deponunt audierant ante, ibidem, 3*
28. *Vbi falſitas allegatur cum corruptione teſtium ibidem numero. 3*
29. *Quando ſubeſt iuſta cauſa, ibidem num. 4*
30 *Quando nulli ſunt teſtes producti licet ſint data capitula, ibidem numero. 4*
31. *Inter alias perſonas, ibidem.*
32 *Quando cauſa mutatur, ibid. num 5*
33. *In eo qui eſt bona fruge, vitaque laudabilis, ibid. num. 5*
34. *In teſtibus legaliſſimis, ibid. num. 6*
35. *Si agitur de cicatrice, an ſit remanſura, ibidem, numero 6*
36. *Si in appellationis cauſa ſuper maiori ſumma examinetur, ibid num. 6*
37. *Si minor vel eccleſia reſtituatur, ibid. num 6*
38. *In probatione per rei euidentiam, ibid num. 6*
39. *In paupere, ibidem.*
40. *Quando non fuit de cauſa interrogatus, nec ipſe reddit, ibid.*

Teſtium depoſitio quando non valeat, 3. p. c. 49. n. 5
Teſtes ad perpetuam rei memoriam quibus caſibus recipiantur, 3. part. c. 50 num. 2
Teſtes ad perpetuam producere an poſſit, qui nec actor eſt, nec reus, 3. part. c. 50. num. 6
Teſtes ad perpetuam in cauſis nobilitatis Hiſpaniæ, fidalguia nuncupatæ, an produci poſſint? 3 part. c. 50. num. 8.
Teſtes ad perpetuã, quã fidem faciant? 3. p. c. 51. n. 14

Digitized by Google

Teſtes publicatis atteſtationibus quando iure regio ſuper eiſdem capitulis recipi poſſint? 3. part cap. 51. numero 7

Teſtis repellitur per eum qui iniuriam intulit amico ipſius teſtis, 3 part. c. 55 num. 14

Teſtis in cauſa criminali eſſe nō poteſt conſanguineus, ibid. numer. 15

Teſtes 15 requiruntur ad probandum ſeniores iunioribus eſſe improbiores, 3. part. cap. 38 numer. 19

Teſtimonia non publicata an fidem faciant coram alio iudice, 3 part. c. 46. num 7

Theorica quid, 3. par. c. 9 numer 20

Triboniani comitas & alia naturæ dotes, 3 part capit. 38 numer. 6

Truncus in iudice authoritatem, & fortitudinem, repræſentat, 3. p. cap 10 n. 1

Tyrones & iuniores in acie, & ſuffragijs præſtandis præmittuntur, 1. par. c. 1 n. 14

V

V*Enia quid ſit? & an ſit iudicibus licita, 3. par. capit 66. num. 1*

Veritatis ſimplex, & incultum teſtimonium ſufficit, 1 part. cap. 7. num. 1

Veritatis laudes, 3. part. c. 41. num. 1

Veritas cum improbis non poteſt habere commerciū, ibid. numero. 2.

Veritatem pro pecunia negantes Deum vendere dicuntur. 3. part. c. 41 num. 7

Veritas pro iuſtitia ſumitur. ibid. num. 8

Veritas hodie in luto ſubmerſa eſt, & odium parit cam ſectantibus, ibid. 9

Veritas eſt mater iuſtitiæ 3. part. c. 52. num. 3

Veritas faciem mendacij quandoque obtinet, & econtra, 3. part. c. 59. num. 3

Viſitatoris officium 3. part. c 56. num. 16

Virtus præmio caret apud homines, 1. part. c. 1. n. 2

Virtus propria in iudice eligendo præponderat generi, 3. part. c. 4. num. 4

Virtutem maiorum pauci ſequuntur, ibid. num. 7

Virtute præditi ſunt honore, & dignitate præmiandi, ibid. numer 8

Virtus patris filijs quodammodo ineſt, 3. part. capit. 5. numero. 2

Virtute præditus gradui confert honorē, non ei gradus, 3. part. c. 6. num. 16

Vitia virtutem imitantia, 3. part. c. 59. num. 4

Vitia omnia in aperto leniora ſunt, 4. part. c 9 n. 9

Virtus illuſtratur & decoratur fortuna bonis, 4. part. c. 6 num. 8

Vocem eandem dulcem eſſe & ſolidam raro conuenit, 2. par. c. 2. num. 7

Vociferantes carpuntur ibid. numer. 3

Vrbana verba amicos multiplicant, inurbana inimicos, 3. part. c. 38. num. 5

Vrbanitas plurimum valet ad amicos diuitiaſque parandas, 3. part. c. 38. num. 8

Vtilitas Principi & reipublica obuenit ex bonorum conſtitutione iudicum, 3. part. c. 16. numer. 15

Vxor quomodo conſulatur, vt libere teſtari poſſit, 3. part. cap. 20. num. 18

FINIS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google